Marafioti

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUEL
8
5 I
18

Digitized by Google

F. HIERONYMI MARAFIOTI POLISTINENSIS CALABRI.

Ordinis Minorum Obſeruantiæ, Sacræ Theologiæ profeſſoris

ANNOTATIONES EVANGELICAE LVCIDISSIMAE
A Feria quarta Cinerum vſq; ad Feriam tertiam Paſchatis incluſiuè.

In quibus haud tantum litera Euangelij poſita ad verborum ſonum explicatur: verum & ſenſus anagogici, ac tropologici mira ſubtilitate elucidantur.

Adſunt quoq; multorum Sacræ Scripturæ locorum dilucidationes pulcherrimæ, Verbi Dei concionatoribus apprimè vtiles.

Cum duplici Indice, materierum ſcilicet, ac rerum notabilium.

SVPERIORVM PERMISSV.

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA IN ROMA



NEAPOLI, Ex Typographia Ioan. Baptiſtæ Subtilis.
Apud Scipionem Boninum. MDCVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO DOMINO

BALTHASAR MILANO,

S. GEORGII MARCHIONI

Præſtantiſsimo,

Ac Poliſtinenſium Domino benigniſs imo, ſuoque Patrono Colendiſsimo.

F. HIERONIMVS MARAFIOTI POLISTINENSIS
Sacræ Theologiæ Conſultus, fælicitatem exoptat
quàmplurimam.

QVo ſæpius munere lætus, quoue in me beneficentiæ tuæ (Illuſtriſs. Domine) digna valeam compenſatione conſurgere; cum ſatis, ſatiſq; me labor exagitaret, in illud ſatis mihi familiare, ac philoſophicum incidi. Da quod non dari ſufficit; ſed quod recipientis animum mulceri poſſe dignoſcis. Verum quid dignum lenis auicula, valet inclytæ porrigere aquilæ? Quid muſtella eſuriens, optimo leoni deferre? Eſto diù fælix, cum vtraque ſis nobilitate inſignitus. Repetantur profecto maiorum tuorum heroica facta, fulgentiſsimæq; nobilitatis origo; vt plene ſcias, quæ te meis ſenſibus ſuauiter inhærere iam cogunt. Noui ſiquidem ex Valentia Hiſpaniæ ciuitate, illuſtres te ſumpſiſſe radices; quibus antiquorum Regum ſemper fauit authoritas. Nec latet etiam D. Ioannem Milanum, Valentianum equitem, antiquiſsima nobilitate pollentem, ex Domina Catharina Borgia, Calixti tertij Summi Pontificis ſorore, tres ſummæ virtutis genuiſſe filios; Petrum, ſcilicet, equeſtris ordinis vi-

Digitized by Google

rum inuictum; Aloiſium S. R. E. Cardinalem tit. SS. Quatuor Coronatorum, & Auxiam Dominæ Aloiſiæ de Alagno ſponſum: qui omnes ſub Sereniſsimo Alphonſo Rege, huius nominis primo, Regio Comitatu, Neapolim peruenientes, adeo Regiæ Coronæ eos fideles extitiſſe conſtat; vt in recte factorum præmium Iacobus Milanus, Auxiæ, & Aloiſiæ prædictæ filius Baronia S Georgij, à Sereniſsimo Rege Friderico nimia fuit liberalitate donatus. Cuius item Frater Balthaſar Regis Ferdinandi de Aragonia, Ducis Calabriæ Cubicularius; ac ab eodem Rege prætorio præfectus offitio, Aragonentium ſtegmatum inſignibus, veluti ac ſi ſua eſſent, Regia benignitate inſignitus. Quod quidem & virtutis præmium, & ingenitæ nobilitatis ſignum euidentiſsimum eſt. Nec tacendum puto, quòd in prædictæ Baroniæ munere, Iacobo fratri ſuccedens, & Dominæ Mariæ Caracciolæ ſacro iunctus connubio, vltra tres poſteriores filios, ſcilicet Hugonem, Fridericum, & Iohannem Antonium, omni virtute Clariſsimos, primogenitum habuit Franciſcum, Dominio S, Georgij ſucceſſorem, quo ſine filijs vita functo, ſecundus eius ſucceſsit genitus Nicolaus, Dominæ Beatricis Caracciolæ ſponſus, vir nunquam ſatis ob nimiam virtutem laudandus, qui in bellicis expeditionibus, tàm contra Gallos, quàm cõtra Turcas, ita clarus euaſit, vt merito Regis animum, ad ſe omnino traheret. Ex quo Auus tuus Balthaſar ſtrenuæ virtutis nobilitate decorus, claritate mirifica profluit, quem licet adhuc puerulus vix ipſe nouerim; tamen hoc mihi fauet, quod in perennis gloriæ ſuæ ſignum, Dñæ Laodomiæ Pignatellæ matrimonio iunctus, (ſubtacens pro nunc natum Scipionem) fœliciſsimæ memoriæ patrẽ tuum Iacobum habuit, adeo Regis Philippi Secundi viſceribus

inni-

innixum, vt in Marchionatus apicem meritò illum euexerit; cuius tu Illuſtriſs. D. Balthaſar, inclyta ſoboles, Marchio ſecundus, ſecundis aſtris, ſplendidioribusq; radijs, quibus Phœbus illuminat orbem, dominij tui ſceptrum, (ſacratisſima cælorum vniuerſitate annuente) ſuſcepiſti. Nec te pigeat, me tuum humilem famulũ ita ſuſcipere, vt Regius celſitudinis tuæ animus, alios familiæ tuæ neceſſarios ſuſcipere ſolet. Bonorum meorum nil indiges, quod enim optas habes; quia in te fortaſſe nil eſt reperire quod optes. At ſi habuiſti quondam ex meis laboribus floſculos, quaſi tunc vernali tempore odorum ſuauitate redolentes, cum iam nunc ad cana in me dilabatur ætas, quos fructus vere nouum peperit, hos tibi ſeneſcens autunnus dulci largitate præſentat. Quid tibi manus hæc pauperrima offert, ſcio. Volumen quidẽ paruum. offerentis animi magnitudine decoratum. Quod caracterum tenuitate ignaris, fortaſſe deſpiciendum oſtenditur: hoc myſteriorum ſacrorũ ſublimitate propemodum à ſapientibus cõplectendum offert. Cumque te nouerim inter ſapiẽtes viros eximia ingenij claritate fulgere, ac potius ſacrarum ſcripturarum oblectari tripudio, quàm vani ſæculi ſpiritus cõmiſceri mercimonio, quod ſacra continet, quodq; ſacra pronuntiat, dignum tuo munere extimaui. Arma canant alij; plectra ninpharum gratia tangant, & alia huius generis quamplurima, quæ Mæcenatum inde tutaminibus ſubijciant; tantum mihi liceat ſacris paginas linire ſermonibus, quibus tu ſolus Mæcenas adeſto deuotus. Nec me tedet aliquãdo calamis ad ſæculi huius nigros miniſtraſſe liquores, quibus haud tantum hominum volubilia fata, moresq; ſimul deſcribere ſtudui, verum & quæ forte me curioſitatis argumentũ præſignarũt. At ne per ea frigeſcentis animi, ob ſæculi voluptates, ſpiritus ardor extingueretur, eiſdẽ

quoq;

Digitized by Google

quoq; ſacra miſcere non erubui. Caleſcit quippe animus Sãctorum facta percurrens, qui mũdi illecebris irretitus ante friguerat. Vt inde altius ſcientiarum aliquarum præcordia pertingerem, ad numerorum vires contemplandas acceſsi, quibus adeo iucundus effectus eſt animus, vt quæ ex Priſcorum ipſe, Neotericorumq; fontibus hauſeram, in publicũ eructare contenderẽ. Nunc verò Euangelicorũ fontium ebrietate ſopitus, ad eiuſdẽ Euangelij enucleanda myſteria me contuli, vt inde vberius frugũ copiã excerperem, vbi ſacrorum seminum exuberãtia prata vireſcunt. Iucundatur ſiquidem plãtarum virore viſus, oblectatur frugum ſapore guſtus; at magis mens ſacrarũ ſcripturarum contẽplatione lætatur. Quod elapſis hiſce diebus (fauẽte Deo) hiſtoriarum Calabriæ volumen edidi, quaſi floribus ager onuſtus, oculis hominum læta fuit obiectione directus. Quod de Numerorũ arcanis inſcriptum typis mandare curaui, dulcioris fructus extitit ſuauitate redolens; & quod de arte Reminiſcentiæ ſcripſi, inter minima cõputetur. Verum vt plenius mens hominum ſuaui iucunditate fruatur, hoc Euangelicarũ Annotationum codex conflare ſtudui. Nec me decet, quãuis propemodum decere dignoſco, quæ in eo explicantur enumerare, quoue modo vltra literales, etiã anagogicos, tropologicosq; ſenſus, mira varietate, arcanorumq; ſacrorũ elucidatione diſcurſus enarrat. Nam & legentium oculis perluſtranda mittuntur. Cæterum (Illuſtriſ. Domine) tibi ab ipſo meæ iuuentutis exordio adeo notus extiti, vt nouis non ſit literarum inditijs, quis ipſe ſim experiri neceſſe; niſi quod tantum me tua benignitate protegas; humiliſq; ſerui tui munuſculum benigniſsimo amore complectens, ſimul cum munere offerentis perſonam ſuſcipias; atq; ad Neſtoreos annos fæliciter viuas.

HIE-

Digitized by Google

HIERONYMVS SANNIVS Tropienſis, Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor: Studioſo Lectori.

SACRA myſteria, quæ in Euangelico textu, Sancti Spiritus operatione, à quatuor illis Sacroſanctæ Eccleſiæ columnis; nobis fidelibus promulgata; cùm Chriſtianæ religionis veriſſimum ſint fulcimentum; non omnibus hominibus; ſed tantum his eluceſcunt, qui ſincera fide, ac catholica doctrina probantur. Hinc Sanctiſsimi illi Patres, Gregorius: Ambroſius, Auguſtinus, Hieronymus, multiq; alij ante eos, & plurimi poſt eos ſequuti, eorum verba exponentes clariſſima reddidere ſacrarum ſcripturarum oracula. Alij tamen moraliter interpretantes; alij verò ſcolaſticis diſputationibus, vt hæreticorum prauitas, penitus extingueretur. Decuit enim, vt ſincera, diuini eloquij myſteria, ab iniquis deprauata, viris ſublimioribus tandem tradita, fideli, ac vera expoſitione dilucidata, immaculata quoque conſeruarentur. Vnde immobilem, ſtabilitamque vndequaque fideles agnoſcerent. Hic ergo tam grandis labor, quanto omnes vtilitate præcellit, tanto glorioſiori merito dignius æſtimatur. Quapropter in Eccleſiaſtica hierarchia, nobiliori corona decorantur, qui huiuſcemodi ſtudijs incumbunt. Cum igitur noſtra hac tempeſtate P.F.Hieronymus Marafioti Poliſtinenſis, huius noſtræ Magnæ Græciæ alumnus, diù ſtudijs Franciſcanæ Religionis, magnis ſudoribus incubuiſſet, ne fruſtra ſuos ætatis annos contereret, non modo plurima ſcripſit volumina: tum de Reminiſcendi arte, ſtudioſis proficua; tum noſtræ prouintiæ Chronicon, in quibus multa, quæ temporis diuturnitate abdita erant, nouo quoddam, ac penè miro illuſtrauit ordine; quod quidem opus vt noſtræ Prouintiæ honos eſt; ita à Calabris amplectendum: & de Sac. Num. Arcanis in quo volumine adeo euidenter ingenij ſui acumen emicat; vt certo decerni poſſet, nullam haberi in vniuerſo ſcientiam, cuius intellectus eius non ſit particeps. Verum hæc omnia in florenti eius ætate compoſuit; nunc verò ſenectute inchoante, maturiori

riori

Digitized by Google

riori, ac prudentiori intellectu, cum Sacræ Theologiæ ſcientiam maxime profiteretur, quam millies ingenti auditorum applauſu explicauit, pari quoque fine; ſed digniori merito, quæ ſtudiorum aſsiduitate, admirabili ingenio inuenerat, in hoc opere artificioſe congeſſit. Sunt autem Annotationes Euangelicæ, in quibus tam luculenter, ac erudite ſe geſſit, vt inter Neotericos Scriptores optimo iure celebris ſit reputandus. Ne ergo te pigeat ſtudioſe Lector, quæ ex Sacri textus verbis, tanquam oracula emanant, longo ſtudio adnotare, & Deum Optimum Max. frequenter orare, vt præſtita ſibi perenni ſalute, maiora opera quæ à tanto viro ſperantur in lucem edantur. interim Vale.

THOMAE PELLICCIAE Tropienſis V.I.D.

TETRASTICHON.

AONIIS quicunque cupit perfundere labra,
Vndis, Palladia ſiſtere, & arce velit:
Ille Sophi hunc voluat librum, relegatque perennis
Cunctis nam certo tramite pandit iter.

F. HIERONYMI MARAFIOTI POLISTINENSIS CALABRI

Ordinis minorum Obſeruantiæ Sacræ Theologiæ profeſſoris.

Annotationes Euangelicæ lucidiſſimæ.

FERIA QVARTA CINERVM.

TEXTVS.

Cum ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes, &c. Matth. cap. 6.

Quòd ieiunium omnino ſeruandum, a patribus mirificè commendatum, eiuſque encomia.

ANTIQVAM ieiunij conſuetudinem ſeruat Eccleſia, quam ex domino mundi ſeruatore ſuſcepit, cuius ritum in præceptum Sancti Pontifices verterunt, & ſub præcepti forma ieiuniū antiqui patres ſeruauerunt. *Ieiunium ſeruandū.* Sicque ab œcumenicis cōcilijs, & ſacris Canonibus ſemper eſt habitum, vt habetur diſt. 4. cap. ſtatuimus, & de conſ. cap. quadrageſima, & cap. non liceat. & diſt. 4. cap. denique. & diſt. 41 cap delitiæ, & cap. quod dicit Dominus, & alibi. Atque hoc videre licet in Concilio Toletano 8. ſub Martino Quinto, & Conc. Laodiceno ſub Pontifice Damaſo, Conc. Tridentino Seſſ. 4. ſub Iulio III. ſepiuſque in Sacris Eccleſiæ inſtitutis. Imò, & Innocentius, de ieiunio, ſerm. 1. propter tria ieiunium ſeruari debere inquit; *Innocent.* Primo, quia à Deo ordinatum, vt legitur in Leuitico: omnis quicunque non ſe humiliauerit in ipſo ieiunij die, exterminabitur anima eius de populo ſuo. *Cap. 23. iuxtà textum.* Secundo ex loci reuerentia, quia in Paradiſo Terreſtri datum; Et tertio ex hominis ſtatu honorabiliſſimo, quia in ſtatu innocentiæ. *Innocent.* Rabbanus item ſuper Hierem. lib. 13. ſic de ieiunio ſentit: quòd ſicut ciborum affluentia ad vitia incitat, ſic eorundem ſubtractio illa diluit. *Rabbanus.* Habet & Tertullianus de ieiunio librum, quo ſatis ieiunij virtutes extollit. *Tertull.* Ecce quid Petrus Chriſologus de ieiunio ſcribit. *Petr. Chriſ.* Gubernator prudens cum à Littore nauim ſoluit, cum mare tranſiturus intrat fluctus, domus, patriæ, coniugis, pignorum curas deponit, & ita totus mente, corpore, ſenſu, nauticis laboribus occupatur: vt & fluctuum poſſit ſuperare diſcrimina, & ſtationem lucroſi portus victor intrare. Sic nos fratres ingreſſi iter abſtinentiæ, ieiunij pelagum, quadrageſimæ viam, nauis corporis ſoluamus à littore mundano, ſæcularis patriæ renuntiemus curis, in crucis arbore tota mentis vela tendamus, virtutum finibus ſapientiæ remis, gubernaculis diſciplinæ, nauigij noſtri muniamus inceſſum; & ſubducti terris ſpeculemur cælum, & ducatu ſignorum cæleſtium, inter liquidos calles, latentis viæ inoffenſum tramitem tenere poſſimus: ac ſi gubernante Chriſto, flante Spiritu ſancto, euictis voluptatum ſpinis, ſuperatis vitiorum fluctibus, decurſis criminum procellis, tranſuectis ſcopulis peccatorum, & omium delictorum naufragijs euitatis, Paſchæ portum, lucrum vitæ; gaudia reſurrectionis intremus. Verum quia per campos nudos, per falſos vertices, per incertas ſolitudines acturi ſumus viam, nobis tota eſt eſcæ portāda ſubſtantia; imponamus abundantem miſericordiam

Ieiunium miſericordia ſociatur. diam noſtræ ſitarchiæ profuturam. Fratres quod eſt terris ver, hoc miſericordiam ſcimus eſſe in ieiunio, ſicut verni flatus tota facit germina florere camporum, ita miſericordia tota ieiunij ſemina producit in florem; in cæleſtem meſſem totam ieiunij facit fructificare virtutem; quod oleum lucernæ eſt; hoc ieiunio pietas; ſicut lucernæ lumen olei pinguedo ſuccendit, & moderato paſtu facit illud ad totius noctis ſolatium perlucere; ſic pietas facit ſplendere ieiunium, & ad totam radiare continentiæ claritatem. Quòd diei Sol eſt, hoc eleemoſina noſcitur eſſe ieiunio. Sicut iubar Solis clariorem perficit diem, & totam nubium diſpergit obſcuritatem; ſic elemoſina ieiunij ſanctificat ſanctitatem, totamque cupiditatis mortem, lumine pietatis excludit. *Ieiunij laudes præclaræ.* Ac ne multis immorer, quod eſt anima corpori, ieiunio largitas hoc habetur: Sicut enim mortificatur corpus, à corpore anima cum recedit; ita mors eſt ieiunij largitatis abſceſſus. Eſt quidem ieiunium vitiorum mors, vita, virtutum; eſt ieiunium pax corporis, membrorum decus, ornamentum vitæ; eſt ieiunium robur mentium, vigor animarum; eſt ieiunium caſtitatis murus, pudicitiæ propugnaculum, ciuitas ſanctitatis; eſt ieiunium ſchola meritorum, magiſterij magiſterium, diſciplinarum diſciplina; eſt ieiunium Eccleſiaſticæ viæ viaticum ſalutare. Miſericordia, & pietas ieiunij ſunt alæ, per quas tollitur, & portatur ad cælum; ſine quibus iacet, & volutatur in terra. Ieiunium ſine miſericordia ſimulachrum eſt famis, imago nulla eſt ſanctitatis. Sine pietate ieiunium occaſio eſt auaritie. *Pſalm. 84.* Ieiunium ſine miſericordia non eſt veritas, ſed figura, vbi autem miſericordia, ibi & veritas; teſtante Scriptura, cum dicit. Miſericordia, & veritas obuiauerunt ſibi. *Ambroſius.* Hæc ille D. Ambroſius librum facit de Elia, & ieiunio, vbi, & ieiunij laudes quam maximè elucent. *Baſilius.* De quo & Baſilius ratiocinatur in lib. de regulis fratrum. Et hom. 1. de ieiunio inquit: quod ſicuti vermes in inteſtinis puerorum orti, acris potionibus, & pharmacis expelluntur; ita peccata que in interioribus animæ commorantur, ieiunio, & abſtinentia eijciuntur. *Chriſoſt.* Ioannes Chriſoſtomus quantæ vtilitatis perpendens ſit ieiunium, ſermonem de eo habet, vbi illud maximopere commendat. Et hom. de reſurrectione fatur; quòd ſicut miles grauia ferens arma, nullum inimicis armorum pondus cognoſcentibus, incutit timorem; verum ſi leuia fert, tanquam auis nullo fatigata pondere, in inimicos irruit; ita homines per ciborum affluentiam pingues, nullum demonibus terrorem inferunt, noſcunt enim ipſi, nihil eis obeſſe nimiam ciborum vbertatem: ieiunij verò arma leuia deferentes ſummopere pauent, nam veluti aues ad aſtra volitantes, diabolicas omnes ſuperant inſidias. *Greg Niſſenus.* Gregorius Niſſæ Epiſcopus in oratione de pauperibus amandis, inquit; quod ſicut inutilia ſunt fundamenta poſita ſine aliarum rerum adminiculis, vt optimo iuditio ſuperius fabrica conſtruatur, ita inutilis erit abſtinentia, niſi alijs iuſtitiæ partibus aſſocietur. *Guerricus.* Guerricus abbas ſerm. de Epiphania. Sicut dulcibus (fatur) ſtomachus corruptus, amaris, acribuſque medicaminibus curatur; ita qui nimia huius ſæculi delitiarum dulcedine corrumpuntur, ieiunij amaritudine curantur. Maximè igitur poteſtatis eſt ieiunium, per illud etenim Chriſto iungimur, & Angelis aſſimilamur. *Iſa. 58.* Ieiunium pauperibus ſubuenit, vt habetur: frange eſurienti panem tuum, & ægenos, vagoſque induc in domum tuam. *Daniel. 4.* Intellectum acuit ad diuina concipienda: veluti ieiunio Daniel Nabuchodonoſor regis viſiones intellexit *Exo. 20.* Ieiunio Moyſes legem accepit. *3. Reg 19.* Ieiunio Elias in monte Oreb allocuutus eſt dominum. *Hierony.* Ieiunio (ait Hieronymus) ſanatur peſtes corporis, oratione, peſtes mentis. Bene ergo ieiunium Chriſtus docet. Cum ieiunatis (inquiens) nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes; exterminant enim facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes.

TEX-

Digitized by Google

TEXTVS.

Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua. Matth. cap. 6.

Quid ſit caput vngere, & faciem lauare, myſticè, allegoriceque.

MVlta ſiquidem in ſacris codicibus per caput ſignificantur. nam Deus caput eſt, atteſtante Paulo; caput Chriſti Deus, & Chriſtus caput eſt, quem conſtituit Deus caput ſuper omnem Eccleſiam, atque ita intelligit Arnobius ſuper Pſal. 37. & Ambroſius lib. de Elia, & ieiunio cap. 10. Mens etiam, ac voluntas, & liberum arbitrium, capitis nomen obtinent, vt eſt videre Orig. ſup. cant. hom. 2. Per caput item, & virtutes Cardinales ſignificantur, vt placet Ambroſio lib. de Paradiſo, cap. 3. Item Prælati, prædicatoreſque capitis nomine ſignificantur, teſte Hieronymo ſup. Iſa. 9. ſup. Ioel. 2. & cor etiam caput dicitur, vt Rupertus tuicienſis aſſert ſuper cant. 6. Hæc vtique ſunt capita illa vngenda de quibus in ſingulari numero: ac generice loquens Chriſtus ait: vnge caput tuum. Deus nempe caput eſt, in ipſo etenim, & per ipſum viuimus, mouemur, & ſumus, vt dixit Aratus Poeta. Chriſtus caput eſt Eccleſiæ, cuius fideles membra ſunt. Mens caput eſt, quia ad ſui cogitationem vertitur hominis operatio. Voluntas caput eſt, nam illa renuente nullum perficitur opus. Liberum arbitrium caput eſt, quia rationales dirigit actus. Virtutes Cardinales capita ſunt, nam ſicuti caput animali perfectionem tribuit, ſic virtutes homini. Prælati capita ſunt regentia, & prædicatores cæcos ad viam veritatis ducentia. Cor item caput dicitur, quia vitæ principium & finis, primum viuens, & vltimum moriens. Caput tuum vnge Deum præcibus deuotis. Caput vnge Chriſtum, diuinorum præceptorum obſeruantia; mentem ſanctis cogitationibus; voluntatem rationalibus actubus, Liberum arbitrium inclinatione bona; virtutes Cardinales perfecta in illis perſeuerantia; prælatos, Prædicatoreſque prompta obedientia, & cor in proximum compaſſiua pietate. Vngit etiam nos Deus vnguento triplici, ſcilicet, mordificatiuò, lenitiuo, & reparatiuo. Mordificans vnguentum tribolatio eſt, leniens, temporalis conſolatio, & reparans diuina protectio. Mordificatiuo Deus vnguento carnales deſtruit affectiones; lenitiuo humanos minuit dolores; & reparatiuo ab imminenti deſperatione præſeruat. Vt igitur à Deo vngamur, & caput, ſeu capita vngamus. Quid verò facies indicet inueſtigemus: nam & rationalé Animam deſignat, vt Ruperto placet ſup. Apoc. 3. vbi inquit, quòd facies Cherubim Symbolum rationalis animæ ſunt. aut mentem, & conſcientiam, vt Orig. ſup. Cant. hom. 4. & Philoni Iudæo, 1. allegoriarum, vbi & facies in homine, quod ipſa mens ſit habetur, ſeu principale cordis, & conſcientia, & mentis obtuſus; vt enim principalis pars corporis eſt facies, ita præcipuum in anima eſt ipſa mens, & in hanc faciem inſpirauit Deus, vt aduerſus ſenſuum illecebras, hominem muniret. Tertullianus aduerſus Marcionem quid velata Moiſis facies ſignificet exprimens, mentis humiltationem intelligit. Gregorius ſup. Cant. 2. inquit, quod facies ſponſæ fidem ſignificat, qua Anima à Deo cognoſcitur: multiſque alijs eſt facies in ſcripturis ſanctis interpretata ſignificationibus, cuius maculæ ipſam deformantes, multiplices eſſe cenſentur. Deformatur nempe Anima originali, veniali, mortalique reatu; mens vanis cogitationibus; conſcientia eiſdem quibus & anima; mentis humiliatio, ſuperbia; & fides imbecillitate. Quibus lotiones illæ parantur; aqua baptiſmali originale tollitur delictum; benedictionibus veniale; pœnitentia mortale; vanæ mentis cogitationes, cæleſtium bonorum deſiderio, conſcientiæ ſordes, remorſu mentis, ſuperbia extremi iuditij conſideratione, & fidei maculæ, ſcripturarum intelligentia diluuntur.

[*1 Chor. 11. Arnobius. Ambroſius Origenes. Ambroſ. Hieronym. Rupertus. Capitis ſignificationes multæ. Vnguentũ triplex quo vngimur. Faciei ſignificationes. Rupertus. Origines. Phil. Iud. Tertull. Greg. Faciei ſpirituales ſordes, & lotiones.*]

Digitized by Google

TEXTVS.

Theſaurizate vobis theſauros in cælo. Matth. cap. 6.

Quod Chriſtus cœleſtis Theſaurus eſt, omniumque bonorum fons, & origo.

AD oſtendendum quidem filium Dei Ieſum omnium eſſe bonorum fontem, cæleſtemque theſaurum, fons ille nobis occurrit, de quo Moyſes. Gen. 2. ait. Fons aſcendebat de terra, irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ; & pau lo poſt Fluuius eggrediebatur de loco voluptatis, ad irrigandum Paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capita, nomen vni Phiſon, ipſe eſt qui circuit omnem terram Heuilath, vbi naſcitur aurum, & aurum terræ illius optimum eſt; ibique inuenitur bdellium, & lapis onychinus. Et nomen fluuij ſecundi Gion; nomen verò fluminis tertij Tigris: Fluuius autem quartus ipſe eſt Euphrates. Huius ſacri fontis fluminum, auri precioſorumque lapidum, altiſſima eueniunt indaganda myſteria: fons etenim æternus Pater eſt, omnium diuinarum perſonarum origo; de quo & Auguſtinus. Pater eſt fons totius deitatis. Et apud Hieremiam legimus: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ. Aſcenditque è beatiſſima viuentium terra, non vt genitus, ſed vt exiſtens; eſt enim diuina natura omnis vitæ radix, quæ terra dicitur, canente ſcriptura. Veritas de terra orta eſt. Haud tamen gignit diuina eſſentia, neque gignitur, ſed omnium bonorum gazophilatium eſt. Oſtendam tibi (dixit Deus Moyſi) omne bonum. Ex fonte igitur, qui Pater eſt, fluuius egreditur, quem verbum Dei nominamus; vt Daniel inquit. Fluuius igneus rapiduſq; eggrediebatur à facie eius. Atq; à Patre, filioque alius emanat Fluuius, qui Spiritus ſanctus eſt, fluuij nomine gaudens, vt dicit ſcriptura. Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ; hoc autem dicebat de ſpiritu quem accepturi erant credentes in eum. Ex his quidem fluminibus, quatuor ſunt per creationis potentiam, ordinationis ſapientiam, & perfectionis bonitatem emanantia flumina. Quæ nec alia pro nunc cenſenda eueniunt, niſi quatuor illa creaturarum genera; Angelorum videlicet, cælorum, elementorum, miſtorumque, à Deo exeuntia, & ad Deum redeuntia: Omnia ſiquidem propter ſemetipſum operatus eſt Dominus. Aurum, precioſuſque lapis in his fluminibus repertus, naturæ perfectio, & æui immortalitas eſt. Sunt etenim beatæ mentes gratia immortales, natura perfecti. Cæli perfecti ſunt natura, æuoque perpetui, quod nec Ariſt. latuit, cum ſic de cælo alloquitur. Cælum eſt vnum & ſempiternum, principium, & conſummationem non habens. Elementa perpetua ſunt, in propria ſphera ab omni corruptione immunia: & mixta perfecta ſunt, ac in elementis perpetua. Verum vt ab id, quod quærimus rectum ſermonis iter protendamus, aliter ſunt fontis fluuiorumque indaganda miſteria. Fons vtique Chriſtus eſt, ipſo atteſtante. Siquis ſitit veniat ad me, & bibat. de terra illa aſcendens, quæ meruit ſuper omnes cælos eleuari: de qua ſacra canit Eccleſia; exaltata eſt ſancta Dei genetrix ſuper choros Angelorum ad cæleſtia regna. Quem & terram appellauit Dauid. Terra noſtra dedit fructum ſuum. In Paradiſum voluptatis verſam, in qua poſuit Deus verbum hominem factum, quod ab æterno genuerat. Ita profectò verba illa ſignant. Plantauit Dominus Deus Paradiſum voluptatis à principio in quo poſuit hominem quem formauerat. A principio vtique in mente diuina fuit producta virgo. Salomone aſſerente. Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequam quicquam faceret à principio. Quod vero in quatuor fons iſte diuiditur flumina, ſapientiſſimus prædicat Eccleſiaſticus, cap. 24. Ego ſapientia effudi flumina. Quorum prius Phiſon eſt, oris reuolutio interpetratum, oris Chriſti reuolutionem ad docendum ſignans: nam & aperiens os ſuum docebat eos. Secundum Gion, quod pectus dicitur, eructabat nempe Chriſtus quæ habebat in pectore, vt legimus. Eructauit cor meum verbum bonum, ſcilicet, Euangelicæ prædicationis. Tertium

Pater æternus Deitatis fons.
Auguſt.
Hierem. 2.
Terra, diuinam deſignat naturam.
Pſal. 84.
Verbũ Dei fluuius dicitur: item & Spiritus ſanctus.
Io: 7.
Flumina Paradiſi, quatuor creaturarum genera ſignant.
Pro. 16.
Ariſt. 2 de cælo. tex. 1.
Fons Chriſtus eſt.
Io: 7.
Pſal. 66.
Maria Virgo terra benedicta, & Paradiſus voluptatis.
Prou. 8.
Flumina Paradiſi quid indicent.
Pſal. 44.

Digitized by Google

tium Tigris, quod eſt acutum, & leue, etenim acuta Chriſti Doctrina oſtenditur, & omni gladio ancipiti penetrabilior, ac in obſeruatione leuis; iugum enim meum ſuaue eſt, (ait Dominus) & onus meum leue. Quartum vero Euphrates quod & fructificans eſt, æternis nempe Chriſti doctrina fit iuncta cum fructibus. Quid tandem aurum quidue lapides præcioſi, in hiſce fluminibus oborti ſignicent, requirat qui ſtudet, ipſe tamen arbitror hæc omnia beatitudinem deſignare, qua per Chriſtum fidelis anima lætatur. Fons igitur cum ſit Ieſus omnium bonorum, cunctique theſauri flumen, inquit, Theſaurizate vobis theſauros in cælo, ideſt, Chriſtum adipiſci ſatagite. Confirmat etiam hoc & D. Paulus dicens. Omnia arbitratus ſum, vt ſtercora, vt Chriſtum luchrifaciam.

Matth. 21. *Philipp. 3.*

FERIA QVINTA POST CINERES.

TEXTVS.

Cum intraſſet Ieſus Capharnaum acceſſit ad eum Centurio. Matt. cap. 8.

Quid myſtice ingreſſus Ieſus Capharnaum, quidue Centurio, & ſeruus è paralyſi curatus ſignificent.

IAm & Capharnaum agrum pœnitentiæ interpetrantur ſapientes, vbi & redemptionis humanæ primordia deſignantur. Intrauit itaque Ieſus Capharnaum, quando æterna prædeſtinatione, in eodem æternitatis inſtanti, quo è fæcunda Patris memoria fuit genitum verbum, propter caſum futuri hominis; fuit ad mortem prædiſtinatum in carne. atque in mortali ſuo corpore, totam hominis curaret infirmitatem. Tunc Pater æternus ſolicitoris Centurionis vicem geſſit: quod nec abſurde noſcitur dictum Centurionis nomine, æternum Patrem deſignari. Quid vtique Centurio ſit adinuenimus, centum militum eſſe præfectum. Nec plures ſunt quæ rationales creaturæ eſſe dicuntur; niſi quæ centenario numero concluduntur. Habetur quidem hoc Matth. 18. Si fuerint alicui centum oues, & perdiderit vnam ex eis, nonne dimittit nonaginta nouem in montibus, & vadit quærere eam quæ errauit? quod de Angelis, & hominibus Chriſoſtomus, & Origines aſſerunt dictum. nam & nonageſima creatura in Angelis, cemteſimaque in hominibus completur; ſuper quas Patre exiſtente domino, ipſe ſibi Centurionis nomen aſciſcit Dixit ergo Pater apud noſtrum modum intelligendi. Domine fili vnigenite, puer meus Adam iacet in domo magni Mundi paralyticus, peccato, & male torquetur, quia omnino eum caſurum video, non ſic mi benedicte fili, non ſic relinquendus eſt, opus etenim manuum noſtrarum eſt; ergo curandus. Vbi tria Pater vnigenito eius verbo pro huiuſmodi paralytici reddenda ſanitate proponit; potentiam, ſcilicet Verbi ad ſanitatem tribuendam, curationis decentiam; egrotantiſque pueri neceſſitatem vrgentem. Potentiam proponit, per ly, domine de ratione nempe dominij eſt, vt potens Dominus ſit, cui omnes haud tantum verbi eius imperio, verum & nutui obtemperent. Curationis decentiam, in eo, quod puer meus, ac ſi æternus Pater diceret, puer tuus, non vtique delinio terræ illum formaui, ſed formauimus; mihi, tibique, ſanctoque flamini vnica tantum operatione aduentante. Si ergo puer meus tuuſque eſt, nec Patrem decet ægenti puero negare, quod optat; nec te decet hominem non curare cum ægeat. Et egrotantis pueri neceſſitatem vrgentem, quia male torquetur. At nil amplius puto, Amico perſuaderi poſſe, niſi quod valeat, deceat, & neceſſe ſit, ſibi neceſſitudini coniuncto auxiliari: hinc æterno Patri verbum iuxta ſuæ munificentiæ largitatem reſpondet. Ego veniam, & curabo eum: ideſt, veniam ad terminum incarnationis, & mortis, ſciaſq; mi dilectiſſime Pater, quia tunc curabo eum.

Capharnaũ ſignificatio. *Verbum Dei ab æterno prædeſtinatum in carne mori.* *Pater æternus Centurio dicitur.* *Rationales creaturæ, centenario numero diſtributæ.* *Chriſoſt. Orige.* *Domus centurionis mundum deſignat.*

Quid

Quòd Michael Archangelus, & Gabriel Dei Nuntius, pro infirmi hominis ægritudine releuanda, Centurionis officium, apud Deum benignisſime ſumpſere.

PRæſuppoſito quòd diuina verbi incarnatio, ſimul & paſſio, ſuperioribus quibuſdam Angelorum principibus, à Domino Deo altiſſimo fuit reuelata, iuxta priſcorum, neotericorumque Theologorum dogmata; ſatis luculenter, aliquos beatarum mentium principes Centurionis ſibi officium apud Deum pro humani generis ſalute vendicaſſe cognoſcimus. Quòd vt patentius eluceſcat, illud ſeſe offert, quòd apud Danielis prophetiam teſtatum reperimus; vbi cap. 10. in hæc verba prorumpit. Et ait ad me, Noli metuere Daniel; quia ex die primo quo poſuiſti cor tuum ad intelligendum, vt te affligeres in conſpectu Dei tui: exaudita ſunt verba tua, & ego veni propter ſermones tuos. Princeps autem Regni Perſarum reſtitit mihi viginti, & vno diebus, & ecce Michael vnus de principibus primis venit in adiutorium meum, & ego remanſi ibi iuxta Regem Perſarum. Veni autem vt docerem te, quæ ventura ſunt populo tuo, in nouiſſimis diebus, quoniam adhuc viſio in dies. Quibus profectò verbis exortam oſtendit litem Daniel inter Angelos apud Altiſſimum, qua de populi Iſrael captiuitate ſoluenda agebatur, vt citius ad humani generis ſalutem incarnati verbi fieret in terris oſtenſio. Princeps Angelus Regni Perſarum curam ſuſtinens, vt captiuus populus Perſis fieret in ſalutem, legitima Dei, oſtendens, eumque ab idololatriæ errore abſcindere ſatagens; magni profectus fore Perſis, Deo præmonſtrabat; ſi Iſrael captiuitas prolixiori temporis curriculo detineretur. At contra Gabriel, vt toti mundo ſalus ſollicitaretur, captiuitatem reſcindendam fore, Deum præcabatur, vt citius aduentante Meſſia, hominum genus ab ægritudine tolleretur. Cui Michaelis oratio fauit. Hinc Gabriel Danieli Nuntius miſſus, & abbreuiatam oſtendit captiuitatem, & Meſſiæ tempus patefecit. Cum igitur in Euangelio legimus, introeunte Ieſu Capharnaum acceſſit ad eum Centurio rogans eum, & dicens: Domine puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur, talis ſe offert verborum intellectus, ideſt, Angelis præmonſtrata æterni verbi incarnatione certiſſima, Michael, Gabriel, multique alij Angelorum Principes, Deum exorantes dicebant. Domine Deus, puer meus, ideſt, homo meæ curæ commiſſus, iacet in mundo paralyticus, & male torquetur. Libera ergo Hebreorum populum à captiuitate, vt verbi incarnatione completa, hominis acceleratior ſalus euadat. Quibus Dei filius reſpondens ait. Ego veniam, & curabo eum, ideſt, fiet vt petiſtis. Propter quod ſtatim Gabriel acceſſit ad Daniel, cui alloquens ait. Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum, &c.

Cap. 10.

Angelorum lis apud Deum pro homine redimendo.

Angelorum Principes, quaſi Centuriones. Dan. 9.

Quòd Centurionis Euangelici oratio pro pueri ſalute impetranda, antiquorum patrum pro vniuerſi humani generis ſanitate, orationes deſignat.

CVilibet paſſim ſacras Scripturas perſcrutanti, antiquorum patrum deprecationes occurrunt, quibus & Deo dicitur: mitte Domine quem miſſurus es. Cumque & oculi eius aperti, & aures intentæ ad ſupplicum preces promptiſſimæ ſemper exiſtant; prophetarum eius Spiritu flante ora concrepant: ecce venio cito, ſi moram fecerit expecta eum, quia veniens veniet. Hinc cum in Euangelio legimus; ingreſſo Ieſu Capharnaum, ideſt, promiſſo patribus Meſſia, acceſſit ad eum Centurio, ideſt, vniuerſa ſanctorum Patrum Congregatio, rogans Dominum Deum Dicens, Vide Domine afflictionem noſtram, nos populus tuus ſumus, &

Sancti Patres in Centurione figurati.

oues

ones paſcuæ tuæ, veni Domine, & libera nos. Quibus, & Dominus reſpondit. Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam. Veniam igitur, & curabo vos. Pſal. 11.

FERIA SEXTA CINERVM.

Audiſtis quia dictum eſt antiquis, diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum: ego autem dico vobis diligite inimicos veſtros, & orate pro perſequentibus, & calumniatibus vos, & benefacite his qui oderunt vos. Matth. cap. 5.

Quòd Chriſtus amoris leges inſtituit, vt in illo viuamus, omnia etenim amore viuunt.

QVàm verum ſit omnia amore viuere, primamue omnium viuentium vitam eſſe ipſummet eſſe, & abſque quod alia vita viuant, per ſolum eſſe, non entia in entium coordinatione vita viuere, & demonſtratiuis rationibus oſtendere eſſet inane? cum iam omnium ferè naturalis auſcultationis ſapientum ſufficiat teſtimonium. Verum ſi profundiora naturæ indagare licebit, nec ab re fas erit aſſerere, illud eſſe quo cuncta vita viuunt, ex amoris penetralibus effluere, cum iam amor omnium principium (iuxta antiquorum monumenta) conſiſtat. Amoris enim eſt diſgregata coniungere, diſperſa ſimul vnire, vnitaque iunctim conſeruare, Amor lapidibus eſſe tribuit; plantis vegetatiuam vitam adminiſtrat, animantibus ſenſum, & tandem ſummus amor Deus, optimus maximus hominibus intellectiuam Animam infert. Tamque mirabilis eſtat amoris potentia, quòd vbi reperitur amor, omnia bona ſunt, recta, pulchra, vtilia, omnique decore fulgentia. Vnde vero ſit amoris abſceſſus, cuncta deformia, confuſa, diſſoluta, fœtore plena, ſordibus maculata, perfectio neque carentia relinquuntur. Cæterum amore quiſque ad aſtra volitare contendit, ac ſine amore cuncta in inferis demerguntur. Amore cuncta luci aſſimilantur, quæ ſine amore tenebroſa videntur. Amore omnia ad perpetuitatem diriguntur, quæ ſine amore corruptionibus obnoxia ſubijciuntur; ac denique omnia mirabiliter amore ſeruantur, quæ amoris abſceſſu miſerabiliter dextruuntur: vnde paræmia orta vulgatur. Concordia paruæ res creſcunt, diſcordia quæque maxima dilabuntur. Paulus quidem de Palatio huiuſmodi amoris laudes, & præconia celebrans, iucundiſſimo literarum modulo percunctatur, quòd tam maxima virtus amoris eſt, & tam deſiderabilis apud omnes eius aſpectus, quòd & ſingula naturæ entia in ſemetipſis illum introducere ſatagunt. Cur etenim vorax flamma cuncta adurere feſtinat? nonne quia ſibi contrarijs expulſis, omnia ſibi amicari contendit? Et plantæ radicum ore turgentes, humorem è Soli viſceribus attrahunt, vt in meliorem naturam telluremi conuertant. Quid Phebus, Phebeque ſimul candoris lumine quærant agnoſcimus, vtpote tenebrarum dilaniata caligine, omnia ſibi amica concordent, cæleſti fulgore clarentia. Maxima ergo amoris vis longe, lateque diffuſa, vt amicos inſolubilibus ferè conglutinet, vinculis, & inimicos dulciſſimis reddat laqueis irretitos. Hinc & apud priſcos iura ferentes, amoris ſancita priori inſculpebantur chirogapho. Audiamus quæ Solon Athenienſis, memoranda mandarit. Cum inimicis (ait) in gratiam redire ſtude. Adeſt & illud Senecæ mirabile dictum. Imitemur in beneficijs conferendis Deum; qui ab omni ſpe, luchri eſt penitus alienus, & tamen innumera, & maxima beneficia nobis largitur. Quid opus eſt, & Periandri, Cleoboli, Phocilidis, Licurgi, Cleomenis, Pytagoræ Xenophanis, cæterorumque amoris iura diſcutere. cum & ad aduerſarios vſque extendi quandoque faſſi ſint. Nos vero meliorem adepti fortunam in ſacras Scripturas incidimus, vbi omnia ad charitatis munera

Amoris vires eximiæ.

Paulus de Palatio.

Amoris leges apud omnes. *Solon.* *Seneca.* *Periander.* *Cleobolus.* *Phocilides.* *Licurgus.* *Cleomenes.* *Pytagoras.* *Xenophan.*

Digitized by Google

munera tendunt. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, primum eſt Deut. cap.6. Hoc eſt præceptum meum vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. Secundum eſt, Io:cap.15. Ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros, & orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos. Tertium eſt, Matth.cap.5. frequentiuſque reperiuntur in ſacris codicibus amoris iura conſcripta; ratio quidem, quia Deus charitas eſt, & quæ inuiſibilia, viſibiliaque produxit, amoris efflauit incendio; ſi quod igitur amore naſcitur amore viuit, haud mirum vtique ſi amoris Deus præcepta conſtituit. Diligite inimicos veſtros, & orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos, & benefacite his qui oderunt vos.

Omnia Deus amore creauit.

Quòd Chriſtus Amor ſit, & amoris Deus, ex quo amoris leges effluunt, cui ſoli amoris eſt iura condere.

QVærit quiſpiam, vt quid Sol omnia colluſtrat? cui reſponſio in promptu adeſt, nam & fons luminis eſt, omniumque fulgorum origo. Ita & de Chriſto reſponſio fit, ſi de eo, cur Amoris præcepta ſancit quæratur, quia amoris fons, & origo, & Deus Amoris eſt, cui ſoli competit amoris iura conſtituere. Adſit illud Platonis in conuiuio memorabile eximium, vbi quæ de amore fatetur concinne Chriſto tribuenda conſpicimus. Ait nempe: Amor Deus antiquus eſt. Videat nunc humana mens quæſo, quomodo valeat hoc de Chriſto fateri: quænam antiquor antiquitas æternitate ipſa, reperienda euenit? quæ ante omnia tempora eſt? æternitas ſoli Deo competit; vnde fit, vt à Daniele antiquus dierum appelletur. cap. 7. non temporis diuturnitate, dierumque longiſſimo curriculo; ſed immortalis vitæ infinito ſtatu. æterno igitur conſiſtente Deo, Chriſtus vt Deus coæternus eſt patri, nunquam etenim æternus pater, æterno verbo caruit. Vnde Athanaſius. Aeternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus ſanctus, Chriſtus igitur antiquus eſt Deus: nam eo æternitatis inſtanti, quo pater eſt, & verbum genitum eſt. Quantum ad humanitatem, adhuc Chriſtus antiquus eſt: fuit etenim conceptus primus Dei ſui ipſius conceptus, cum diuinam intelligens diuinus intellectus naturam, ex ſemetipſo verbum genuit Deum, ſicut ipſe eſt Deus; non tamen alium Deum eſſentiali alietate, ſed perſonali. Athanaſio teſte. Alia eſt perſona Patris, alia Filij, & alia Spiritus ſancti.

Plato.

Amor Deus antiquus eſt.

Athanaſius

Chriſtus quomodo Deus antiquus eſt.

Ille opifex rerum, mundi melioris origo.

SEquens vero, quæ & beth nuncupatur, ſigillum ſapientiæ Dei dicta, diuinæ conſonat ſapientiæ, in qua omnia velut in magna domo locata reſident. Verum quæ ſapientia, omnia ſimul continens, concludens, ſeruanſq; ſit, æterni patris filium ſcriptura fatetur. Quod factum eſt, in ipſo vita erat. Ioan. 1. Nec non confiteri valemus, verbum illud in quo, ex quo, & per quod condita ſunt vniuerſa, incarnatum fuiſſe, & Ieſum appellatum; Ieſus ergo cum Deus & homo ſit, quantum ad deitatem in omnibus eſt, quod & Auguſtinus aſſerit, dicens. Nil creatum fuit, nec ante tempora productum, quod non in Dei verbo, patri coæterno, coæterna vita viueret. Inſuper, vt homo Chriſtus in omnibus eſt, & omnia in ipſo ſunt, vt inquit Paulus. Complacuit Deo patri in eo reconciliari omnia. Doletq; D. Hieronymus editionem noſtram habere reconciliari, cum iam in veritate litteræ recapitulari eſſet dicendum: nam & recapitulauit omnia in Chriſto Deus, in ipſo, & per ipſum omnia reſtaurans; hinc & faſſus eſt ipſe. Omnia mihi tradita ſunt à patre meo. Math. 11. quod & de diuinitate humanitateq; dictum aſſerimus. De diuinitate quidem ſic. Quòd pater æternus omnia eſſentia-

Mundus non dum creatus viuebat in filio Dei.

Auguſtinus

Ephe. 1.

Hieronym.

Pater Filio dedit õnia.

Digitized by Google

eſſentialia, & ad diuinam perſonam conſtituendam pertinentia filio tradidit; totam etenim diuinam eſſentiam ipſum generans illi communicauit, hinc & ſemper filius patri coæqualis eſt. Quo vero ad deitatem ſimul cum humanitate, id eſt, ad totam perſonam Chriſti attinet, talis datur verborum intellectus. Omnia mihi tradita ſunt à patre meo, id eſt, omnia dedit mihi pater meus reficere, ac per redemptionem renouare, quod & ſatis liquet, omniũ viuentium naturam, per reſurrectionem ſuam, in ſuo corpore glorificaſſe. homo quidem (vt Triſmegiſto placet) quoddam omne eſt; ergo & Chriſtus omnia, & in omnibus eſt, & omnia refecit. Aliud quidem & mirabile amoris enarrat Plato. amorem inquiens omnium creatorem eſſe; quòd & Chriſto aptari haud erit difficile, nam & vt increatum, & vt incarnatum verbum creator eſt omnium. Præſupponatur vtique verbi eſſe omnia dicere, æternumq; patrem, ſimul & flamen ſanctiſſimum verbo cuncta creaſſe, nempe ſic patrem, verbum, & Spiritum ſanctum omnium creatorem eſſe conſpicimus, atque æqua creationis actio in Patre, Filio, Spirituque ſancto panditur. Vt autem filium Dei verbum incarnatum conſideramus, creatoris omnium ſibi ipſe munus aſciſcit, nam & per baptiſmum homines regenerans, cum omnis creatura ſit homo, iuxta illud. Prædicate Euangelium omni creaturæ. omnia regenerauit, vnde & omnium regeneratorem prædicamus. Vſurpo tamen regenerationem, quæ eſt reiterata generatio, pro recreatione, quæ eſt reiterata creatio. Amor omnium magiſter eſt. noſque magiſtrum vocamus Ieſum, & bene dicimus, eſt etenim, vt dixit. Vos vocatis me magiſter, & domine, & bene dicitis, ſum etenim Conſeruat amor omnia, vt viuant ſicque de Chriſto Paulus ait. Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum. Amor etiam animas ad cæli ſydera veheit: quod & de ſemetipſo ita Chriſtus aſſeruit. Si exaltatus fuero à terra ad me ipſum omnia traham. Ioan. 12. perfecteque opere compleuit, in cælum aſcendens captiuam ducens captiuitatem. Gloriæ gradus amoris largitione diſtribuuntur (ait Plato) fælicior tamen per Chriſtum æternæ gloriæ diſtribuitio panditur, cuius ore dictum ſummus. Sedebitis & vos ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim, tribus Iſrael Matth 19. hilarem reddit amor hominem, hilariorem Chriſtus. Hæc igitur Chriſtum pro nunc Deum amoris oſtendunt, cuius fideles amoris iura ſeruare tenentur, quia nec alius valet legitime amoris iura decernere.

Chriſtus in ſuo corpore glorificauit omnia.

Triſmegiſt.

Amor omnium creator dicitur.

Marc. 16.

Amor omnium magiſter aſtimatur.

Ioan. 13.

Philipp. 1.

Amor omnia conſeruat, ad cæli ſydera eleuat, & gloria gradus diſtribuit.

SABBATO CINERVM.

TEXTVS.

Cum ſero eſſet factum, erat nauis in medio mari. Marc. cap. 6.

Quòd ſero factum in orbe, peccati caſum deſignat, actioneſque nocturnæ quàmplurimæ, in ſacris literis prænominatæ, ſtatum peccati figurant, conclusit enim ſcriptura, omnia ſub peccato.

IAm diù cogitanti, mihi, quid nam velit illa Moiſis loquendi ſeries, factum eſt veſpere, & mane, at non è contra, factum eſt mane, & veſpere. Gen. 1. Euangelicus ſermo iam dubitationem abſoluit; ait enim. Cun ſero eſſet factum venit Ieſus ambulans ſupra mare, factum eſt nempe, ſero, deinde Ieſus acceſſit, prius peccati dannum innuens, de hinc Saluatoris acceſſum, quòd ergo Moiſes in veſpere, maneque figurat, hoc Marcus in ſero facto, & Chriſti aduentu explicat. Sero factum eſt vtique occidente iuſtitiæ originalis Sole, ac nocte peccati aduentante, priſci parentes cognouerunt ſe eſſe nudos. Adeoque nox atra cuncta contexit, quòd & vim Dei iuſtitiam ſectantes, iuſtitiæ opera nocte occluſa carpebant. Quid gratius Deo operari potuiſſet Abraham, niſi vt vnicum filium immolaret? Cur autem ad immolandum profe-

Sero factũ peccatũ deſignat, manè vero Chriſti aduentum.

Digitized by Google

Nocturn. veteris teſtamenti actionum myſterij.

ctus de nocte conſurgens ſtrauit aſinum ſuum? Gen.22.& vt cito fortaſſe ad montem accederet? nunquid dies deerat?de nocte ſurrexit,quia peccati nox atra iam creuerat. Nec filius Iſach a domino benedictus,è noctis medio tollitur. Siquidem apparuit ei Dominus in ipſa nocte dicens. Ego ſum Deus Abraham patris tui, noli timere, quia ego tecum ſum. Gen.26. Iacob ad Dei viſiones expoſitus, poſt Solis occubitum,ſcalam vidit, innixumque Deum, Gen.27. Agnus Phaſe patribus, familijſque hebreorum comedendus traditur, quibus noctu præſcribitur actio. Edent carnes nocte illa aſſas igni. Exo.12. Eiſdem per deſertum Deo duce oſtenditur iter, verum quid Moiſes referat audiamus. Nocte oſtendens vobis iter per deſertum. Deut.1. Noctu victoriam aduerſus quinque Amorrheorum reges conſequutus eſt Ioſue, ſacra teſtante Scriptura. Irruit ſuper eos Ioſue repente tota nocte. Ioſ.3. Ecce quid Gedeon Dei zelo peragit, aram Deo Iſrael conſtruit, quamque idoli Baal conſtructam inuenit, diſſipat, ſed per diem facere noluit, iam etenim omnia nocte compleuit. Iud.6. Nonne pro ſalute Regis Saul deprecatus eſt dominum Samuel, verum nocte conſternatus orauit. 1.Reg.15. Dilectus Deo Salomon noctu ſapientiæ culmen aſcendit.3.Reu.3. Noctu quæſiui Dominum teſtatus pſaltes, Quæſiui Dominum manibus meis nocte. pſ.31. Quid amore flagrans ſponſa quærit? Sponſum vtique,animæ languētis ſignificata præſentans; verſi ait in lectulo meo per noctem quæſiui quem diligit anima mea, quæſiui illum, & non inueni. Cant.3. Nil igitur nocte perficitur apud veteres,quia iam ſero factum eſt, peccatique caligo tenebroſa,donec aſpiret dies aduentus Ieſus omnia gratiarum lumine colluſtrans.

Exo.12. Deu.1. Ioſ.3. Iud.6. 3.Reg.3. Pſal.31. Cant.3.

TEXTVS.

Erat nauis in medio mari, & ipſe ſolus in terra. Mar. 6.

Quòd nauis, Chriſti humanitatem deſignat, mare ſæculum, & ipſe ſolus in terra, in periculis ſecuritatem ſuam præmonſtrat.

Hilarius. Ambroſius. Auguſt. Gregorius. Eucherius. Origines. Beda. Nauis Ecleſiam ſignat, & Chriſti humanitatē. Hieronym. Gregorius. Rupertus. Origines. Pſal. 103. Mare mūdum deſignat. Matth.2. Luc.4.

NAuim plura in ſacris codicibus deſignare comperimus, vt eſt videre Hila. in Matth. can. 6. Ambroſ. ſerm. 9. Auguſt. tract.2.in ſola. Greg.4.mor.22. Eucherium lib. form. ſpiritualium 8. At Origines, Beda, alijq; quàmplures, ad Eccleſiæ militantis ſtatum referunt, quæ ſæculi procellis, perturbationumque fluctibus agitatur. Deceat nos ſaltem illam ad Chriſti humanitatem referre, de qua myſtice prouerb, 31. Facta eſt, vt nauis inſtitoris de longe portans panem ſuum. Siquidem, & panis Verbum Dei eſt; ego (inquiens) panis ſum viuus qui de cælo deſcendi. Caro factum, humanitatis nauicula tectum confitemur. Quid vero talis patiatur nauicula ponto præſcutemur. Adſunt nempe maris ſignificata quàm plurima, de quibus & Hieron ſup. Amos 8.& Greg.34.mor.9.& Ruper.ſup. Ioel.2.alijque plura diſcutiunt. Verum Orig. hom. 4. in Matth. fretum mundo comparat, ſæculumque præſens fluctibus agitatum, mari conſonum oſtendit. Hoc mare magnum, mundus eſt, & ſpatioſum manibus, illic reptilia quorum non eſt numerus. Tunc ſiquidem nauis erat in medio mari, quando Verbum humanitate aſſumpta, vicos, & caſtella circumiens, prope regnum Dei eſſe prædicabat. Ipſe tamen ſolus in terra; nam & ſtabile ſolum, Chriſti ſecuritatem in aduerſis præſignat. Vix vtique adhuc erat freto demerſus, vixque eius littora natus tetigerat,cum ventus turbinis,& Herodis regia irruens, infantis cunabula mortis concutit ictu, ipſe tamen ſecurus Angelo Ioſeph in ſomnijs admonente ſeceſſit in Aegyptum: perſequutionis ventos fuga deludit, fluctuſq; pertranſit nauicula pontus. Quieſcente freto, iam extincto Herode, ad propria, carbaſa tendit, vixque velo ratem circunducere cæperat, cum Nazarenorum inſidiæ ex aduerſo re-

ſo re-

Digitized by Google

ſo reluctantes nauim confringere ſtudent, Ieſum ducentes in ſupercilium montis, vt eum inde præcipitarent: at ſecurus ille tranſiens per medium illorum ibat. Scopuloſa tandem freta ſubintrat, tunc haud nanis quatitur ventis illa ſecundis; nam cum Hieroſolimis applicuit flagellis, clanis lanceaque ad ſuimet vſque confoſſionem deuenit; verum enimuero ſecurus erat Ieſus, poſt mortem reſurrectionis gloria triumphaturus. Sic igitur inter maris vndas, ſolus erat in terra ſecurus.

TEXTVS.

Et circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans, ſupra mare. Mar. 6.

Quid quarta vigilia noctis circa quam Chriſtus ad diſcipulos acceſſit, quidue ab eo mare calcatum myſtice ſignificent.

IAm noctis vigilia quarta explicauda ſe ſeoffert, quæ iuxta Iſidorum per debitas noctis partitiones, ſic reperienda obijcitur. Eſt quippe nox ſeptem partita ſectionibus. prima crepuſculum dicitur crepidinem tantum tranſmiſſæ diei, aduentantiſque noctis pertingens. Secunda, veſper ob ſydus Heſper tunc occidentis ſemitas calcare incipiens. Tertia, conticinium, qua ſopore perfuſa cuncta quieſcunt. Quarta, intempeſtum, quæ noctis media ſcindit vtrinque. Quintum, gallicinium, aduentantis Aurore galli cantu præambula nuntiante. Sexta, matutinum, quo tempore Aurora conſurgit. Et ſeptima diluculum, quæ dubia diei lux interpetratur, iam naſcentis Solis, vix prima cunabula pertingente die. Venit ergo Ieſus circa quartam vigiliam noctis, quæ iam noctis medium demonſtrat, noctis horam deſignans, qua ad diſcipulos mærore labrantes acceſſit, profundoq; in horto ſopore detentos, co arguit. Sic, non potuiſtis vna hora vigilare mecum, vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem. Matth. 26 Sic vtique quartam noctis vigliam ad Paſſionis Dominicæ tempus referendam eſſe credimus. Valet nox etiam, & tempus ante Chriſti aduentum deſignare, teſtibus Hieron. ſup. Iob.3.& Cyrillo ſup.12.Ioã 62. quatuor diſtincta ſectionibus. Prima in Adam, vt Deum creatorem crederet. Secunda in Noe, iuſtitiam coram Deo ſeruare ſtudente. Tertia in Abraham fidei repromiſſionum patre. Et quarta in Prophetis, natiuitatis Chriſti luce appropinguante. Hæc igitur quarta noctis vigilia fuit, qua verbum aſſumpta carne, venit ad ſæculi fluctus remigio laborantes. Obſcuræ noctis ſumma tribulatio ſymbola refert, Greg. teſtante lib. 2. mor. 9. & Ieſus venit ad ſuos, ne fortis tentatio eos ad errorem inducat. Verum enim vero peccati cæcitas veluti nox atra mortalium corda contexerat, cum Ieſus ad mare paſſionis acceſſit: Vnde & dicitur, venit ad eos ambulans ſupra mare. Satiſque apte in aduentu quolibet Ieſus ſupra mare ambulat. In incarnatione, ſupra mare ambulauit, nam & in Mariæ Virginis vtero carnem aſſumpſit. In tempore tribulationis ſupra perambulat, mærorem calcans, ſuauis auræ ſolatio. Et in nocte paſſionis, Iudaici furoris Maria calcauit. Venit ergo Ieſus circa quartam vigiliam noctis ambulans ſupra mare.

Iſidorus. *Noctis in ſeptem ſectionibus diuiſio.* *Quarta noctis vigilia ad noctem paſſionis Chriſti refertur.* *Hieronym.* *Cyrillus.* *Nox tempus ante aduentum Chriſti præfigurat.* *Nox tribulationis, & peccati figuram præmonſtrat.* *Gregorius.*

TEXTVS.

Venit ad eos ambulans ſupra mare. Marc. vbi ſup.

Quòd Deus elementis omnibus fauit, & maxime elemento aquarum, quod ſedes eius in orbis extitit creatione, quidue aquarum congregatio myſtice ſignificet.

DIlexit dominus cuncta quæ fecit in cælo, & in terra, eiſque varia impartitus eſt dona; at elemeutorum corporibus ſua dignatus eſt fauere præſentia. In igne

Elementis Deus ſuæ præſentia fauit.

Moyſi, Hebreiſque ſimul in Sina ſemetipſum oſtendit, Imo fortius in die Pentecoſtes; nec in aliâ apparuit Spiritus ſanctus niſi in ignis forma, apparuerunt vtique diſpertitæ linguæ tamquam ignis. Aer Dei habitatio extitit, atteſtante Moyſe, ambulabat. Dominus ad auram poſt meridiem. Gen. 3. De quo & pſaltes. Qui ambulas ſuper pennas ventorum. Pſal.17. Num Dei tellus habitatio fuit, quid opus eſt diſcutere? cum iam haud commorantem, verũ & vitam degentem Verbum Dei carne tectum agnouimus. Quàm vero fauit aquis diuina maieſtas, mundi primordia referunt, nam nec elementorum aliquod ſibi in ſedem elegit niſi aquam, ſcriptura mihi teſte. Spiritus domini ferebatur ſuper aquas. Gen. 1. Quam & naturale cunctorum viuentium principium conſtituit: ſic ei mandas. Producant aquæ reptile viuentis animæ ſuper terram. Gen. 1. Quod vt dignius in aqua præmonſtret renaſcentis animæ in primis æquora ſumpſit. Diuino flatu mandata puonuntians. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto non intrabit in regnum cælorum. Ioan 3. eamque vertit in vinum, quia vinum in ſanguinem tranſubſtantiandum erat largiturus. Nec ſanguis ſine aqua, verum & aqua ſanguiſque ſimul è Chriſti latere fluxit. Ad quid Iordanis fluenta Dei filius ingreditur, & ad diſcipulos venit ambulans ſupra mare? niſi quam ſedem in principio creationis orbis elegit, humanæ regenerationis primordiam eſſe tribueret: quamue principium naturalis vitæ, hanc & ſupra naturalis ſemitæ initium conſtituetet. Addam quòd & tàm ſignanter aquis fauere dignatus eſt, quia aquarum nomine ſupera, ſimul inferaque clauduntur. Nonne Dei ſapientia aquarum nomine gaudet? aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Verbum quoque Dei aquarum nomine gloriatur. Fons ſapientiæ Verbum Dei in excelſis. Spiritus ſanctus ore filij Dei aquarum nomine fulget. Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, hoc autem dicebat de Spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Ioh. 17. æterna beatorum gloria aquarum titulo deſſignatur. Qui biberit ex aqua, quam ego ei dedero, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Ioh. 4. Per aquas, & Angeli ſignificantur. Aquæ omnes quæ ſuper cælos ſunt laudent nomen domini. Pſal. 148. Aquarum nomine iuſtorum congregatio figuratur. Vox domini ſuper aquas, Deus maieſtatis intonuit, Dominus ſuper aquas multas. Pſal. 28. Quid plura? Chriſtus diuina ſapientia eſt, Verbum Patris, cum Spiritu ſancto vnus, ſemper beatus, in conſilio Angelorum, iuſtorumque ſedens, hinc dicitur, quòd ambulans venit ſupra mare.

Aqua ſedes Dei in principio mundi.

Aquarum ſignificationes plurimæ.

Eccleſ. 15.

Eccleſ. 1.

Pſal. 148.

DOMINICA PRIMA QVADRAGESIMAE.

TEXTVS.

Tunc ductus eſt Ieſus in deſertum à Spiritu, vt tentatur à diabolo Matth. cap. 5.

Quòd deſertum cælum præſentat empyreum, Mariam Virginem, & Chriſti humanitatem, imo & mundum, & crucem, in quibus tentatus eſt Ieſus.

LEpide Mattheus filij Dei tentationes annutians, tunc (ait) ductus eſt Ieſus in deſertum, nec fortaſſe, conuenientiori vocabulo infinitæ æternitatis ſtatum deſignare valuiſſet, niſi tunc dixiſſet. Tunc etenim quòd ante tempora eſt, ductus eſt Ieſus in deſertum. Quidue ſit illud indagemus. Cælum cælicolaſque ſimul Deum creaſſe ex ſacris Scripturis colligimus: at plena habitatio cum ſcinditur deſerti nomen aſciſcit, abſciſſaque cælicolarum vrbe, impij Luciferi caſu, deſerti nomen obtinuit. Humanitatis deſertum prædeſtinatione tantum Dei filius intrauerat, cum aduerſante Lucifero tentationum congreſſus iniri cæperunt. Iam cælum empyreum deſertum ob Luciferi, apoſtatarumque mentium legimus, ibique tentator

Cælum empyreum deſertum dicitur.

Digitized by Google

tator acceſſit, vbi & Verbum Dei ab Angelis diuina reuelatione agnitum eſt incarnari. Quomodo autem filij Dei humanitas deſerti nomine ſignificetur, Salomonis ore dignoſcimus. ait nempe. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto delitijs affluēs innixa ſupra dilectum ſuum? Cant. 8. Ac ſi diceret, quæ eſt iſta Chriſti humanitas, quæ de mundo in cælum aſcendit, propria perſonalitate deſerta, dilecto verbo tantum innixa. Carebat vtique perſonalitate propria, Chriſti humanitas, hinc deſerta dicta. Tunc vero Dei filius in deſertum ductus eſt, cum certiſſimæ humanitati vniendus prædeſtinatus eſt. Nec aliunde erat humanitas aſſumenda, niſi ex deſerti viſceribus. Deſertum autem hoc Maria virgo eſt, de qua myſtice apud Iob legimus. Quis dedit vehementiſſimo imbri curſum, & viam ſonantis tonitrui, vt plueret ſuper terram abſque homine in deſerto, vbi nullus mortalium commoratur. Siquidem deſertum virgo fuit, vbi nulla mortalium operatio reperta. Hoc deſertum Dei filius incoluit à Spiritu ſancto ductus, Gabrielis ore teſtante. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Luc. 1. Tentatur à diabolo Verbum Dei in empyreo cælo, quando incarnationis prædeſtinatione ſuperioribus oſtenſa ſpiritibus, in inuidiam lapſus eſt Lucifer, Verbi vnionem ſibi concupiſcens. Ducto autem illo in virginis vterum tentatur ad mortem, vt euidentiſſime exitus acta probarunt. Nec mundus deſerti titulo caret. Quid aliud namque deſertum, niſi latebra ferarum? quidue mundus erat, niſi dæmonum domicilium? In mundo Ieſus à Spiritu ductus eſt, vt vero inſidente ciue, beſtiarum agmina fugam arripiant. A diabolo tentatus, nam & diaboli membra Chriſto tentationes intulerunt in mundo. Aſperius tandem deſertum crux Chriſto amariſſima fuit, in qua omni deſtitutus auxilio, & diabolum vicit, mundique damna reparauit.

Deſertum humanitatem Chriſti deſignat.

Maria Virgo deſertum dicitur. Iob. 38.

Mundus deſerti nomine figuratur.

Crux Chriſti deſertū.

Quòd Ieſus in deſerto tentatus, rationalem ſpiritum varijs tentationibus circumuentum deſignat.

SI aliquantulum deſerti ſignificata indagare licebit, quæ dæmonum inſidiæ, humanos Spiritus aduerſantes exiſtant, agnoſcemus. Deſertum quidem vnde aſcendit delitijs affluens, qui ad cæleſtia eleuatur, humanum deſignat cor. Riccardo Victorino aſſerente. 5. de Arca myſtica. cap. 24. Quam viri iuſti pſaltes ſolitudinem deſcribit. Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudinem. Pſal. 54. Auguſtinus exponit figurare conſcientiam. Deſertum ieiunantis Chriſti, carnem Ambroſius ſignificare autumat. ſerm. 33 Deſertum Sin, in quo Iſraelitis oſtenditur Deus, religionis ſtatum demonſtrat, teſte Beda ſup. Exo. 5. Eremus in quem fugit Elias, huius ſæculi contemptum innuit, vt Bernardo placet ſerm. par. 64. Adhuc & litteram legis, prophetarumque, ſentiente Greg. ſup. Ezech. hom. 3. Nec ab re Tertullianus aduerſos Iudeos deſertum in quo poſitus fuit Adam è Paradiſo eiectus, huic mundo comparat. Cui Chriſoſtomus, de Iephte fauet, ſolitudinem, in qua filia Iepht virginitatem planxit præſentem vitam intelligens. Hiſce quippe deſertis vir iuſtus expoſitus, tentatoris quatitur ictuibus. Noſce quas in corde tentator iacula mittit; cogitationes peſſimas, vindictæ appetitus, tementia frigora, ne charitatis ignis ardeſcat. In deſerto conſcientiæ, deſperationis fulgora, infidelitatiſque procellas. In deſerto carnis, concupiſcentiæ ardores, vanitatum oblectamenta. In deſerto religionis, votorum contradictiones, & clauſuræ diſplicentiam. In contemptu ſæculi, potentium perſequutiones. In littera legis, prophetarumque orthodoxæ interpretationis impedimenta. In mundo quo longius mortalis vita protenditur, eo diuturnior fit tentationum acerbitas. Tentatur igitur iuſtus in deſerto, quia & ductus eſt Ieſus in deſertum à ſpiritu, vt tentaretur à diabolo.

Cor humanum deſerti nomine deſignatur Riccardus de S. Victore.

Auguſt.

Ambroſius

Beda.

Bernardus

Gregorius.

Tertull.

Chriſoſt.

Deſerti ſignificationes multa.

Tentationum diuerſa genera.

Quòd

Digitized by Google

Quòd Chriſtus tentari paſſus eſt, vt nos ad vera frugalitatis opera dirigeret.

Chriſoſt. Gloſſa ord. Origenes. Tentationes Chriſti in deſerto multæ. Marc. 1. Remigius. Beda. Origenes. Tentationis Chriſti cauſæ. D. Leo Papa. Auguſt. Ambroſius Rupertus.

TEmpus quo Ieſus in deſertum ductus eſt, per ly, tunc, ſignificatur, ideſt, quando triginta annorum effectus à Ioanne in Iordane baptizatur; docens (aſſerente Chriſoſtomo,) quod ſacro aſſumpto baptiſmate, in militem Chriſti aſcriptus eſt homo, non vt quieſcens otio incumbat, ſed fortiter aduerſus reluctantes ſpiritus prælietur. Quod & Gloſſ. ord. refert. Origenes autem haud vnam in deſerto tentationem paſſum aſſerit Chriſtum, ſed fortaſſe plurimas, verum quæ fuerint ignoratur, cui ſatis Marci fauet authoritas; ait quidem. Erat quadraginta diebus, & quadraginta noctibus in deſerto, & tentabatur à Sathana. Huiuſmodi aſſertione fauet adhuc Remigius, & Beda. Imo & D. Paulus hoc idem affirmare videtur, inquit vtique Chriſtum tentatum per omnia pro ſimilitudine abſq; peccato. Heb. 4. Cæterum quæ nobis huiuſmodi tentationes frugalitatis conferant inſpiciamus. Voluit (Origines ait) ſecuritatem eius amatoribus conferre, quòd ſicut tentatus Ieſus omnes vicit hoſtiles ictus, ſic tentati, eius fidem, doctrinamque ſectantes, glorioſum capient de hoſte triumphum. Aut forte tentari permiſit (ait Leo ſerm. de ieiunio,) vt tunc ſuorum fidelium opera Deo grata eſſe deſignet, cum tentationum igne examinata corruſcant. Placet etiam, quod Auguſtinus lib. 4. de Trinit. refert. Haud tantum Ieſum efficientem noſtræ ſalutis cauſam fuiſſe, verum & exemplarem oſtendi voluiſſe: vt ſicut caput probra ſuſtinuit, de hinc ad vitam ingreſſus, ſic & membra tentationibus ſubiaceant, vt quam quærunt vitam inueniant. Cui adhæret Ambroſius lib. de Elia, & ieiunio; Chriſtum tentari permiſiſſe aſſerens, vt qualibus armis, hoſtem vincendum fore noſcamus. Vicit quidem tentatus Chriſtus, victuros nos eſſe exemplo demonſtrans. Ita quidem hoc Rupertus examinat, tentatum videlicet, Chriſtum aſſeuerans, vt veteris Adæ damna reſtitueret. Fuit quidem in loco Eden ille tentatus; ſed tentatoris aſtutia, hoſtili ſuccumbit incurſu, & è quietis loco pulſus, ad laborum onera deſtinatus: at tentatus Ieſus in deſerto, tentatoris vulnere caſſo confringit audaciam, victorque euadens, laborum onera tollit, cæleſtiſque per eum pingueſcunt ſpecioſa deſerti. Huic etiam dicendi modo Gregorius Nazianzenus in Apolog. præbet aſſenſum, Adam, ſcilicet, pro omnibus tentatus, pro omnibus iuſtitiam perdidit, at ſecundus tentatus Adam, victor exiſtens, pro omnibus recuperauit amiſſum. Abulenſis, & his, tentationem Chriſti, in deſerto Religioſis exemplum eſſe demonſtrat, valde periculoſum aſſerens, in deſertis Eremiticam vitam gerere; huiuſmodi autem munus Solis conuenire perfectis, hinc haud permiſſum antiquis patribus quandoque fuit, ſolitarie in eremis commorari, ni prius in cænobijs ſanctitatis inditijs vita probaretur. His ergo alijſque documentis oſtendendis, tentandus Chriſtus, deſerti antra perluſtrat.

Gregorius Nazian. Abulenſis. Religioſorum Chriſto exemplum.

TEXTVS.

Cum ieiunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus poſtea eſurijt. Matth. vbi ſup.

Quid quadraginta dierum ieiunium, & quadraginta noctium, quidue filij Dei eſuriens myſtice ſignificent.

Lucis, ſiue diei nomine Angelica natura deſignatur. Gloſſa int.

QVadraginta dierum, noctiumque ſignificata occurrunt explicanda, dies quippe intellectualem nobis creaturam deſignat, lucis nomine præmonſtrata. Gen. 1. Dixit Deus fiat lux, & facta eſt lux, vbi & lucis creatione, Angelicæ naturæ productio myſterioſiſſime figuratur, Gloſſ. int. atteſtante. Quàmque verum hoc agnoſcamus, ſcriptura ſequitur; & diuiſit Deus lucem

Digitized by Google

lucem à tenebris Angelos, ſcilicet, tenebrarum, ab Angelis lucis ob inobedientiam diuidens. Quot autem Angeli lucis ordinibus diſtinguantur, & ſacris codicibus elicimus. Nouem ſiquidem ſæpius enumerantur. Intellectualis creatura adhuc & rationalis anima conſtituitur, inter viuentia ſubcæleſtia ſola beatitudinis luce decoranda. Decem ergo intellectualium creaturarum ordines enumerandos eſſe conſpicimus. Denarij vero baſis quaternarius ſubijcitur; nempe quaternarij ſumma ad decem vſque protenditur, vt latius in libro de numerorum arcanis notatum mandauimus. Quatuor ergo decem quadragenarium conflant numerum, vnde & quadraginta dies intellectualibus aptandi creaturis eueniunt. Noctes vero quadraginta corporalem omnem præſentant naturam. Liquet hoc ſanè, quia nulla ſunt beatitudinis lumine colluſtranda. Taliumque creaturarum numerus quadragenario completur ordine, ſiquidem corporalia quæque corruptionibus obnoxia, aut elementa ſunt ſimplicia aut ſimul corporibus adunata, vnde fit omnia ſub cælo conſiſtentia elementa, aut elementata eſſe, nil aliud vtique in corporibus dignoſcendum occurrit, niſi elementa quatuor, quorum numerus per decem auctus, quadragenarium conſtituit: vnde fit, vt corporales creaturæ in noctibus ſignificatæ quadragenario numero abſoluantur. Ieiunat homo corporalium ciborum inedia; ieiunauit &c.

Intellectualium creaturarum ordines decem. Noctesquadraginta ad corporeas referũtur creaturas.

Ieiunij Dei, & hominũ differentia.

TEXTVS.

Et accedens tentator dixit ei. Si filius Dei es, dic, vt lapides iſti panes fiant. Matth. vbi ſup.

Quomodo diabolica tentatio ad filium Dei directa, myſtice intelligenda ſit, quidue lapides, paneſque ſignificent, quamque vim habeant diaboli verba iuxta litteram.

INtellectus Angelici perſpicuitas in ipſo creationis exordio, altiſſimi Dei poteſtate lucidiſſime indicta apparuit, taliſque fuit diuinæ prouidentiæ ordo, vt inferiores Angelorum virtutes ſuperioribus adunentur. Adſit profectò Ezechielis prophetæ teſtimonium. cap. 28. myſtice de Angelorum perfectionibus, ſuperiori omnium lucifero adunatis, talia proferentem. Hæc dicit Dominus Deus. Tu ſignaculum ſimilitudinis, eius, plenus ſapientia, perfectus decore, in delitijs Paradiſi Dei fuiſti: omnis lapis prætioſus operimentum tuum, ſardius, topazius, & iaſpis, chryſolitus, & onyx, & berillus, ſaphirus, carbunculus, & ſmaragdus: aurum opus decoris tui, & foramina tua in die qua conditus es præparata ſunt. Tu cherub extentus, & protegens, & poſui te in monte ſancto Dei, in medio lapidum ignitorum ambulaſti. Perfectus in vijs tuis à die conditionis tuæ, donec inuenta eſt iniquitas in te. In multitudine negotiationis tuæ repleta ſunt interiora tua iniquitate, & peccaſti, & eieci te de monte Dei, & perdidi te ò Cherub protegens de medio lapidum ignitorum. Quid autem prophetæ verba proferant inueſtigemus. Plenum ſapientia perfectumq; decore Luciferum oſtendit, prætioſi lapides quibus ornatus apparet, nouenario concluduntur numero, iuxta nouem Angelorum ordines, qui & ignitis lapidibus figurantur. Habuit ergo Lucifer omnium Angelorum perfectiones, quæ prætioſi lapides eſſe dicuntur. Inquirentibus autem, & aliquam Verbi Dei perfectionem, quòd panis cæleſtis ſit occurrit, eiuſdem verbi teſtimonio firmatum. Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi. Tentat itaque lucifer, vt panis hypoſtatica vnio carni minime fiat, ſed lapidibus. Ait quidem ſi filius Dei es, eſuriem vnionis ad tuas creaturas habens, dic, pro fac, vt lapides iſti prætioſſimi, quibus de core perfectus incedo, per hypoſtaticam vnionem panes fiant, ideſt, tibi qui panis es vniantur, eriſque tu aſſumpta tibi Angelica natura, Deus & Angelus, non autem Deus, & homo; ipſe vero nunc ſignaculum ſimilitudinis Dei exiſtens, veri Dei natura gloriabor. Negat Dei filius, qua negotiatione repleta ſunt Luciferi viſcera iniquitate,

Angelorũ inferiorum perfectiones ſuperioribus inſunt.

Tentatur filius Dei, vt Angelis hypoſtatica vnione iungatur, non hominibus

Digitized by Google

tate, peccauitque, & de medio lapidum ignitorum, qui ſunt nouem Angelorum agmina ſegregatus, de monte ſancto Dei eiectus corruit. Quam autem ad litteram diaboli verba vim habeant diuerſi mode apud patres agnoſcimus. Tentatoris voluntas ſiquidem erat, an Chriſtus veræ Dei filius ſit experiri, quaue poterat induſtria, ne à Chriſto agnoſcatur occultare. Hinc Innocentius obſeruat, haud Chriſto diabolum dixiſſe, dic, vt lapides iſti carnes fiant, ne in ciborum varietate valeat eius aſtutia dignoſci. Contemplatur autem, & in Card. Hugo tentatorem Chriſto alloquutum ficto compaſſionis zelo; ac ſi dicere vellet; iam multum in hoc ſolitudinis, horroriſque loco laboraſti, haud decet amplius te ieiunio vacare, inediæque debilitate temetipſum interimere, refice ergo artus tuos, cibo recreatus pauliſper, nec tibi ſi vis deficit, quòd manduces, eo quod ſi filius Dei es, dic, & lapides iſti panes fient. Huiuſmodi etiam verborum directioni Ioannes Suárez conſentit, ita, videlicet, tentatorem alloquutum oſtendens. iam clarum eſt, omnem creaturam tuis manibus formatam, ſemper tibi obedientiam præſtare, ſi ergo filius Dei es, vt vulgo dicitur; profectò & lapides iſti tuis iuſſis obtemperabunt, dic itaque, & vnico tuo verbo panes fient. Quòd ſi oculis meis hoc perſpexero, diſcipulus tuus eſſe voluero, & præco tuus ero, vbiq; tuam potentiam prædicans. At Claudius Guillaudus tentatoris verba propriæ tentoria eſſe pronuntiat: ac ſi tentator diceret. O quàm bellus Dei filius es, ò quàm attente de te pater curat, cui nec panis fruſtulum in hoc deſerto largitur: te inter huius deſerti Silueſtres beſtias fame interimi permittens; ſi tu vere filius Dei eſſes, ipſeq; te vere filium agnoſceret, haud ſic miſerrime, te fame perire dimitteret: quia non vidi Iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem. Pſal. 36. Eliæ coruorum miniſterio panes, & carnes quotidie largiebatur. 3. Reg. 17. Danieli in lacum leonum occluſo, cibaria miniſtrauit, Abacuch deferente. Dan. 14. tibi vero nil impartiri dignatur. Fac igitur quòd ſuadeo, nil patrem curare, noſcis enim, quòd nihil de te cogita; iam dicitur, te filium Dei eſſe, ſi verum eſt hoc, dic, vt lapides iſti panes fiant, & comede, & animam tuam refice, quia nimis ieiunio te extenuatum agnoſco. Quid autem filij Dei myſterioſa contineat reſponſio in inferioribus indagare licebit.

Innocent. — *Hugo Card.* — *Ioannes Soarez.* — *Tentationis diabolica verba ad Chriſtũ directa.* — *Claudius Guill.* — *Pſal. 36.* — *3. Reg. 17.* — *Dan. 14.*

TEXTVS.

Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Matth. vbi ſup.

Quid ſit in verbo Dei viuere, de verbo Dei increato intelligendo; nec non quomodo in verbo Dei inſpirato homines viuant.

VErbum Dei increatum, filium Dei Ioannes enuntiat; in principio erat Verbum, & verbum erat apud Deum. in quo qualiter omnia viuant, idem Dei nuntius explicat. quod factum eſt, in ipſo vita erat creaturarum vitam in Dei verbo denuntians. Hoc etenim vniuerſum Dei verbo completum in tempore, ante tempora erat in verbo vita, nam quod factum eſt; quantum ad diuinas ydeas, viuebat in verbo. Verbum ſiquidem vita eſt, de quo pſaltes: Apud te eſt fons vitæ. Pſal. 35. Viuit homo in verbo, vita multiplici, prædeſtinatione, ſcilicet, qua deitati verbi vniendus ab æterno fuit; gratia qua Deo viuens gratus efficitur, & gloria qua in æternum viuens, deitatis vniuerſæ natura fruitur. Hinc haud pane viuit homo, ſed verbo, quod ab æterno genitum procedit de ore Dei. Homo vero, ſeu humanitas verbo hypoſtatice iuncta, nec pane viuit; ſed verbó, vnde ſenſus. Homo, aduerſus quem in deſerto tentator inurget, non ſolo pane viuit, vt cæteri hominum, ſed iunctus verbo, quod procedit de ore Dei. Per os quidem diuina verbi generatio ſignificatur, vt ſcriptum eſt. Ego ex ore altiſſimi prodiui, primogenita ante omnem

Omnia in verbo Dei erant vita. — *Homo dupliciter in verbo viuit.*

crea-

Digitized by Google

creaturam. Eccleſ. 24. Quo vero ad inſpirati verbi vitam attinet: nec aliud inſpiratum verbum autumo, niſi quod ad prophetas factum eſt, idemque, quod diuinæ viſio, vel locutio, quo præſente, haud pane viuit homo, ſed verbo. Nouimus etenim & Moyſen, & Eliam, Dei ſermonibus paſtos, eiuſdem verbi iucunditate, ſine pane vixiſſe, haud ergo in pane tantum viuit homo, cum & in verbo Dei viuere queat. Eſurit tamen Ieſus, nec famis rationem tentator nouerat; de quo recte Chryſoſtomus. Non cognouit (inquit) quoniam qui vere non eſurit, voluntarie, eſurire poteſt. *Eccleſ. 24.* *Chriſoſt.*

FERIA SECVNDA
Dominicæ primæ in quadrageſima.

TEXTVS.

Cum venerit filius hominis in maieſtate ſua. Matth. cap. 25.

Quòd venturi iudicis figuram dulci ſub modulo Iob & Salomon præſignauerunt.

ESurienti animæ (ait Iob) etiam amara dulcia eſſe videntur. quidue amarius extremo Dei iuditio guſtabile proponatur? neſcio: dulci tamen verborum eloquio Iob illud proponit. Amoris quidem Salomon in canticis canticorum oblectamenta præmonſtrat; interius autem iræ Dei iacula ſignat. Iudicem venturum mundus expectat, ille vero ſub dilectiſſimæ ſponſæ melleſluis verbis vmbra præfigurat. Ecce quæ myſticæ Sponſa decantat, encomia. Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus. Caput eius aurum optimum. Comæ eius ſicut elatæ palmarum, nigræ quaſi coruus. Oculi eius ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum, quæ lacte ſunt lotæ, & reſident iuxta fluenta pleniſſima. Genæ illius ſicut areolæ aromatum conſitæ à pigmentarijs, Labia eius lilia diſtillantia myrrham primam. Manus illius tornatiles, aureæ plenæ haycintis. Venter eius eburneus, diſtinctus ſapphiris. Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas. Species eius, vt libani, electus vt cedri. Guttur illius ſuauiſſimum, & totus deſiderabilis. Numero quidem æterni ſponſi præconia quot ſint, iuxta illius membra perſpicimus. Corpore laudatur, capite, comis, oculis, genis, labijs, manibus, ventre, cruribus, ſpecie, guttureque. Corporis colore candidus, & rubicundus, innocentiæ quidem candore flagrantiſſimique amoris rubore perlucidus, quem Pater in ſaluatorem mundi elegit ex millibus, id eſt, ex tota entium vniuerſitate. Aurum omni metallo purius, Eccleſiæ ſponſi caput puriſſimum Deus eſt, atteſtante Paulo. Caput Chriſti Deus. Palmarum elatæ indeficientes, & obſcuræ. Comæ capitis Chriſti, id eſt, iuditia cogitationum eius indeficientia, & obſcura, de quibus pſaltes. Nimis profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ, vir inſipiens non cognoſcet, & ſtultus non intelliget hæc. Oculi columbarum puritate lotarum, quorum perſpicuitate riuulos, id eſt, generationes humanæ naturæ, aquæ comparatæ contemplatur. Talem nempe humani, fluxus metaphoram pronuntiauit Dauid, mulier illa Tecuitis. Omnes morimur, & ſicut aquæ dilabimur. Areolæ aromatum genæ, quia ſanctorum laudibus decoratæ. Labia eius lilia, candidiſſima veritate perfuſa. Manus eius tornatiles ad bonorum præmia, malorumque iacturam, plenæ hyacintis ad bonos, & flagellis ad reprobos. Venter eius eburneus, quia beatitudinis gremium ſanctitate refulget; diſtinctus ſapphiris diuerſorum gloriæ præmiorum, quòd ſummæ veritatis ore teſtatur, In domo patris mei manſiones multæ ſunt Ioan. 14. Crura ſempiternæ vitæ ſtabilia, ſuper ſecuritatis baſes fundata. Species eius decora, & guttur filij Dei ad eloquia ſanctorum ſuauiſſimum. Hæc vtique

Cap. 6. *Cant. 5.* *Sponſi cœleſtis, eiuſq; pulchritudinis deſcriptio.* *1. Corinth. 11.* *Pſal. 91.* *2. Reg. 14.* *Ioan. 14.*

Digitized by Google

Venturi iudicis præconia ſuauiſſima ſunt, quibus onuſtus ad iudicium peracturus adueniet. Corporis candore, impiorum nigredinem, amore quidem illorum odium condemnaturus accedens. Eccleſiæ triumphantis caput, ſynagogam ſatanæ euerſurus aduenìens. Occulta Dei iudicia, quæque cordium impia latent cunctis oſtenſurus. In generationibus cunctis, quæ deteſtanda facinora vidit trutina iuxta appenſurus percurrens. Sanctorum merita aromatica gloriæ largitione præmiaturus aduenìens. Integra veritate cuncta indicaturus accurrens. Secundum opera manuum hominum præmia largiturus accedens. Inferni terminis reproborum clauſtra circundans, beatoſque ſimul beatitudinis ventre concludens. Quorum ſecuræ baſes, decoræ ſpecies, Angelorumq; modulis eloquia dulciſſima ſuauitate perfuſa. Talem igitur futuri iudicis figuram dulci verborum eloquio Salomon deſignare contendit.

Quod licet æternus iudex miſericordia inſignitus exiſtat, terrorem tamen, in veteri, nouoque teſtamento aliqualiter oſtenſum, plenius in vniuerſi conſummatione complebit.

Deus terrorem infert, etiam cum ad conſolandum accedit.

Gen. 15.

Exo. 20.

Iud. 13.

Dan. 10.

ALtiſſima bonitate refulgentem Deum, miſericordiarum patrem, ſacra Scriptura denuntiat, quem ſemper terrore plenum agnouimus; licet hominibus quoddammodo ſolatia largiturus acceſſerit. Ad Abraham loqui dignatus, ampliſſimæ telluris Chanaan imperiū promittens, ſacrifitium in ſignum initi fœderis poſcens: quid hoſtiæ oblatione peracta Abrahæ acciderit ſcriptura commemorat. Cumque Sol occumberet, ſopor irruit ſuper Abraham, & horror magnus, & tenebroſus inuaſit eum. Gen. 15. Talibus fuit promiſſio immixta terroribus, vt miſericors dominus iuſtitiæ furoribus dignoſcatur efferbens. Quid oculis iucundius, quidue auribus ſuauius, quam Dei viſiones cernere, eiuſque voces audire? Hæc vtique optabat Iſrael; at in Sina domino deſcendente, vocibuſque eius tubarum more concrepantibus, perterritus ille clamaut ad Moyſen: loquere tu nobis, non loquatur Dominus, ne forte moriamur. Exo. 20. Cumq; Iſrael in ſeruitutem redactus exiſteret, vt in aduerſis diū non coruſcarent ſolatia, per Angelum Samſonis natiuitas annuntiatur; exarſit. Manue pater viſendi Angelū deſiderio flagrans, quem Deus conſolari dignatus, eiuſdem ſpiritus viſum alloquiumque largitur; tam vero terroris fit in illo commotio, quòd timens, eiulanſque proclamat. Heu moriemur, quia vidimus dominum. Iud. 13. Nonne Daniel, cilitio, inediaque afflictus pro populo clamabat ad dominum? Ecce Gabriel iucunda denuntiaturus accedit. Quid vero Danieli acciderit audiamus. Non remanſit (inquit) in me fortitudo, ſed & ſpecies mea immutata eſt in me, & emarcui, nec habui quicquam virium. Dan. 10. Tales igitur Dei aduentus cauſat effectus, ſimul ſolatium terroremque inferens, vt in ſolatio pium, in terrore iuſtum agnoſcamus. Conſummationis orbis tamen aduentante die, cùm pietatem haud oſtenſurus Chriſtus adueniet, ſola feruente iuſtitia, crudelior vtique eſt acerbitas expectanda. Quòd ſi antiquis patribus in ſolatio terrorem Deum immiſiſſe comperimus, putaritque quiſquam hoc Deo volente factum, adhuc etenim veteris Adæ vigebat iniquitas ob quam Deus vltionis domini ſibi nomen vendicauit. Addam quòd, & nunc temporis, quo veteris hominis eſt culpa remiſſa, quoue indulgentiarum initia, à primo incarnationis verbi inſtanti, apud patrem coruſcare cœperunt, tunc etenim vere miſericordiarum pater appellatus eſt Deus, cum proprio filio ſuo non parcens, pro nobis omnibus tradidit illum. Iam placitior exiſtens, iam operibus manuum ſuarum dulcia pronuntiaturus congaudens, inter ſolatia, horrida miſcere non deſiit. Ad quæ profecto Gabriel Angelus virgini nuntianda iam venerat, quòd Dei quidem mater, & ſimul ſponſa ſimul, & puerpera virgo, quodque

Digitized by Google

que diuinarum gratiarum horreum, &c. Nonne iucunda hæc dulciſſima ſuauitate redolentia? at vero terror in Virginem irruit, turbataque in Angeli ſermone, cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Luc. 2. Quid iucundius item in aduerſis diuino fauore fulciri? verum enimuero domini diſcipulos in mari laborantes legimus: ventoque flante, ita vt nauicula pæne mergeretur, ſolatium in tribulatione Ieſus largiturus acceſſit: at illi timuerunt valde, omnes enim viderunt eum, & conturbati ſunt. Mar. 6. Imo fortius id, quod referam. Ardentiſſimo diſcipuli domini viſendi Ieſu gloriam feruebant deſiderio: aſſumpſit ille Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelſum ſeorſum, oſtendenſque illis gloriam ſuam transfiguratus eſt ante eos: at illi terrore correpti, ceciderunt in facies ſuas, & timuerunt valde. Matth. 17. Atq; hoc relatione dignum dimittere nequeo: accedunt deuotæ mulieres ad monumentum, lacrimas perfundunt amaras, cupiunt corpus videre Ieſu. Ecce Angelus Domini deſcendit de cælo, vt ſolatia flentibus impartiretur: quidue in hoc gaudio illis euenerit iam noſcimus. Exeuntes fugerunt de monumento, inuaſerat enim eas tremor, & pauor, & nemini quicquam dixerunt, timebant enim. Marc. 16. Ex his igitur argumentum aſſumere licebit, quod ſi ſolatia hominibus inferens terrores incutit aſſiſtentia Dei: quid acrius, quidue horribilius expectandum, cum iaculis iræ tantum coruſcantibus, Chriſtus Dominus ad iuditium veniet?

Luc. 2. *Mar. 6.* *Matth. 17.*

Quòd extremi iuditij acerbitatem, per ignem Daniel præmonſtrat, per gladium, & fulgur Moyſes: at Ioannes in æquite.

DVra manus Domini ſuper nos, & ſuper Dagon Deum noſtrum populus philiſtinorum aiebat. 1. Reg. 5. durior vero in diabolum, & eos, qui ſequuti ſunt eum diuina punitio eſt, quam Daniel mirabili viſione deſignat. ait vtique. Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit. Veſtimentum eius candidum quaſi nix, & capilli capitis eius quaſi lana munda. Thronus eius flammæ ignis; rotæ ejus ignis accenſus, fluuius igneus, rapiduſque egrediebatur à facie eius. Millia millium miniſtrabant ei, & decies millies centena millia aſſiſtebant ei. Iuditium ſedit, & libri aperti ſunt. Dan. 7. Num aſperius iuditium excogitari poteſt? Throni ſuper quos antiqua æternitate ſenex inſidet Deus, Angelorum ordines eſſe perhibentur. Veſtimentum niuea puritate candidum diuinæ iuſtitiæ rectitudine præſignat. Capillorum albedo inæqualitatem iuditiorum Dei, hominumque figurat. At quid thronus igneus, igneæ rotæ, & fluuius à facie igneus? nonne quia ad ignis ſententiam vniformi nutu, Angelicæ mentes, per thronum Dei deſignatæ, electorumque vniuerſitas per igneas rotas figurata præbebunt aſſenſum? Fluuius autem igneus rapida velocitate percurrens, aut ad verbum Dei refertur, ex fæcunda patris memoria genitum, aut ad ignis ſententiam, ore filij Dei in reprobos promulgandam. Ite maledicti in ignem æternum. Matth. 25. Millia millium iudicis ſenatum complent, iuditiumque fit his, quorum aperta facinora patent. Quàm vero ſit in reprobos acerbiſſima Iudicis ira, cantici Moyſis verba declarant. Si acuero, vt fulgur gladium meum, & arripuerit iuditium manus mea, reddam vltionem hoſtibus meis, & his qui oderunt me retribuam. Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus deuorabit carnes. Deut. 32. Iuditij gladius fulguris coruſcatione monſtratur: ignibus etenim fulgur incendit, ſonitu vero adhuc conſtantia pectora terret. Tale iuditium Dei procedet ex ore; vt igne rebelles adurat; cuius ſonitu adhuc ſanctorum quaſi trementia corda paueſcant. Sume quæ Ioannes æterni Iudicis inſignia refert. Et vidi cælum apertum, & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum vocabatur fidelis, & verax, & cum iuſtitia iudicat, & pugnat. Oculi autem eius ſicut flamma ignis, & in capite eius diademata multa, ha-

1. Reg. 5. *Venturi iudicis iræ deſcriptio.* *Dan. 7.* *Fluuius igneus Verbum Dei figurat.* *Deu. 32.* *Extremi iuditij dies in gladio, fulgureque figuratur.*

Digitized by Google

bens nomen ſcriptum, quod nemo nouit niſi ipſe. Et veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine, & vocatur nomen eius verbum Dei. Et exercitus qui ſunt in cælo ſequebantur eum in equis albis, veſtiti byſſino albo, & mundo. Et de ore eius procedit gladius, ex vtraque parte acutus, vt in ipſo percutiat gentes. Et ipſe reget eas in virga ferrea, & ipſe calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis. Apoc. 19. Num apertius æterni iudicis acerbitas euenit declaranda? Qui habet aures audiendi audiat, quid ſpiritus dicat Eccleſijs. Vincenti dabitur de ligno vitæ, quod eſt in paradiſo Dei. Apoc. 2.

Apoc. 19.

Quòd ad iuditium Chriſtus veniet zelotypiæ ſpiritu permotus.

Diluuij cauſa tempore Noe. Gen. 6.

QVæ cauſæ luxuriæ dæmonum cum filiabus hominum fuerit, vt plerisq; viſum eſt, nunc fortaſſe indagare licebit. Ait nempe ſcriptura. Videntes filij Dei filias hominum quòd eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant. Et paulo poſt. Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis. Poſtquam enim ingreſſi ſunt filij Dei ad filias hominum, illæque genuerunt, iſti ſunt potentes à ſæculo viri famoſi. Gen. 6. Quid per filios Dei ſapientes autument, agnouimus, aut filios Seth, connubia cum filiabus Cham perficientes: quòd Deo inuiſum ſcriptura deſignat: aut rebelles Angelos, quos filiorum Dei titulo ſacra volumina monſtrant; cum filiabus hominum carnalia perpetrantes, ex quibus incubis, hominumq; filiabus ſuccubis, ſæculum illud gigantum germina vidit. Cur autem dæmonibus malum hoc perpetraſſe contigit; fortaſſe, vt Deum in filiabus hominum vituperent, credendum occurrit. Deum quidem hominibus vniendum prænouerant, quod in filiabus hominum complendum præuiderant. Quid vero ſponſum acerrime ledit? vxoris adulterium credimus; vnde diuortium quoad thori ſeparationem, omnia iura permittunt. Ne igitur cum filiabus hominum diuinæ nuptiæ compleantur, ad turpidinem dæmones, illas concitare putarunt. At Deus omnipotens, Deus zelotes eſt, vindicans iniquitates patrum in filios, vſque ad tertiam, & quartam generationem. Vindictam ergo ex adulterante dæmone, adulteranteque homine ſumpturus erat: prætereuntibus itaque prima, & ſecunda generationibus, ſtatus ſcilicet naturæ, & Moſaicæ legis, tertia ſuperueniente, quæ fuit ſtatus gratiæ, in adulterante dæmone per crucem, & mortem vindictam operatus eſt. de qua legimus ore veritatis oraculum. Nunc iuditium eſt mundi, nùnc princeps huius mundi eijcietur foras. Ioan. 12. Quarta igitur generatione ventura, quæ poſt hunc Euangelicæ legis ſtatum exordia ſumet: vindictam in adulterante homine iuſtus iudex ſumpturus adueniet. Deus enim zelotes eſt, cuius zelotypia violati thori ne fas ſufferre neſcit.

Chriſti zelotypia pro animabus humanis.

Quòd filius Dei, diem horamque iuditij neſcire teſtatur. Marc. 13. De die autem illo, vel hora nemo ſcit, neque Angeli in cælo, neque filius, niſi pater.

Filius Dei dupliciter intelligitur. Hieronym.

FIlium Dei cuius ſapientia cuncta diſpoſita conſtant, nouiſſimum iuditij diem ignorare abſurdum eſſe videretur; niſi ſanctorum patrum dilucidatione quid domini verba ſonent agnoſceremus. Duplicem meditatur Hieronymus Dei filium debere dignoſci; quem natura genitum, quemue adoptione Deus ſibi in filium elegit. Genitus a Deo patre filius, Verbum ipſius eſt, cuius ſapientiæ infinitatem extremus dies latere non poteſt. Adoptione in filium electus, ſanctorum quilibet vocatur, & eſt. Quærunt Apoſtoli adoptiui filij Dei, nouiſſimi temporis extrema: quibus reſponſio datur. Tempus illud haud tantum Angelis ignotum, verum & ſanctis,

Digitized by Google

ſanctis, qui filij Dei adoptiui ſunt, quorum aliqui Angelorum merita excedunt. Voluit namque Deus omnem filium eius adoptiuum hunc penitus latere ſermonem. Ad filiu m autem Dei, ex æterna patris ſubſtantia genitum, Hilarius ſic Euangelij verba refert. Quicquid filius in diuinis eſt, haud à ſemetipſo, ſed tantum à patre eſt: ergo & quicquid ſcit, à ſemetipſo non ſcit, ſed tantum à patre. Scit igitur extremi iuditij diem à patre, quem neſcit à ſe. ſicque dicitur; diem illum neque filius ſcit. Aut fortaſſe ad Chriſtum hominem licet verba referre, cuius anima finita, iram Dei infinitam comprehendere nequit. infinita igitur in extremo mundi die diuina exiſtente ira, anima Chriſti finita eam ſe neſcire fatetur. Addam adhuc, iuxta Paulum de Palatio, quòd Chriſtus Eccleſiæ Paſtor, & iudex eſt, vt paſtor quidem neſcit; vt iudex vero ad quem omnia decernere ſpectat, ſcit. Nec mihi diſplicet, quod ſubtiliſſime ex Ioannis Scoti doctrina venatum accepimus. fruſtra ſcilicet quòd non eſt quærere. Tempus ſiquidem haud eſt niſi per motum, quo ceſſante tempus deſinit eſſe. Dies & horæ temporis partimenta ſunt, quæ ſine motu ſimul abolentur cum tempore. Ceſſabit quidem in extremo mundi die motus, vnde fit, vt tempora dies, & horæ eſſe deſiſtant. Quid ergo quæris, quod non erit? Bene ergo Chriſtus inquit; diem illum, & horam nemo ſcit. quod enim non eſt, ſciri non poteſt. Verum Deo cuius eſt ea, quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt vocare, omnia fatendum eſt, nota eſſe.

Filiũ Dei extremi iuditij diem neſcire, quomodo intelligitur. Hilarius. Thomas Aquinas. Paulus de Palatio. Ioan. Duns Scotus.

FERIA TERTIA.

Dominicæ primæ in quadrageſima.

TEXTVS.

Cum intraſſet Ieſus Hieroſolimam commota eſt vniuerſa ciuitas dicens. Quis eſt hic? Populi autem dicebant: Hic eſt Ieſus propheta à Nazareth Galileæ. Matth. 21.

Quod Deus aliqua figuratiuè de Chriſti regno peragens, tandem illum in hoc mundo ad regni maieſtatem euectum oſtendit.

Satis fidelem Deum Rex Dauid ex iam actis agnouerát, quem in figuris præſignata perfectiſſime completurum prædicauit. Cæcinit quidem. Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat, & humilia reſpicit in cælo, & in terra. Suſcitans à terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem, vt collocet eum cum principibus populi ſui. Pſal. 112. prædixit hæc pſaltes, quia iam facta erát, pleniuſque perficienda expectabat. Tali profecto viget natura Deus, vt è ſummis cælorum culminibus, humilia pietatis oculis in terra reſpiciat, elata deprimens, & depreſſa ad ſydera tollens. Contemplatus quidem hoc pſaltes in patribus, pauperes euectos, cumque principibus conſtitutos agnouit. Quis Abraham fuerit ſdriptura refert, pauper in initio, peregrinus in medio, & potens in fine, in fornacem proiectus, pro veri Dei confeſſione illeſus exiuit. Philone Iudæo teſte, lib. de migratione Abrahæ. Alienæ humus incola pauper, diuina ſic incrementa deſumpſit, vt & ouium greges nec tellus capere poſſet, auri pondere diues, primo prælio regum quinque capita fregit. Gen. 14. Quis igitur, vt Deus noſter, ſuſcitans de puluere inopem, vt in ſolio principum eleuet. Quid ne velit hoc perſcrutari licet. Figura ſiquidem Chriſtum præſentans in principio pauperem, quem Herodes quæſiuit ad mortem, peregrinantem in vita, ſed gregibus fidelium exereſcentem, tanta præditum poteſtate, quòd primo prælio reliquit ſicut vulneratum ſuperbum in brachio virtutis ſuæ diſperſit inimicos ſuos. Pſal. 88. Regni iura ſuſcipiens, cuius præludia Aſello inſidens, ſanctamque ciuitatem ingrediens, omnium

Pſal. 112.

Philo Iudæus.

Chriſtus in Abrahã figuratus.

com-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Chriſtus in Ioſepho Dauide, & Daniele figuratus.

commotione monſtrauit. Hinc legimus, quod introeunte illo Hieruſalem, commota eſt vniuerſa ciuitas dicens: quis eſt hic? Eiuſdem regni præambula Ioſeph, Dauid, & Daniel occulto myſterio præſignant. Suſpectus Ioſeph, ne regnet in fratres, à fratribus venditus, ducitur in Aegyptum, quem herus miſit in carcerem. Pharaonis ſomnia declarat, hinc regni ſuperinſidet throno. Gen. 41. Itidem ſuſpectus Ieſus apud Iudæos ne forte ſibi regnum admittat, à fratribus derelictus, & venditus, ad præſides ducitur, miſſus in carcerem damnatur ad mortem, ſurgit, ſenſum diſcipulis aperit, ad intelligendum ſcripturas, cæli thronum aſcendit, mundus miratur, ſitque in toto orbe commotio, vnde legimus. Introeunte illo Hieruſalem commota eſt vniuerſa ciuitas. Et Dauid paſtor, vrſum, leonemque morti dat, gigantem proſternit, & interimit regnique diademate coronatur. Sic de puluere Deus egenum ſuſtulit, vt cum principibus populi ſedeat. Daniel quoque captiuitatem paſſus, vtque leonum eſca dimiſſus, regni iuditia miniſtrauit. In his cæteriſque Deus, quæ in Chriſto complenda erant, veluti ſub vmbra figurans. Compleuit autem, Ieſu filio cælorum regna petente, cuius gloriæ maieſtate dulciſſima commotione cuncta mirantur. Quis eſt hic?

1. Reg. 17.

Dan. 14.

Quod Phariſeorum Senatus in Chriſtum maledictionibus ſemper intentus, quaſi alter Balac maledictionem in benedictionem mutatam audiuit.

FEſtiuæ diei Hieruſalem vidit ſolemnia, humili iam introeunte Chriſto, Apoſtolorum comitatu, at turbarum, puerorumque apparatu pulcherrimo. Quòd prædicant ſublimis encomij titulis illuſtratur. Hic Ieſus propheta à Nazareth Galileæ. Quòdue puerorum concentu vociferatur, laudis eſt genus, nunquam adhuc in ſcripturis oſtenſum. Oſanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine domini, cumque hinc inde laudis encomia concrepent, nouitatis exceſſu, ſeniorum excitatur commotio; quemue maledictionibus onuſtum principes expectabant, benedictionibus honoratum, turbarum, puerorumque præconio dignoſcunt. Haud quidem populus terræ maledicere poterat, cui pater æternus benedixit in ſæcula. Hoc idem numerorum. 23. præfiguratum agnoſcimus. Balac etenim filius Sephor, Balam filium Beor, ad maledicendum Iſraeli prætio conduxit, num fortaſſe magijs ſuis, ſanctum populum perdere potuiſſet. Acceſſit, montem aſcendit, ſeptem aras ad ariolandum extruxit, ſacrifitia obtulit, ac Moabitarum aſſiſtente Rege aperuit os ſuum. Quomodo maledicam cui non maledixit Deus? Qua ratione deteſter, quem Dominus non deteſtatur? De ſummis ſilicibus, videbo eum, & de collibus conſiderado illum. Populus ſolus habitabit, & inter gentes non reputabitur. Quis dinumerare poſſit puluerem Iacob, & noſſe numerum ſtirpis Iſrael? Moriatur anima mea morte iuſtorum; & fiant nouiſſima mea horum ſimilia. En maledictionem Rex expectabat in Iſrael, cuius auribus benedictionis ſermo dirigitur. Expaueſcentem Rex putauit ariolum Iſraelisq; aſpectum timentem, dum audit, De ſummis ſilicibus videbo eum, & de collibus conſyderabo illum. Loci mutatione ſinus, verticem montis Phaſga, ariolo ſequente conſcendit, vnde nec maledictione inducta, ad culmen peruenit Phogor, iterumque benedictiones in Iſrael contriſtatus audiuit. Nonne futurorurum hæc præ agia erant? Quomodo in Chriſto completa, iam credimus. Quem principes Hebreorum maledictum expectant, Regem turbæ populorum conſtituere nituntur. Optant principes perſequutionibus illum opprimi poſſe: turbæ reſonant. Propheta magnus ſurrexit in nobis, & quia Deus viſitauit plebem ſuam. Luc. 6. Concludunt principes extra ſinagogam fieri Chriſtum confitentes: turbarum impetu Chriſto ſolemnia parantur. Quarum aliqui virentes ſcindunt arborum ramos; alij veſtes in via proſternunt: omnes exclamant.

Puerorum pro Chriſto laus in benedictione Balam figuratur.

Luc. 6.

Hic

Digitized by Google

Hic eſt Ieſus propheta à Nazareth Galileæ. Et pueri benedictum prædicant. Oſanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini.

Quòd in Angelorum cetubus commotio magna facta ſit: vnde quorundam ſpirituum remotio, ordinumque Angelicarum mentium abſciſſio mirabilis euenit.

VErbum æternum cæleſtibus ſpiritibus, tanquam beatitudinis illorum ſingulare principium æternus pater oſtendit; certaque illis lege collata, vt verbum adorent tanquam primogenitum inductum in orbem terrarum: Angelorum commota eſt vniuerſa ciuitas, dicens. Quis eſt hic, de quo Pater ait. Et adorent eum omnes Angeli eius? A capite Lucifero commotionis excitatur concuſſio, quemquam ſupra ſe ſuſtinere renuens. Commotionem intra ſe diſcutit, extra ſe vero negotiatur. Concipit intra ſe iniquitatẽ, paritq; extra ſe peccatũ. Quid in tra ſe diſcutiat audiamus. Deus ego ſum, & in cathedra Dei ſedi in corde maris. Ezech. 28. Quam cõcipit iniquitatẽ, quodue peccatũ parit, Deus explicat dicens. In multitudine negotiationis tuæ, repletã ſunt interiora tua iniquitate. & peccaſti. Ezech. 28. Num hac rebbellionis cõmotione peior indaganda euenit? merito igitur à cõmotione fit remotionis, & abſciſſionis acceſſus. Hinc Deũ apoſtatis mentibus exprobrantem agnoſcimus. Eieci te de mõte Dei, & perdidi te ò Cherub protegens de medio lapidũ ignitorũ. Ezech. 28. Quomodo vero in vniuerſos Angelicarũ mentiũ ordines commotio euenerit, eorum abſciſſio declarat. Haud etenim Deus vltor eſt, niſi prius creatura peccauerit: vltionem in ſpiritibus Deum exercentem inſpicimus, igitur eos peccato commotos fatendum eſt. Eorumque inde proceſſit à cælis remotio, & è cæleſtium agminum numero abſcindi decretum eſt. Hoc Ioanne explicante. Ecce draco magnus rufus, habens capita ſeptem, & cornua decem, & in capitibus eius diademata ſeptem, & cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum cæli, & miſit eas in terram. Apoc. 12. Commotio itaque inter omnes Agelos facta eſt, quorum plurimos ad bonum incommutabile verſos credimus, pauciores vero tertiæ tantum partis, peccato depreſſos, remotos, abſciſſoſque.

Angelorũ lex, eorũq; rebellio.

Ezech. 28.

Apoc. 12.

Quòd filio Dei carne aſſumpta, huius mundi tenebras percurrente, vniuerſa cælorum natura commota eſt, ſignum veræ Deitatis in Chriſto demonſtrans.

SEcundum figuram loqui fortaſſe quidam Aggeum putant, & vere cuius ore loquente Deo, hæc audiri contingit. Adhuc vnum modicum eſt, & commouebo cælum, & terram, & mare, & aridam, & mouebo omnes gentes, & veniet deſideratus cunctis gentibus. Agg. 2. Duas cæli commotiones ante Chriſti aduentum ſcriptura commemorat, duas cæli commotiones poſt Chriſtum præſignantes. Commotum vtique cælum legimus, cum dimiſſo naturali curſu, obediente Deo voci hominis, Sol, & Luna ſteterunt contra Gabaon. Ioſu. 10. Altera fuit in cælis commotio, retrocedente ſole Ezechiæ regis ſalutem, mortaliſque vitæ additamenta præſignans. 4. Reg. 20. Quarum vtraque poſt incarnatum Verbum futuras commotiones prænunciabant. Commotum vtique cælum legimus aſcendente Chriſto crucem, cuius luminaria contecta caligine, mortalium oculis abſcondita, tenebras miſerunt in orbem. Stetit cælum præliante Ioſue, quia veluti ſtupore perterritum clauſis luminum oſtijs, commoueri debuerat, præliante agente Chriſto. Retroceſſit à puncto, à mortis vinculis Ezechia ſurrecturo; quia & in puncto quieſcere aduentante Iudice oportet.

Cælum duplicem paſſus eſt commotionem.

Ioſu 10.

4. Reg. 20.

Retrocedentis ſolis myſterium.

Abijt

Digitized by Google

Abijt retro cælum Ezechia egrotante, nam egrotante mundo, cæli ſydera lumina retrahent. Hoc igitur modicum illud eſt, de quo Aggeus. Adhuc vnum modicum, & mouebo cælum, quia & deſideratus gentibus mundum ingreſſus, vniuerſa cælorum ciuitas ſtupore perterrita, commota eſt. Quo ad iuditium acceſſuro, virtutes cælorum commouebuntur.

Quid in gentibus commotionis factum ſit naſcente Chriſto, Crucemque ſubeunte, iuxta Aggei prophetiam. Et mouebo omnes gentes.

Plutarcus.

Hominum commotiones ob Chriſtum diuerſa.

COmmotiones in orbe, naſcente Chriſto, haud tantum apud prophetas legimus, quorum ora diuerſis commotionum oraculis concrepant: verum & apud prophanos, Plutarco referente. At in Euangelio euidentius Chriſti natiuitate, vita, morte, Reſurrectione, Aſcenſioneque in cælis, varias hominum commotiones inuenimus. Iam mundi Saluatore naſcente, quid commotionis in mortalibus factum ſit examinare liceat. Ad Virginem Angelus acceſſit, cuius ſalutationi expaueſcens puella turbata eſt. En commotionis initia adhuc verbo in mundum iter peracturo commoſtrari. Auſcultat Virgo, Angeli monitis prudenter acquieſcit; verbum intrat, ſacri vteri clauſtra replet, & vniuerſa virginalium viſcerum ciuitas commouetur. Quod ſuaui modulo Salomon prædixerat. Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum illius. cant. 5. Ecce Dilectus Deus Verbum mittit, per foramen operationis Spiritus ſancti; at puellæ venter quatitur, quia vniuerſa viſcerum ciuitas commota eſt. Vtero iam tumente expeueſcens commouetur Ioſeph, neſciens quod factum, voluit occulte ſponſam dimittere. Matth. 1. Partus hora cucurrit, & ecce iam cuncta mouentur, fulget in Oriente Stella, Angeli canunt, paſtores feſtinanter ad infantis cunabula properant. Magi ab oriente veniunt, Regi nato dona ferentes, Herodes hæc audit, turbatur, omniſque Hieroſolima cum illo. Matth. 2. En igitur cælum, & terram, hominesque moueri. Fortaſſe aliquid amplius commotionis quærimus: an vt commota ſit vniuerſa ciuitas videamus. Iordanis fluenta Chriſtus ingreditur, ecce moueri cælum, & quæ ſupra cælum motus ſigna largiri. Cælum quippe ſcindi viſum eſt, ſtabilemque Deum dulciter alloquentem filius audit. Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Spiritus ſanctus cuius natura immutabilis, in columbæ ſpecie viſus eſt. Matth. 3. Deſerti antra Chriſtus ingreditur; Satan Deitatis in carne ſuſpectus, ad tentandum mouetur; quo Domini virtute pulſo, Angelorum commotio ſuccedit, ad miniſtrandum. Matth. 4. Age quod Chriſtus docet, ſanat, quæ patris ſunt miracula facit. illum ſequitur turbarum multitudo, quarum gratia principum commotio reſultat, totiuſque mundi commotio monſtratur, Ecce (ſit ſermo) mundus totus poſt eum vadit. Ecce igitur cælum, & terram, omneſque gentes commotos; de quibus Aggeus. Et mouebo omnes gentes. Liceat vltra quæſo gentium commotionem inueſtigare. Chriſto namque crucem ſubeunte, vniuerſi fuit facta commotio. Tenebra cuncta contexit. Velum templi ſciſſum eſt medium, à ſummo vſque deorſum. terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt, & monumenta aperta ſunt, & multa corpora ſanctorum, quæ dormierant ſurrexerunt. Imo (Luca teſtante) omnis turba, quæ ſimul ad ſpectaculum aderant, viſis ſignis: quæ fiebant, percutientes pectora ſua reuertebantur. Quid plura? Nec in inferno commotio deſijt, introeunte namque Ieſù inferni clauſtra, vt captiuã eriperet quam tyrãnus captiuitatẽ habebat, dæmonum commotio inardeſcit, regem gloriæ quis eſſet ſcire contendentium. Pſal. 23. At illo è mortuis vitam ducente, vniuerſorum inualuit commotio. Angelus è cælo deſcendit, tellus motibus quatitur, lapis à monumento reuoluitur, mulieres trementes aufugiunt, Apoſtoli ad ſepulchrum occurrunt, principes Iudæorum gloriæ reſurrectionis

Cant. 5.

Matth. 1.

Matth. 3.

Vniuerſi orbis pro Chriſto cõmotio.

Inferni cõmotio introeunte Chriſto.

Digitized by Google

ctionis fama mouentur,ſacri corporis cuſtodes pecuniæ pondere Dei mirabilia negant. Addam quod Angelorum agmina, Chriſto cœlum aſcendente, carnis gloriam cum deitatis natura mirantia, admirabilis gaudij, commotione clamabant. Quis eſt iſte, qui venit de Edom. tinctis veſtibus de boſra? Iſa. 53. Sic igitur plenũ agnoſcimus, quod Aggeus futurum longe prædixerat.

FERIA IIII. PRIMAE DOMINICAE IN QVADRAGESIMA.

TEXTVS.

Generatio praua, & adultera, ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ Prophetæ. Matth. 12.

Quòd Iudæis ſignum petentibus; Chriſtus ſimul negat, & dat, quidue per ſignum in perſona Ionæ Prophetæ, nos Dei filius edoceat.

IAm clarum eſt quidem, quòd in terris Chriſto miracula operante, eum alij tentantes ſignum de cælo quærebant. Alij fortaſſe quæ in terris miracula nouerant abnegantes, recentioris miraculi ſignum petentes aiunt; Magiſter volumus à te ſignũ videre. Quibus corde duris, dura cõuenit reſponſio. Generatio praua, & adultera, ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ Prophetæ. Signum ſci-
licet, nõ dabitur eis in cœlo, vt quærunt: nam & Ioſue ſignum fecit in cœlo, Soli, Lunæq; *Ioſue 10.*
vt motu deſiſterent imperando: Elias quoq; ignem de cœlo vocauit; & Samuel æſtiui *4. Reg. 1.*
temporis ardore feruente, tonitrua, fulgura, procellaſq; impetraſſe iam conſtat; qui taliũ *1. Reg. 12.*
ſignorum portentis haud filij Dei habiti ſunt. Nec ſignum in terris. Moiſes etenim ſedi-
tionis capita tellure abſorbente deſtruxit, nec Deus habitus eſt. Sub terra igitur ſignum *Signũ Chri-*
oſtendere licet, humus, ſcilicet, viſcera penetrare, duris carceribus diabolum trudere, ſan- *ſtus in cœlo*
ctorum animas ab inferis eripere, corpus monumento conditum reſumere, viuum diſci- *dare negat*
pulis ſemetipſum oſtendere, pœnitentiam, remiſſionemq; peccatorum gẽtibus prædica- *quod in in-*
re, pro quibus ſignum Ionæ Prophetæ ſufficit. Cur vero ſignũ Iudæis petentibus Chri- *feris dat.*
ſtus negare videtur, quod deinde in Ionam libenter oſtendit, quaſi vt ſimul negans affir-
met, & nõ acturus agat, ſubtilibus forſan perſcrutari licebit. De quo & Cardinalis Hugo. *Hugo Car.*
Dabitur eis ſignum mortis non potentiæ, vt reſurrectionis, & aſcenſus, quia reſurgẽtem
non viderunt, neq; in cœlum aſcendẽtem, Dat igitur ſignum, quia partem ſigni; vnde dat
ſimul, & negat, dat ſigni partem, negatq;, quia non totum oſtendit. Abſorptio etenim Io- *Signum Io-*
næ Chriſti mortem figurabat, quæ viſibiliter Iudæis exhibita fuit, euomitio reſurrectio- *næ Prophe-*
nem, quæ non eis, ſed Apoſtolis tantum viſibili teſtimonio exhibita patuit. Veluti Ionam *tæ, pars ſi-*
in mare demerſum, omnes viderunt, quem in littore à piſce proiectum nemo cognouit. *gni eſt.*
Aut quòd Iudæis ſignum petẽtibus Chriſtus negat: vt paulo ſupra tetigimus intelligendũ
credimus Signum ſupple in cœlo hæc praua generatio quærit, & ſignum in cælo non da-
bitur ei; multa etenim in cœlo ſigna facta non non credit, vt nouæ ſtellæ ortum, æterniq;
patris in Iordane vocẽ demiſſam. Nec in terris ſigna concedit, multa enim in terris facta
populus ille iam nouerat, quæ in Belzebub poteſtate impie putauit. Sub terra ergò ſignũ
quod adhuc manifeſte nõ dederat, daturũ ſe fore pronuntiat. Hoc autem in perſona Ionæ
Prophetæ deſignat. Vel Iudæi diuinæ potentiæ ſigna quærebant, hæc ille negat, nã veteri *Humilia-*
lege, ſigna Deũ quamplura feciſſe conſtarat: tantumq; humilitatis ſigna promittit. Humi- *tionis ſua*
liauit enim ſemetipſum dominus Ieſus Chriſtus vſq; ad mortem, mortẽ autem Crucis. *dat Ieſus*
Philip. 2. Quod in Iona Propheta figurat. Aut humanitatis ſuæ, diuinitatiſq; ſimul in Io- *ſignum in*
na ſignũ oſtendit. Humanitatis quidem ſignum maximum eſt, mortuum in ſepulchro cõ- *perſona*
cludi, & diuinitatis euidentiſſimum, viuũ ex illo reſurgere; quæ ſatis conciune Ionas om- *Ionæ.*

nia figurat,nā moribūdus in mare demergitur,& viuus è Cæti aluo deuomitur. Vel ſignū dat Ionæ Prophetæ,quia duo ſunt de Chriſto credenda neceſſe, quòd Deus ſcilicet, & homo ſit. Homo dum Ionas,quæ paſſus eſt patitur: & Deus dum propria virtute,deuicta morte,viuus ab inferis euolat. Hoc aliud addam, quòd vt hominibus miſericordiā præſtaret,carnē aſſumere,vtq; iuſtitiæ debitum ſoluat,mori dignatus eſt. In incarnatione,& morte noſcitur homo,in reſurrectione vero,iuſtus dignoſcitur iudex. Sic igitur ſignum dat Ionæ Prophetæ,vt Ionas in ventre piſcis fuit tribus diebus,& tribus noctibus, ſic filius hominis erit in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus.

Quod vere hiſtoria Ionæ Prophetæ Chriſti perſonam figurat, ſed totam ad Chriſtū referri eodē ordine,periculoſum eſt,atteſtante Hieronymo.

EX pluribus antiqui fœderis patribus Chriſti vitā præſignantibus, tantū Ionam ipſemet Ieſus elegit. Signum (dicens) non dabitur niſi Ionæ Prophetæ. Cuius hiſtoriæ ordinē ad Chriſti perſonā collatum, haud ſine periculo interpretari
Hieronym. poſſe Hieronymus ſup Ionam autumat. Ait vtiq;. Prudens rogādus eſt lector, ne eundem velit ordinem tropologiæ,quē & hiſtoriæ quærere: nā & Apoſto-
Gala.4. lus Agar,& Saram ad duo teſtamenta refert; & tamen non omnia quæ in hiſtoria illa narrantur,tropologice interpretari poſſumus. Et ad Epheſios de Adam,& Eua diſputans,
Ephe.5. ait. Propter hoc relinquet homo patrem ſuum,& matrē ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnū eſt ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia. Nunquid totum principium Geneſeos & fabricā mundi, & hominum conditionem ad Chriſtū,& Eccleſiā referre poſſumus,quia hoc teſtimonio ſic vſus eſt Apoſtolus? Fac enim hoc quod ſcriptum eſt: ideo relinquet homo patrē ſuum: referamus ad Chriſtū, vt dicamus,eum patrē in cœlis reliquiſſe Deum, vt gentium populus iungeretur Eccleſiæ. Hoc quod ſequitur: matrem ſuā;quomodo poſſumus interpretari,niſi forte dicamus: reliquiſſe eum cœleſtem Hieruſalem,quæ eſt mater Sanctorum, & cætera multo his diffi-
1.Cor.10. ciliora. Illud etiā quod ab Apoſtolo ſcribitur. Bibebant autē de ſpirituali cōſequente eos petra,petra autē erat Chriſtus;nequaquam nos artat,vt omnem Exodi librum referamus ad Chriſtū. Quid enim poſſumus dicere,quod hæc petra a Moiſe percuſſa ſit,non ſemel, ſed bis? quod aquæ fluxerint,& torrentes repleti ſint? Num vniuerſalem loci huius hiſtoriam,per hanc occaſionem cogemus ſub lege allegoriæ? Et non potius vnuſquiſq; locus ſecundum hiſtoriæ diuerſitatem,diuerſam recipit intelligentiā ſpiritualem? Igitur ſicut hæc teſtimonia ſuas interpretationes habent & nec præcedentia,nec cōſequentia eandē deſiderant allegoriā,ſic & Ionas Propheta nō abſq; periculo interpretantis totus referri ad dñm poterit. Certe vbicūq; ſine diſcrimine hoc fieri poteſt,nos quoq; facere nitemur.

Quid Ionæ origo,quidue ad Niniuen miſſio, eiuſq; fuga in perſonam Domini Ieſu præfigurant.

Ionas, columba. IOnas filius Amathi,columba veritatis filia interpretatur, Chriſti filij Dei originem præſignans. Ipſe etenim columba illa eſt: cuius pennæ deargentatæ,& dorſi poſteriora, auri pallore decorata ſunt. Pſ.67. Nam & argenti albedo,Chriſti innocentiā
Argenti albedo Chriſti innocentiam præſignat. præfigurat;dorſum vero ſuper quem ædificauerunt peccatores, & prolongauerūt iniquitatem ſuam;humanitatē deſignare credimus,auri pallore venuſtā, cum paſſionis hyeme tranſmiſſo in cœlum glorioſam euolātem agnoſcimus. Amathi Ionas filius, nā & ſummæ veritatis Chriſtus filius eſt;de qua pſaltes. Eructauit cor meum verbum bo-
Amathia, veritas. num. pſ.44. Cui etiā adſtipulatur & Salomon. Veritatē meditabitur guttur meum. Prou. 8 Factum eſt verbum domini ad Ionam filium Amathi,dicens: ſurge,& vade in Niniuen ciuitatem magnam,& prædica in ea,quia aſcendit malitia eius coram me, Niniues pulchri-

Digitized by Google

chritudo interpretatur, hunc mundum deſignans, qui græcè coſmos, ideſt, ornamentum interpretatur, Ruperto mihi ſignificatum miniſtrante, ſup. Naum. 1. Tunc factum eſt verbum domini ad Chriſtum, cum miſit Deus filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorũ reciperemus. Galat. 4. Acceſſitq; in Niniuen, quia verbum caro factum eſt. Io. 1. Et cæpit peccatoribus pœnitentiam prædicare. Et ſurrexit Ionas vt fugeret in Tharſis a facie domini. Tharſis apud Hebreos, vniuerſaliter mare ſignificat, vt dicitur, pſ. 47. In ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis, ideſt, naues maris. Venit ergo Chriſtus ad huius ſæculi mare. At quomodo fugit, lepide Chriſologus interpretatur. Ecce prophetæ fuga ipſius domini vertitur in figuram, & quod celebratur ferale naufragium, hoc ſacramentum Dominicæ reſurrectionis exiſtit. Nam quemadmodum Ionas typum per omnia tenuerit, & impleuerit Saluatoris hiſtoriam, quæ de ipſo ſcripta eſt, textus oſtendit. Fugit inquit Ionas à facie Dei; nonne dominus, vt hominis faciem ferret, & formam; faciem, formamq; propriæ deitatis aufugit? Apoſtolo ſic dicente. Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinã arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens. Philip. 2. Formam ſuſcepit ſerui dñs, vt lateret mundum, vt diabolũ præueniret in hominem ſefugit ipſum. Et bene typus Chriſti ipſius Ionæ ſeruatur in verbis. Non dixit fugio Deum, ſed à facie Dei ego fugio. Deus qui vbiq; eſt, quo ſeipſum fugiat non eſt: Sed Chriſtus non vt loco, ſed ſicut ſpecie faciem deitatis aufugeret, totum noſtræ ſeruitutis cõfugit ad vultum. Auguſtinus de ſymbolo ad Cathecumenos lib. 4. ſub breuitate hiſtoriam Ionæ percurrens, & fugam alio verborum myſterio declarat. Miſſus Ionas ad Ciuitatẽ Niniuen, vt eius finẽ prædiceret, miſſus eſt Chriſtus à patre, vt finem mundi omnibus demonſtraret. Fugit Ionas in Tharſis à facie Domini; fuga Ionæ velox tranſitus Chriſti, de quo dicit Propheta. Exultauit vt gigas ad currendam viã. pſ. 18. Aſcendit nauem Propheta fugiens, lignũ Chriſtus aſcandit per mare huius ſæculi tranſiens. Irruit tempeſtas magna in mari: perturbatio maris perfidia Iudæorum. Data eſt ſors, vt Propheta fugitiuus in mare mitteretur: ſors data eſt ſuper Chriſti veſtimenta, vt vnitas omni mundo prædicaretur. Proiectus eſt è naui in mare Ionas; mors Chriſti in cordibus gentium collocata eſt. Suſceptus eſt à beſtia Propheta cuſtodiendus, non comedendus; audi hic ipſius vocẽ Chriſti per ſanctũ Dauid. Non derelinques animã meã apud inferos, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionẽ. pſ. 15. In ventre beſtiæ marinæ poſitus orauit Ionas ſanctus: in inferno Chriſtus deſcendẽs mortuos ſuſcitauit. Tertio die littori incolumis Propheta eſt redditus: die tertia Chriſtus de ſepulchro ſurgens ſuper cœlos eſt exaltatus. Ad prædicationẽ Ionæ Prophetæ ꝑ pœnitentiã ſaluata eſt ciuitas: per Chriſti prædicationem ſancta Hieruſalem redempta eſt ciuitas. Gloſ. ord. Ionæ fugam ad Chriſtum referens, inquit, Chriſtus, aſſumpta carne, quodãmodo fugiens patriam, ideſt, cæleſtia, venit in Tharſis, ideſt, in huius ſæculi mare, in quo clamabat. Pater ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte. Matth. 26. Ne dannato Iudæorum populo, multitudo gentium credat. Vel dici poteſt, quòd ſurrexit Chriſtus, vt fugeret in Tharſis à facie dñi: non quòd æterni patris iuſſis obtẽperare noluiſſet: ſed quia in hunc mundum veniens fugitiui hominis munus exercuit. Fugitiuorum etenim eſt, patriã, domum, diuitias, amicos, & omnia quæ habent derelinquere; ſic & æterni Dei filius quando humanæ carnis velamina ſumpſit, quaſi fugitiuus prophetico ore, ſe omnia reliquiſſe teſtatur. Reliqui domum meam, dimiſi hæreditatem meam, dedi dilectam animã meam, in manibus inimicorum eius. Hiere. 12. At ſi cauſam quare Ionas à facie domini fugit, interius animaduertimus; ſuauiſſimum fugæ Chriſti myſterium reperire iuuabit Nã & Hieronymus iſtius fugæ cauſam elegantiſſime explicans tatur. Scit propheta ſancto ſibi ſpiritu ſuggerente, quòd pœnitentia gentium, ruina ſit Iudæorum, idcirco amator patriæ ſuæ non tã ſaluti inuidet Niniuæ, quàm non vult perire populum ſuum. Alioquin legerat Moyſen rogantem dixiſſe pro eo. Si dimittis eis peccatum dimitte; Si autẽ nõ dimittis, & me dele de libro tuo, quẽ ſcripſiſti. Exo. 32. Et ad præces illius ſaluatum Iſrael,

Niniues mundum figurat.

Tharſis mare interpretatur.

Chriſologus

Chriſtus quomodo fugit à facie Dei.

Auguſtin.

Hiſtoria Ionæ ad Chriſtum collatio.

Gloſſa ord.

Hieronym.

Fugit Ionas à facie domini non rebellione, ſed pietate.

& Moyſen de libro non fuiſſe deletum: quin potius dominum occaſionem accepiſſe per ſeruum, vt cæteris conſeruis illius parceret. Dum enim dicit, dimitte me, oſtendit ſe poſſe retineri. Tale quid & Apoſtolus loquitur. Optabam anathema eſſe pro fratribus meis, qui ſunt Irraelitæ ſecundum carnem. Non quòd ipſe perire deſideret, cui vere Chriſtus eſt & mori lucrum; ſed magis meretur vitam, dum ſaluare vult cæteros. Præterea videns Ionas comprophetas ſuos, mitti ad oues perditas domus Iſrael, vt ad pænitentiam populum prouocarent. Balaam, quoque diuinum de ſalute Iſraelitici populi prophetaſſe, dolet ſe ſolum electum, qui mitteretur ad Aſſyrios inimicos Iſrael, & ad ciuitatem hoſtium maximam: vbi idololatria, vbi ignoratio Dei, & quòd his maius eſt, timebat ne per occaſionem prædicationis ſuæ, illis conuerſis ad pænitentiam, Iſrael pænitus relinqueretur. Et quod aliquando futurum erat, hoc ne in ſuo fieret tempore verebatur.

Quòd tumentia æquora ſuper Ionam, illiuſque in mare demerſio, viuaq; eiuſdem è ventre piſcis euomitio; Iudæorum turbines aduerſus Ieſum; mortem, reſurrectionemque ipſius completiſsime præſentarunt.

DEſcendit Ionas in Ioppen, & inuenit nauim euntem in Tharſis. Eſt quidem Ioppen portus maris in Iudæa, vbi Hyra Tyri Rex, Salomonis gratia, ad ædifitium templi domini Dei Iſrael ligna congregauit. *Ioppen Mariam Virginem præfigurat.* Ioppen ſpecioſa dicta Virginem deſignat, in cuius aluo corporis Chriſti Spirirus Sancti gratia, fuit adunata materia. Hic humanitatis ſuæ nauim Dei filius inuenit, in quam iam naufragus ſe ponto commiſit. *Chriſolog.* De quo Chriſologus: audi deſcenſorem: nemo (inquit) aſcendit in cælum, niſi qui de cælo deſcendit. Ioan. 3. *Ioan. 3.* Deſcendit dominus de cælo ad terrã, deſcendit deitas ad humana, deſcendit ad noſtrã ſuperna dominatio ſeruitutẽ, & tamen qui deſcenderat in nauem, nauẽ nauigaturus aſcendit. Sic Chriſtus qui in hunc mundum deſcendit, virtutibus, & mirabilibus, Eccleſiæ ſuæ conſcendit nauem. Dominus autem miſit ventum magnũ in mare, & facta eſt tempeſtas magna in mari, & nauis periclitabatur conteri. Quia perſequutiones Iudæorum, ſcribarũ phariſeorum, Sacerdotum, & pontificum contra Ieſum permiſit. De cuius horrida fluctuum tempeſtate. Chriſologus: *Chriſolog. Mare diabolum ſignat.* quid ſibi vult confuſa ventis procella, niſi diabolum qui cor Iudæ penetrans, reges, gentes, populos, militiam, iudices marinos eleuauit, & inflauit in fluctus, vt aſcendentes, & cadentes vndæ, authorem ſuum ſæculi peterent ad quietem? Audi vndas ſæculi, audi prophetam dicentem. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum, aduerſus dominũ, & aduerſus Chriſtum eius, *Pſal. 2.* Pſal. 2 Verumenimuero timuerunt hanc tempeſtatem nautæ, à diæ qua per os domini prænouerunt illam. Hinc Petrus in monte Tabor, Chriſtum, Moyſen, & Eliam de exceſſu paſſionis loquentes audiens, exclamauit. Domine bonũ eſt nos hic eſſe, ſi vis faciamus hic, tria tabernacula, tibi vnum Moyſi vnũ, & Eliæ vnum. Matth. 17. *Matt. 17.* Et miſerunt vaſa, quæ erant in naui, in mare, vt alleuiarentur ab eis. Quod in Apoſtolis completum agnoſcimus, & quibus domino Petrus dixit. Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te. Matth. 19. *Matt. 19.* Ac ſi dixiſſet, vt vitam in ventre quæamus, omnia reliquimus, tantum te ſequentes, etenim verba vitæ habes: tu autem ſecuritate dormis, nil mundi mala conſiderans. Hoc eſt autem quòd dicitur, & acceſſit ad eum gubernator, & dixit ei, quid tu ſopore deprimeris? Gubernator enim inter Apoſtolos Petrus erat. Et dixit vir ad collegam ſuum, venite & mittamus ſortes, & ſciamus quare hoc malum ſit nobis. Quòd inter Iudæos dictum fuit, conuenientibus principibus ſacerdotum, & ſcribis in concilio. Et cecidit ſors ſuper Ionam. completum quidem myſterum, domino iam ad mortem tradito. Ionas in mare miſſus, ſuſceptus à beſtia, erat ibi tribus diebus, & tribus noctibus. Sic & Chriſtus datus ad mortẽ, à ſepultura ſuſceptus, erat ibi tribus diebus, & tribus noctibus, vt ſignum compleretur, quod adulteræ generationi dederat. Euomit Ionam piſcis viuum

Digitized by Google

in littore, Niniuen ingreditur, prædicat, & à ruina ciuitas ſaluatur. Hiſce quippe ordinibus gentium ſalus deſignatur: nam ſurgit Chriſtus è tumulo, vitæ regnum ingreditur, diſcipuliſque ad prædicandum miſſis, humanum genus à ruina ſaluatur. Ecce quam aptè dominus ſignum non dat, niſi ſignum Ionæ prophetæ.

TEXTVS.

Viri niniuitæ ſurgent in iuditio cum generatione iſta, & condennabunt eam, quia pænitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. Matth. cap. 12.

Quòd Chriſtus nos pænitentiam docet, ne fortè impænitens à pænitentibus iuditio condennetur.

PAenitentiam agunt niniuitæ, vt & nos pænitentiam agere diſcamus: cuius triplex pænitendi ordo in Eccleſia præſcribitur, ſcilicet, vt cordis contritio, oris confeſſio, operumue ſatisfatio in illa reſplendeant. Cordis primo contritio cōmendatur, de qua Gregorius 21. mor. Qui neſcit lugere quod grauat, non valet proferre, quod ſubleuat. Vis compunctionis poros cordis aperit, & pennas virtutum fundit; cumq; ſe ſtudioſe mens de pigra vetuſtate redarguit, alacri nouitate iuueneſcit. Ac de eadem Chriſoſtomus lib. de compu. cordis. Sola compuntio eſt, quæ facit animam horreſcere purpuram, deſiderare cilitium, amare lachrimas, fugere riſum. Imo & Caſſiodorus. Gemitus dictus geminatus luctus, quem merito fideles appetunt, quoniam diligentes conſolatur, pænitentes emundat, diabolum effugat, Chriſto conciliat amaritudo dulcis, lachrimæ felices, ſalutatrix afflictio. Quin & Senecam audiamus loquentem. Argumentū eſt in medius tranſlati animi, quòd vitia ſua quæ adhuc ignorabat videt. Quibuſdam ægris gratulatio eſt, cum ipſos ægros ſe eſſe ſenſere. Quòd euidenter noſcimus, nam & Eccleſiam Dei perſequens Paulus, optimum in perſequutione fructum ſortitus eſt: vas electionis effectus. Triſtabatur è contra ma'um ſe noſſe feciſſe, dicens. Triſtitia magna mihi eſt, & continuus dolor cordi meo, Rom. 9 Quòd de perſequutionis triſtitia interpetratur Victorinus Hugo. q. 231. in ep. ad Rom. Iob. etiam peccatorum noctem contritionis turbine poſſidendam deſiderat. Noctem illam tenebroſus turbo poſſideat. Iob. 3. Quia ſicut iam turbine tanſacto, aeris fulget ſerenitas; ita poſt cōtritionis dolorem mentis tranquillitas aduenit. Hæc igitur veræ pænitentiæ radix eſt, quam ſummo ſtudio vere pænitens poſſidere conatur. Secunda pænitentiæ pars, oris confeſſio ſe profert iure Diuino neceſſaria. Credimus quidem Adam cōmiſſi delicti interne pænituiſſe, ad confeſſionē tamen nō deueniens, haud eius meruit culpa deleri. Lex erat, Leuit. 11. vt quando hircus pro peccato immolabatur, ſanctuarium mundaretur tabernaculum, & altare; ponenſq; Sacerdos manus ſuper hircum, peccata filiorum Iſrael confitebatur. Quo deſignatur, vt pænitens poſt peccatum ſeipſum Deo oblaturus, prius peccatorum examine facto, memoriam, intellectum, voluntatemq; purgare iam ſtudeat, inde ei Sacerdos manus imponat, cui quidem fuit ipſe peccata confeſſus, eritq; apud Deum oblatio in ſuauitatis odorem. Filij Iſrael ignitis percuſſi ſerpentibus, coram Moyſe peccatum confeſſi, dixerunt. Peccauimus quia loquuti ſumus contra dominum, & te. Num. 11. Idcirco æneo ſerpente in ſignum conſtituto, illius aſpectu ſanitatis inſerebatur effectus. Iterum eos Philiſtim, Ammonitiſq; perſequentibus, peccatum agnoſcentes, Domino dixerunt Peccauimus, redde tu nobis quicquid tibi placet, tantum nunc libera nos Iud. 10. Proh Dei pietatem ſcriptura demonſtrat. Seruierunt domino, qui doluit ſuper miſerijs eorum. Dauid quoque vxorem corrupit Vriæ, cuius virum bello moribundum expoſuit: ad parabolam vero Nathan reuerſus, peccatumq; confeſſus, fuit quaſi criminis expers. 2. Reg. 12. En filium patris familias ſubſtantiam ſuam cum meretricibus diſſipantem, veniam obtinuiſſe iam noſcimus, quia patri dixit. Pater peccaui in cælum, & coram te. Luc. 15.

Pænitentiæ partes tres. — *Gregorius.* — *Chriſoſt.* — *Caſsiod.* — *Seneca.* — *Rom. 9.* — *Hugo de S. Victore.* — *Figura immolationis hirci pro peccato.* — *Cōfeſsio ad pænitentiā neceſſaria.* — *Iud. 10.* — *2. Reg. 12.* — *Luc. 15.*

Addam

Addam quòd & Chriſtus confeſſionis neceſſitatem præſignans, dixit decem leproſis. Ite oſtendite vos Sacerdotibus, quo facto à lepra mundati ſunt. Luc. 17. Nec latro in cruce Paradiſum obtinuiſſet, ni prius dicere cōſenſiſſet. Et nos quidem digna factis recipimus, hic autem quid mali fecit? Luc. 23. Eſt igitur poſt contritionē neceſſaria confeſſio, quam Auguſtinus, viam qua ex hoc mundo ad Deum pertranſitur appellat. Veræ confeſſio eſt via, qua ingredior ad te domine, per quam regredior ab inuio, & redeo ad te viam. Et lib. de pænitentia. Confeſſio eſt ſalus animarum, diſſipatrix vitiorum. reſtauratrix virtutum, expugnatrix dæmonum, quid plura? obſtruit os inferni, & Paradiſi portas aperit. Satisfatio deinde pænitentiam complet. Hæc illa ſunt quæ laudabilem pænitentiam faciunt. Hæc eſt pænitentia mediatrix peccatorum fidiſſima, virago amplectenda, ſecunda naufragij tabula, refugium pauperum, miſerorum auxilium, exulum ſpes, debilium fomes, lumen cæcorum, ſolamen orbatorum, petulantium virga, vitiorum ſera, virtutum apotheca, quæ ſola iudicem flectit, conditorē arguit, omnipotentē ſternit, dum vincitur vincit, dum cruciatur cruciat, dum vulnerat ſanat, dum ſalubriter ſuccumbit, glorioſe triumphat, ſola cæteris ſilentibus thronū gratiæ audacter conſcendit, Dauid manu ducens recōciliat, Petrum reſtituit, Paulū illuminat, Publicanum ſumptū de thelonio Apoſtolorum fidenter inſerit choro, Mariam de proſtibulo leuat in æthera, & Chriſto iungit, latronem affixum patibulo, adhuc vernantem ſaguine inſerit paradiſo, quid plura? Pænitentiæ iuris eſt cæleſtis curia, & gaudiū eſt Angelis Dei ſuper vno peccatore pænitentiam agente, quàm ſuper centū iuſtos, qui non indigent pænitētia. Luc. 15. Mirum adhuc quidem ethenicos pænitentiam ſuos edocuiſſe conſtare. Ouidius de ſe ait. vbi de ponto.

Luc 17. *Luc. 23.* *Auguſt. lib. 10. confeſſ.* *Pænitētia pars tertia ſatiſfactio.* *Pænitentia apud gētes edocta.*

Pænitet ſi quid miſerum creditur vlli,
Pænitet, & facto torqueor ipſe meo.
Cumque ſit exilium magis eſt mihi pœna dolori,
Eſtque pati pænas, quàm meruiſſe minus.
Et Iuuenalis.
Euaſiſſe putas quos diri conſcia facti,
Mens habet attonitos, & ſurdo verbere cædit.

Cicero. Blondus. Et Marcus Cicero in oratione pro Sexto Roſcio amerino, ſua inquit quenque fraus, & ſuus terror maxime vexat, ſuumque ſcelus exagitat. Et Blondus lib. primo de Roma Triumphante, refert quòd mos erat apud gentiles, vt qui ſuis dijs ſacrificare vellet, prius coram populo peccata confiteretur. At ne extra Chriſti doctrinam latius vagemur, ecce quid dominus ait. Qui non baiulat crucem ſuam, vt ſequatur me, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Matth. 16. Vbi profecto de cruce pænitentiæ loquitur. Cuius vires apud Niniuites his verbis commendat. Viri Niniuitæ ſurgent in iuditio cum generatione iſta, & condennabunt eam, quia pænitentiam egerunt in prædicatione Ionæ.

Matt. 16.

FERIA IIII. POST PRIMAM DOMINICAM IN QVADRAGESIMA.

TEXTVS.

Egreſſus Ieſus ſececeſſit in partes Tyri, & Sidonis. Matth. 15.

Quòd amoris impulſu Chriſtus in partes Tyri, & Sidonis egreditur, ibique Sirophœniſſæ mulieris iucundatur.

Platonis doctrina de amore.

Mirabilis vna eſt, quæ intrer tot, miro dicendi lepore, in Platonis conniuio enumeratur, amoris proprietas; vt ſic omnino amor manifeſtus exiſtat, ac nequidem aliquantis per abſcondi valeat, nec velo tegi, nec veſtibus operiri, nec in domo claudi, nec in arca ſeruari, nec carceribus mancipari, nec nubibus inuolui, nec caliginibus obſcurari: ſed omnibus abſque velo panditur, nudus, abſq; domo, per vicos, & plateas ciuitatis inhabitans, in tenebris Luna clarior,

Digitized by Google

rior, in lumine Sole ſplendidior, & quandoque ludens humanas penetrat vires, & in interiori cordis hoſpitio domum reperit: ac ſi omnino clauſus vitam perderet, cordis ianuam aperiens, omnibus ſemetipſum oſtendit, vultque ab omnibus videri, vt fortaſſe ab omnibus veneretur. Nec vtique obſtupeſcerem ſi hoc tantum in hominibus operaretur amor, verum in omnibus hæc ſibi connaturalia egit. Semel æterni Dei pectus ingreſſus eſt, vt inde numquam exiret, at quia cælari non valuit, vt Pater Deus neceſſario filium gigneret, omnino coegit. Haud dicam vtique, quòd Pater æternus, æterna eius voluntate, quæ ſedes amoris eſt, tanquam principio generatiuo verbum genuit. haud etenim illud voluntarie genuit; ſed ab intellectu naturaliter peperit. Quomodo autem voluntate, & amore, filius in diuinis generatur, difficili ſenſu Theologorum cetus exprimit, ob nonnullas D. Auguſtini authoritates, 9. de Trinit. cap. 7. vel 10. verbũ amore concipitur, & cap. 11. & 12. Notitia placita, digneque amata, verbum eſt. Quæ authoritates tantum in nos verificari, Ioannes Duns Scotus aſſerit. Ac Ioannes Roditon. 1. ſent. diſt. 9. q. vnica, patrem vult genuiſſe Deum filium voluntate, non quòd illa voluntas principium generatiuum filij ſit; ſed quòd volens Deus Pater ſuam eſſentiam communicare, filium genuit. Et concordat additioni apud Ioannem Duns Scotum 1. ſent. diſtin. 6. q. vnica. Imo & Ioannes Scotus vbi ſupra, Deum patrem (ait) Deum filium voluntate generare, quia in primo ſigno originis pater intelligit formaliter, & tũc etiam poteſt habere actum volendi formaliter; in ſecundo ſigno originis gignit filium, nec tantum vult illam gignitionem, volitione ſequente illam genitionem, ſed volitione habita in primo ſigno originis, qua volitione pater formaliter vult, præſuppoſita aliquo modo intellectione, qua pater intelligit; non autem genitione verbi. Sic ergo dicit, quòd pater volens generat, haud tantum voluntate conſequente, verum, & voluntate antecedente. Ex quibus habetur, quòd Pater æternus, Deum filium voluntate genuit. Amor vero in voluntate quieſcit, ergo pater filium amore genuit. Iſdem amor æterni filij Dei pectus ingreditur, nec cælari valet, quin eius impulſu Spiritus ſanctus producatur. Trium diuinarum perſonarum æque cor penetrauit amor, vbi ne quaſi in abſcondito maneat, eius ictubus mundi machina creatur. Vt etenim ſuam bonitatem, ſimulque amorem Deus creaturis oſtenderet, ad actum creationis exiuit. Nec tantum increatam æternamque naturam ita, vt celari nequeat ingreditur amor; verumenimuero creaturas percutit omnes. Cumque eas ingreditur, ſtatim vt omnibus innoteſcat machinamenta operatur. Angeli nimio amoris affectu tàm ſedulo curam animarum gerunt. Inferior natura amoris rore perfuſa, cælis imperat, vt ſubceleſtia contegant: Soli Lunæque vt lucerent, aſtris, vt influant, elementis vt conſeruent, & nutriant; hæc omnia operatur amor. Ipſe neminem odio proſequi valet, omnia diligit, oſculatur, amplecturque. Eum ſpernantes aufugit, quos noſcit amantes ſequitur. Hominem omnia ſpernere cogit, vt vno amantis intuitu gaudeat, & vno amantis riſu, verboque ſolatietur. Ecce quomodo cor Chriſti ingreſſus, omnia ſpernere ſtringit, & ad regiones alias exire cogit, vt amantis intuitu colloquione iucundaretur. Scribas phariſeoſq; eum odientes, vt derelinquat ſuadet, & ad gentium populos illum amantes tranfert. Idcirco legimus. In illo tempore, ſcilicet, quo pectus eius aperte erga homines ingreſſus eſt amor, egreſſus Ieſus ſeceſſit in partes Tyri, & Sidonis. Et quia eodem tempore cuiuſdam mulieris pectus ſauciauit, legimus, ecce mulier Chananæa à finibus illis egreſſa, clamauit dicens; miſerere mei fili Dauid; filia mea male à dæmonio vexatur. Iucunda profecto hæc ſunt; verum ad ſuauiora tranſeamus.

Deus Pater neceſſario filium genuit.

Auguſt.

Ioan. Scot. Ioan. Rod.

Filius in diuinis quo modo voluntate gignitur.

Mundus amoris impulſu creatur.

Amoris proprietates mirificæ.

Quòd exitus Ieſu in partes Tyri, & Sidonis diuerſos eiuſdem filij Dei egreſſus myſticè ſignificant.

VNum quidẽ filij Dei egreſſum in partes Tyri, & Sidonis, Euangelij litera ſignat, ſed in eo fortaſſe plures egreſſus ſignificari haud ambigẽdum puto. Hic nempe egreſſus ille

Egreſſus Ieſu multiplices.

ille primus æternæ generationis Verbi Dei ſignificatur,quo ex æterni patris fæcũda memoria ab eterno genitũ eſſe credimus. Secũdus quando huius magni mũdi ydea apud diuinum intellectũ adhuc exiſtente opus ad intra, per egreſsũ Dei ad creationis actum,fuit opus ad extra. Tertius,quãdo hominũ genus ardenter diligens,ſecum illud adiungi deſiderans, ad incarnationis opus acceſſit. Quartus quãdo mundũ miſeriis inuolutũ proſpiciens,vt ei auxiliũ in tribulatione tribueret,egreſſus eſt,Quintus,qñ hominũ corda diaboli doctrina deprauata cernens, vt viã veritatis doceret egreſſus eſt. Sextus,quãdo hominum genus ob Adæ peccatũ debitor apud Deũ exiſtẽs,nec tale debitum ſoluere valens, verus Dei filius vt illud pro homine ſoluat,extra portã Ciuitatis Hieruſalem moribundus exiuit.Septimus,cum poſt mortẽ,mortis vincula rũpens,è monumẽto viuus egreſſus eſt. Octauus, cum poſt tot elapſos labores,ex hoc mũdo exiens ad dexteram patris ſeſſurus aſcẽdit.Et nonus erit extremi iuditij egreſſus.De primo illo æternæ generationis egreſſu

Ambroſius Filij Dei egreſſus è ſinu Patris.

vbiq; locorum ſcriptura diuinis iam vocibus perſonat. Quin & Ambroſius lib. de Paradiſo.cap.3.illud exponens:fluuius egrediebatur è loco voluptatis; de verbo è ſinu patris egrediente,per æternam generationem interpretatur.& Iſaias ait.Egreditur de ore meo verbum iuſtitiæ.cap.45.Et Dauid cæcinit.Tecum principium in die virtutis tuæ,in ſplendoribus ſanctorum ex vtero ante Luciferum genui te. pſ.109. Alibiq; ſæpius de æternæ filij Dei generationis egreſſu,in ſacris literis ſermo protenditur.Egrediturq; verbũ à Patre,veluti ex Sole radius,ſemper illi coeuus.De ſecũdo creationis egreſſu aptiſſime iuxta

Origines.

Ad creationem orbis Deus egreditur, vt artifex ad opus.

Orig.hom.10.in Matth.poteſt illa patris familias parabola interpretari, ſummo mane egrediẽtis,vt operarios in vineã ſuã conduceret. Exiuit nanq; Deus ad actum creationis in principio,vt per illammet creationem ſe ſuis creaturis oſtenderet. Exiuit autem quaſi artifex ad opus, qui diù operis ydeam mente retinẽs,ad actum creationis exijt, vt quod longo temporis curſu intra cælarat.breuioris tẽporis ſpatio ad extra pandat.Sic omnium opifex rerum, æternitate longiſsima,huius mundi ydeã mente retinens,ad actum creationis exiuit;vt quod longo ſæculorum curſu,opus ad intra cælarat, inſtantaneo tẽporis initio ad extra ꝑduceret. Vnde legimus. In principio creauit Deus cœlũ, & terrã.Gen.1. Et tu in principio domine terrã fundaſti,& opera manuum tuarum ſunt cœli.pſ.101. De tertio incarnationis egreſſu,in figuris,parabolis,apertiſq; verbis ſcriptura ſancta loquit.

Chriſti natiuitas in Iſaach figurata.

Figuraliter è ſterili muliere naſcitur Iſaach,vt Chriſtum è virgine naſciturum deſignet. Gen.21.Haud enim decebat Chriſtum è ſterili muliere naſci, nã ſi tantum homo potuit è ſterili gigni,Chriſtus Deus,& homo debuit è virgine oriri Iob,etiã inquit.Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ.cap.1.per quod datur intelligi,quòd Chriſtus ab omni labe peccati nudus ex vtero virginis exiuit.Dauidi quoq; filium ſuper thronum eius cõſtituere promiſit Altiſſimus,cui dixit Ego ero ei in patrẽ,& ipſe erit mihi in filium. 2. Reg.7.in quibus verbis Meſſiã præſignauit.Haud hominẽ tãtum,ſed Deum,hominemq; ſimul,cuius mater homo,cuius pater Deus eſt.In parabolis,de exitu filij Dei,ipſemet filius loquitur.

Paſtor nonaginta nouem oues in mõtibus dimittens, filius Dei eſt.

Paſtor etenim qui centeſimã perdidit ouem,nonaginta nouẽ in montibus dimiſſis,ad perditã inueniendam exiuit,Verbum Dei eſt,Angelos in cœlis dimittens,ad incarnationẽ egrediens,vt homines perditos ad vitã reuocaret. Chriſoſtomo,& Origene mihi teſtibus.

Chriſoſt. Origines.

De quarto filij Dei egreſſu,vt hominibus ferret auxiliũ,ſub myſterio ſacra pagina loquit. Nã & patrisfamilias filium præſentat,bona ſua luxurioſe diſſipantẽ,eiuſq; patrẽ in auxilium exeuntem,quia iam pœnitentẽ conſpexerat.Cuius arcanum eſt. Quod homo, Dei filius dictus,qui ſupernaturalia bona proprij amoris libidine luxurioſe diſſipauit,diabolo ſubditus effectus,ſub lege peccati, & mortis, ad Deum redire cupiens, proprijs viribus minime valens, pœnitentiam prout poterat agens,eius langores Deo reſpiciente, è tot erumnis diuina eſt erutus virtute,cũ ſuper collũ eius, Dei filius cadens,eius humanitatẽ aſſumens,vt ei auxilium ferret egreſſus eſt. De quinto prædicationis egreſſu; quid opus eſt lõgius verba proferre;cum iam Euangelij volumina Chriſti prædicatione pleniſſime redolent. De ſexto mortis egreſſu, quando vt Adæ debitum ſolueret, extra Hieroſoli-

morum

Digitized by Google

morum mænia paſſus eſt; iam ſcripturarum teſtimonia concrepant. Quia baiulans ſibi Crucem,exiuit in eum qui dicitur caluariæ locũ, vt crucifigeretur. Ioan.19. Hunc Abel figurauit egreſſum, cum ei frater dixit. Egrediamur foras. Gen.4. quo egreſſo,occidens inſurrexit in illum. Hunc figurauit Iſaac, faſciculum lignorum baiulans, montem ſuper altare Domino ſemetipſum oblaturus aſcendens. At ſicut egreditur è bello ſaucius, ſic Ieſus ad montem moriturus egreditur. De ſeptimo glorioſæ reſurrectionis egreſſu, Angelus loquutus eſt mulieribus dicens. Ieſum quæritis crucifixum, ſurrexit non eſt hic. Matth.28. Vt Ieſus prædixerat,tertia die reſurget.Matth.16. Sic exit qui ſolo baculo innixus torrentẽ pertranſit: in ſolo nempe baculo crucis innixus eſt Chriſtus,torrentemq; dolorum glorioſe pertranſijt. De quo myſtice ſcriptum eſt, In baculo meo tranſiui Iordanem & nunc cum duabus turmis regredior. Gen.32. nam & in baculo crucis mortem Ieſus pertranſijt,inde glorioſus ad dexteram patris aſcendit. Cuius aſcenſus exitum talibus ille ſignauit ſermonibus. Exiui à patre, & veni in mundum,nunc iterum relinquo mundum, & vado ad patrem. Ioan.16. Sic peregrinus peracta peregrinatione, domum reuertitur. Alius filij Dei egreſſus in die iuditij remanet; quando tanquam fulgur ab oriente adueniet. Matth.22. Verum hoc mirabile,quod Chriſtus in terris viuens,in partes Tyri, & Sidonis ſeceſſit, eo quòd Tyrus tribulatio interpetratur, & Sidon venatio; tribulationem, & venationem ergo exijt.

Mors Chriſti in Abel figurata. *Gen. 22.* *Ieſus vt miles in bello ſaucius.* *Matt.28.* *Matt.16.* *Gen.32.* *Ioan. 16.* *Matt.22.*

Quam vim habeant hi duo egreſſus, quos Euangelij littera commemorat, Chriſti, videlicet, & mulieris Chananææ.

QVid vero ſibi velit egreſſus hic admirabilis filij Dei, quo fatigatus regiones Iudæorum deſerens,haud montium cacumina petit; ſed ad Tyri,& Sidonis oras ſe tranſfert, inquirendum euenit. Amoris quidem lex eſt, vt duriſſima pro amante patiatur amans, amoris impulſu Chriſtus egreditur, tribulationum loca circumit,vt per eum amoris lex illa ſeruetur.Omnia quæcunque habet homo dabit pro dilectione & quaſi nihil deſpiciet ea. Cant.8. Duos Euangelicus textus deſcribit amantes, Chriſtum, ſcilicet, filium Dei, Syropheniſſamque mulierem. Mutuo amantur,ambo ardenti deſiderio flagrant, ſimulq; amoris leges ſeruant;qui vt vnà ſibi complaceant,ſimul,omnia ſpernunt. Egreſſus eſt Ieſus,& ecce mulier Chananæa à finibus illis egreſſa. Egreſſus Ieſus, reliquit domum ſuam, dimiſit hæreditatem ſuam, dedit pro amore dilectam animam ſuam in manibus inimicorum eius. Mulier Chananæa à finibus illis egreſſa; reliquit domum ſuam, ſpreuit bona ſua, & dereliquit dilectam filiam ſuam. Egreſſus Ieſus è ſinu patris venit in terram: egreſſa mulier à falſa idolorum adoratione, cælum conſcendere ſatagit. Egreditur à Iudeis Ieſus, vt gratias gentibus largiatur; egreditur mulier à gentium ritubus, vt à Iudæis ſanctitatẽ obtineat. Egreditur Ieſus,vt errantes reduceret,egreditur errans,vt reducentem inueniat. Egreditur Ieſus,vt paſtor ad ouem,egreditur mulier,vt paſtorem ſequi mereatur.Quærit ouem paſtor, balat ouis, vt à paſtore audiatur. Inuenit paſtor ouem,ouis paſtori iungitur, & quem illa diligebat ardenti amore complectitur: bene ergo dicitur. Egreſſus Ieſus ſeceſſit in partes Tyri,& Sidonis,& ecce mulier Chananæa à finibus illis egreſſa,quia amoris impulſu,illorum egreditur vterque. Hæc puto quòd Spiritu Dei plenus prædixit Salomon. Veni dilecte mi egrediamur in agrum, & poſt pauca: ibi dabo tibi vbera mea. Cant.7. Ac ſi verba Syropheniſſæ mulieris iſta ſint, dicentis. Veni o mi dilecte Ieſù,in his Tyri, & Sidonis campeſtribus, quia tui amore langueo, cumque te in me amore flagrare conſpexero,vt mutui amoris prætia ſoluantur,ibi me docebis,quo pacto,quæ tibi ſunt placita faciam; & ego dabo tibi vbera mea, ideſt,amorem meũ,in veritate litteræ. Vel fortaſſe ager gentilitas eſt,ad quam filius Dei egreſſurus erat. Diuino flante ſpiritu, & ſemetipſam gentilem mulier intelligens, ad quam filium Dei mittendum fore præno-

Amoris lex,ex Platonis conuiuio. *Cant.8.* *Hiere. 12.* *Cant.7.* *Sidonis regio pro gentilitate ſumitur.*

Digitized by Google

uerat, vt eam iam perditam reuocaret ad vitam, inquit. Veni dilecte mi egrediamur in agrum cordis mei, quia ſi in corde meo quieſces, & leua tua ſub capite meo, ac dexterà tua amplexabitur me, quis me à te ſeparabit? quiſue te è manibus meis eripiet? Tantum te domino meo Chriſto fruar, vt coram oculis tuis munda inueniar. Deſinant ſuſpiria mulier, lachrimæ ſiſtant, & vululatus quieſcant, exaudiuit dominus præces, ecce iam Iudeos deſerit, ad te properat, vt apud te diuertat, & tui amoris in eum pignora reddat. Egrediebatur fluuius de loco voluptatis ad irrigãdum terram, ſuper quam adhuc nõ pluerat dominus, & tunc promittebat, quod nunc explet, tunc figurabat, quod nunc perficit. Egreditur quippe Ieſus è Iudæorum tellure, quam veluti terreſtrem Paradiſum Iſraelitico populo tribuerat, & ſuis gratijs, ſimul, & miraculis venit ad irrigandum arentem gentium populum, ſuper quem non ſic affluenter dominus pluerat, ſicuti ſuper Hebreorum populum. Et verè in partes Tyri, & Sidonis acceſſit. Ad venationem etenim pergens, vel ſpinis pungitur, aut vepribus laceratur, aut ferarũ morſibus percutitur, vel laboribus fatigatur, ſæpiſſimeque mortis periculo exponitur. Ad venationem Chriſtus acceſſit, vt veluti fugaces feras animas venaretur. Hinc ſpinis punctus, quia illis coronatus, vepribus laceratus, quia flagris ceſus, ferarũ morſibus percuſſus, quia omnes inimici eius clamabant tolle, tolle, crucifige eum, laboribus fatigatus, quia baiulans ſibi crucem ad locum ſupplitij peruenit, nec tantum mortis periculo expoſitus, verum & morti traditus, quia inclinato capite emiſit ſpiritum. Hæ igitur Tyri, & Sidonis partes ſunt, in quibus vt peccatrices animas conciliaret, Ieſus egreſſus eſt.

Chriſtus Paradiſi fluuius gẽtilitatem irrigat.

Chriſtus venator fatigatus.

TEXTVS.

Et ecce mulier Chananæa à finibus illis egreſſa, clamauit dicẽs ei, Miſerere mei Domine fili Dauid, filia mea male à dæmonio vexatur. Matth. vbi ſupra.

Quòd egreſſus mulieris Chananææ à finibus Tyri, multi amoris in Chriſtum incitamenta figit, nam & ipſa amoris vulnera patiens, fortiter illum aggreditur.

QVieſcere neſcit Cerua, venatoris iaculo ſaucia, cumque ſe canum morſibus ictam dignoſcit, ſaltat, circumit, perambulat, quærit, vt poteſt mortis aufugere retia; cumque hæc agere nequit, potius vbi homines aſtant confugit, quàm ad canum, ferarumue conſortia ſe conferat, pios fortaſſis homines autumans, eius vlceribus compatientes, impias vero feras vulneribus peiora iungentes. Iam Syropheniſſa mulier nimis amoris iaculo in Chriſtum ſauciatam ſe noſcit; at dæmones, veluti rabidi canes, eam morſibus percutere conabantur, vt iam patet in filia quam diabolus obſidebat; ſimul cum filia matrem, nimio dolore torquens; quærit, vertitur, circumit illa, vt filiæ ſuæ medelam inueniat, deſertorum antra, ferarumque loca non petit, falſorumque deorum auxilio non innititur, ad hominem confugit, ad illum inquam hominem, qui omnes homines eſt, cuius perſona vna, naturæ vero duæ, quem pium noſcit, ſuis vlceribus compatientem. Accurrit, acclamatque; miſerere mei Domine fili Dauid, filia mea male à dæmonio vexatur. Verùm ſi amoris impulſu è regionibus Iudæorum Chriſtus egreditur, eiuſdemque ictubus mulier Chananæa à finibus illis egreſſa eſt. qui nam ſunt amoris actus, quos ſibi operantur adinuicem? Amoris quidem ardentia eſt vlcera refrigerare, mentalibus oculis amantis lumen tribuere, effrenata amoris deſideria regere, quod homines falſo amanti ſuadent, ne credat edocere, aliquas afflictionis amanti infligere, eiuſdemq; afflictionibus dulciter miſereri, & tandem quod amans vnus optat, hoc alius large concedat. Hæc vtique in Syropheniſſam mulierem operatus eſt Chriſtus. Illius namq; ardentia vulnera refrigerat, dum ſua præſentia ſpem curatio-

Amoris effectus ſuaues.

Digitized by Google

curationis filiæ tribuit; mentales eius oculos fide illuminat; eo modo quo ſolaribus radijs Luna refulget; effrenata eius amoris deſideria regit dum eius memoriæ influit, vt ad Apoſtolorum præces recurrat; eam ad amoris veritatem docet, dum ſilet; amoris afflictiones infert, dum eam conuitijs afficit; eiuſdemque afflictionibus dulciter miſeretur, dum illius præces ſuauiter audit; & tandem quod illa optat large concedit dicens. O mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis. Vnde ſex amoris incentiua, ſimul & effuctus operatur in mulierem Ieſus, ſexque iterum mulier in Chriſtum amoris incitamenta dirigit. Hæc ferme ſunt, quæ amoris fulgura mittunt; virtus, labor, dolor, timor, luctus, cum lachrimarum effuſione, amantiſque fortitudo ſtrenua. Virtus amorem nutrit, nam & quodcumq; amatur, haud tantum ſub ratione pulchri diligitur, verum & ſub ratione boni; pulchrum etenim boni ratione remota, amoris incentiua nõ mittit; & quia pulchrum vt bonum conſideratur, illa boni ratio, pulchro iuncta amoris incitamenta ſuccendit: verum omne bonum virtuoſum eſt, igitur quodcumque amatur ſub ratione pulchri & boni, eo quòd virtuoſum eſt amatur: vere igitur virtus amoris incitamentum eſt. labor amorem auget; hoc enim inter cætera amoris præcepta à Platone in conuiuio tradita, potiſſimum adeſt, vt amans amantis gratia laborioſa ſuſcipiat. Accenditur quidem in amante amor, quando reamantem ſui ſtudio grauia ſubſtinere conſpicit. Dolor amoris in amante iacula dirigit, nam & lætatur amans, amantis valetudine, venuſtate, polchritudine, opibus, cæteriſque ſimilibus, cuius infortunijs econtra triſtatur, langnet, & dolet. Nec triſtia hæc parui momenti eſſe videntur, nam & amantis cor vlcerant, & ardentiori affectu amoris vinculis vtrumq; conglutinant. Timor amoris flammas auget, magis enim timoris vincula pateſiunt, cum timori amor iunctus dignoſcitur. Amat quis amantemque timet, ne illum in aliquo ledat, ne ſuis actibus ille triſtetur, hic vere amat, & ſi amare quis fatur à timore penitus alienus, ne tantiſper ledat amantem, hic haud vere amat. Luctus cum lachrimarum effuſione amoris ardores multiplicat, nam igne pietatis accenditur amor. Valentiores vtique in amoris regno lachrimæ, alio quouis munere ſunt. Et amantis fortitudo veri amoris eſt ignis adurens, cum mala ſubſtinet, aduerſa ſine indignatione patitur, vt amantis oculis gratus euadat. Porrò hæc potentiſſima ſunt amoris argumenta, quibus Syrophenilla vtitur, vt Chriſtũ iuxta ſui cordis acquirat deſideria. Primo namq; virtuoſa oſtenditur. Secundo, laboribus onerata. Tertio doloribus afflicta. Quarto, timoris iaculo percuſſa. Quinto, lachrimarum affluẽtia madefacta. Et Sexto ſic fortis in amore perſiſtens, vt amantem mereatur amoris vinculo fortiter ſibi coniungere. Primo quidem virtuoſa oſtenditur, quia à finibus illis egreſſa. Et hoc maximi amoris ſignũ eſt, ſi vt vnico amanti complaceat amans, omnia aliorum colloquia fugit, commertia ſpernit, illorumque ſibi promiſſa munera calcat. Chriſtum ſibi vnicum Chananæa mulier amabat, eumque omni qua poterat dulcedine diligebat, hinc falſas dæmonũ adorationes aufugit, conſilia ſpernit, & quod falſo illi promittebant, pedibus conculcat: ad Chriſtum tantum pergit, vt illi tantum placeat, & omnino à ſuorum peccatorum, vitiorumq; finibus egreditur. Hoc & Abrahæ diligenti Deum dictũ fuit. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monſtrauero tibi. Gen. 12. Cui & Chananæa mulier inuidens, egreſſa eſt è maledicta Chananæorum terra, vbi tantum dæmonibus inſeruiebat. Dereliquit cognationem ſuam, oblita eſt populum ſuum, & domũ patris ſui; acceſſitq; ad benedictam humanitatis Chriſti terram, ſibi diuinitus à domino monſtratam, vbi requies eius parata erat, omniumque vlcerum ſuum medicina. Secundo laboribus onerata oſtenditur, dum Tyri, & Sidonis loca circumit, vagatur, quærit, perambulat, fatigatur, vt vnicæ filiæ ſuæ valetudinem inuenire quæat. Imo nec tantum filiæ vexatione torquebatur, quantũ propriæ animæ infirmitate dolebat, ob vitiorũ multitudinẽ ſpiritualiũ oculorum lumine excecatæ; hinc laborat, & exit, vt mundetur, & videat. Tertio doloribus afflicta oſtenditur, ait enim; Miſerere mei domine fili Dauid, & poſtea ſubdit, filia mea male à dæmonio vexatur. Ac ſi diceret; domine doloribus filiæ

Amoris incitamenta ſex.

Mulieris Chananææ laborioſæ paſſiones.

Gen. 12.

Digitized by Google

meæ à dæmonio vexatæ crucior,ſed magis doloribus meis torqueor,illa vtiq; corporaliter affligitur,ipſa vero ſpiritu patior,illa dæmonis impietate, ego vitiorum multitudine: illius infirmitati facilis eſt medela, meæ autem difficilis, quia illa videtur, mea autẽ abſcondita manet Morbus occultus,acrius mortis pericula minitatur;idcirco, miſerere mei domine fili Dauid,& deinde filiæ meæ,quæ crudeliter à dæmonio vexatur. Quarto timoris iaculo percuſſa noſcitur,timet enim ad oculos Chriſti accedere,hinc poſt eũ ſequitur,ingemiſcit,clamat,& Apoſtolorum præces interponit, vt quod optat conſequi mereatur.Quinto lachrimis abluitur,haud enim mulieris præces ad Chriſtum ſine lachrymis directas puto, ſi quanta humilitate dicebat, adiuua me plenius conſiderare licebit. Et ſexto fortis à Chriſti amore monſtratur,dum ob fidem meretur à Chriſto laudari.O mulier magna eſt fides tua,fiat tibi ſicut vis,& ſanata eſt filia eius ex illa hora.

TEXTVS.

Qui non reſpondit ei verbum. Matth. vbi ſupra.

Quid Chriſti taciturnitas ſibi velit, quæue huiuſmodi ſilentij cauſæ, & quomodo tandem Ieſum loquentem mulieris verba conſtringunt.

Beda.

AD mulieris præces Ieſus ſilet, vt ad maiorem excitet illam amorem; vel vt Chriſtus (Beda referente) ſuæ doctrinæ contrarius non videatur; docuerat enim in viam gentium ne abieritis.Vel vt nos doceat, quod ſi ad Deũ præces fundimus,& peccatorum vinculis irretiti non exaudimur, ad Sanctos recurrere debemus,vt Deum pro nobis orent ſicut & Chananæa mulier, cum non exaudiretur à dño, Apoſtolos ſibi oratores conſtituit. Vel quia mulieris cantus Chriſti aures non alliciebat, propterea quod ſcriptũ eſt.Erit Tyro quaſi canticum meretricis. Quarum mercedes ſanctuario nunquã offerri licuit,Ecce in Tyro canticum mulieris Chananeæ,quaſi cãticum meretricis,amoris fidem vero amanti Chriſto non ſeruantis, qa Stereth Sidoniorum Deæ adorationẽ ſequebatur,& ſic à vero adulterabatur ſpõſo Nõ ergo auditur, quæ adhuc oculis domini grata non erat ideo nõ reſpondit ei verbum. Sed ecce quid Iſaias ait.cap.23.Sume tibi cytharã,circumi ciuitatẽ,meretrix obliuioni tradita,bene cane frequẽta canticum,vt memoria tui fit.ac ſi propheta dicat,ô mulier Chananæa, quæ quaſi meretrix adulterata,Dijs alienis initiata, & apud Deũ (ob ſuperſtitiones tuas) obliuioni tradita,ſume tibi orationis cytharã,circumi ciuitatẽ,ideſt perſonã Chriſti,quæ ciuitas Dei excelſi eſt,& bene cane,toto corde,& fide plena, cãticum orationum frequẽtata,vt tui apud eum memoria ſit.Sic Dauid corã Saul cytharã percutiens, quẽ ſpiritus domini malus arripuerat,dulci modulo confortabat.1.Reg.16.Cytharã ſibi ſumpſit Chananæa mulier,quia clamauit,miſerere mei dñe fili Dauid,ciuitatẽ circumit, quia vt inqt alius Euangeliſta,primo domũ ingreſſa eſt,vbi Chriſtus requieuerat,quæ cum non exaudiretur,per cãpeſtria Tyri,& Sidonis exiuit;bene canit,quia iuſta petit;canticum frequẽtat; quia ſine intermiſſione orat;cur autẽ Ieſus non reſpondit ei verbum perſcrutemur. Tactus eſt quondã Deus dolore cordis intrinſecus. Gen.6. Cuius cor filius eſt,atteſtante ſcriptura.In me turbatum eſt cor meum.pſ.72.Huiuſmodi cor fuit ſeuiſſimo vulnere foſſum, De quo Salomon. Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum,in vno crine colli tui.Cant.4 Oculorum ictu percuſſit Eua Ieſum, cum oculos in lignum ſcientiæ paradiſi illa direxit.Gen.2. Et colli capillo ſauciuit, cum ſcientiã filij Dei cogitauit arripere Saucius ergo Ieſus, & corde transfixus, reſpondendi verba non habet,idcirco non reſpondit ei verbum. Ad Apoſtolos tamen dicit. Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael.Hæc altera ſilentij cauſa eſt (ait Euſebius Emiſſenus) quia ad alias oues colligẽdas miſſus non erat,niſi ad ea, quæ perierant de familia Iacob.Hæc mulier non erat ex ouibus Iſrael,ideo ad eã reſpicere dedignatur. Ac ſi

Chriſtus cur mulieri Chananeæ nõ reſpondet.

Iſai. 23.

Oculo, & crine Eua Deum vulnerauit.

Euſebius.

apertè diceret;nō ſum miſſus miracula operaturus ad gentes, ſed tantum ad oues meas domus Iſrael,recedat ergo mulier,quia non eſt ex ouibus meis. At vnde hoc dn̄e Ieſu, nūquid prophetæ tui mendaces ſunt? nunquid non dixit Iſaias.Erit radix Ieſſe,qui exurget regere gentes,in eum gentes ſperabunt? Mulier hæc vna ex gentibus eſt, tuo regimine indiget,& in te ſpes eius fundata eſt,cur ergo dicis;nō ſum miſſus, niſi ad oues perditas Iſrael? Nunquid non pater tuus dixit.Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuā, & poſſeſsionē tuā terminos terræ? Pſ.2. Si ergo hæreditas tibi à patre tradenda, gentium multitudo eſt,quare gentilē hanc fœminā deſpicis, & in numero ouium tuarum habere non annuis? Nunquid non Iſaiæ ore tibi loquutus eſt pater. Parum mihi eſt,vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iacob,& ad fæces Iſrael conuertendas, ecce dedi te in lucem gentium,vt ſis ſalus mea, vſq; ad extremum terræ? Iſa.49. Si in lucem gentium datus es, dicere noli;non ſum miſſus,niſi ad oues,quæ perierunt domus Iſrael. Contraria iam ſecundis prima pronuntiant. Huiuſmodi cōtrarietatibus res pōdere videtur Euſebius Emiſſenus: quòd Chriſtus nō fuit gentibus corporaliter miſſus,ſed tantum Iudæis, qa gētibus, in perſona Apoſtolorum, ēturus erat,vt per ipſorum manus fierent ſigna,& prodigia in populis,& ad vnitatē fidei gentes reducerentur. Quod quidē Euangelij verba præſignāt. Dum etenim mulier ad Chriſtum immediatè accedit,non exauditur, cum autē mediantibus Apoſtolis orat,ſpē ſuſcipit obtinendæ gratiæ,cuius aucta fides id quod poſtulat cōſequi meretur. Vere igitur corporis præſentia nō eſt miſſus ad gentes, ſed ad Hebreos, vt diſperſas oues domus Iſrael reduceret. Proſequitur mulier,& adorauit eum dicens; dn̄e adiuua me;ac ſi diceret. Scias me dn̄e,quòd ſic tui amoris igne conſumor, vt quæ in tui laudē paulo ante dixeram,filium Dauid,& dn̄m iuxta veritatem appellans,nimio amoris impetu effluebant;amantis enim eſt,reamātem laudibus extollere; nunc autē bene noui, quòd ſuperbus non es,humana illuſtrium titulorum culmina optans:te etenim diuina decet laus,te decet hymnus,te gloria in ſæcula. Verumenimuero quoniā homo es paruulis, humilibusq; titulis appellari gloriaris: vis enim paſtoris tm̄ titulo inſigniri, cum non ſis miſſus niſi ad oues, Age ergo quæ paſtoris ſunt,Paſtoris quidem eſt,lupum ouē rapientē videns,pharetrā, & arcum ſumere,ouemq; ex illius faucibus eripere: oues ſumus ego, & filia mea,& quoniam ex clauſo legis naturæ ouili aberrauimus, diaboli nos rapuere. Ego anima torqueor,illa ſimul & corpore,adiuua me igitur ò paſtor optime, & filiam meam ſic miſerrimè vexatā armis tuæ potentiæ defende. Recordare dn̄e, quòd cum paſceret Dauid pater tuus oues patris ſui in cāpeſtribus, veniebat vrſus, & leo, arietéq; de medio gregis tollebat,ille vero inſurgebat in eos,eruebatq; pecus de ore ipſorū: bonus eſt filius, cum patris ſui virtutes ſectatur;filius Dauid es in huius mūdi cāpeſtribus miſſus, vt filios Dei diſperſos congregares in vnum, en diabolum animaduerte filiam meam crudeliter vexātem,& oculos cordis mei,ne vere fidei erudimenta recipiam,obtenebrare curantē; percute eum dn̄e, & adiuua nos. Scias etiā quod paſtores,vulneratæ,ſeu quouis modo infirmantis ouis,diligentiorem habent curam,quàm cunctarum optima ſanitate valentiū; ouis vlcerata ſum,peccatorum ictubus valde percuſſa, ouisq; ægrota nimis filia mea eſt adhibe ergo diligentiorem noſtri curā,quam Iſraelitarum ouium, & adiuua nos, fortiori etenim medicamine indigemus. Proprium quidem paſtoris eſt,vt ſi ouem perdiderit, laboribus non parcat,ſed ad quærendum exeat,deperditæ oues ſumus,ego & filia mea, tu qui ad oues miſſus es laboraſti,donec in partes Tyri, & Sidonis ſecederes, protenſo non es itinere territus, iam oues te paſtorem ſequimur, ne ergo deſeras, ſed tuo ouili cōgrega, vt ſalui fiamus.

Iſa. 11.

Euſebius.

Chananæa per verba Chriſti argumentatur.

1. Reg. 17.

TEXTVS.

Non eſt bonū ſumere panem filiorū,& mittere canibus. Matt. vbi ſup.

Quòd conuitia mulieri Chananææ à Chriſto illata, in ſuum mulier vertit illa fauorem, hinc fidei ſplendore meretur à Chriſto laudari,& filiæ ſanitatem obtinere.

Mirum

Digitized by Google

MIrum quidem hoc eſt, ad mulieris Chananææ præces, primo Ieſus ſilet, non reſpondens ei verbum, ſecundo iā pecita negat; non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael, & tertio ad conuitia, opprobriaq; deſcendit. Nō eſt bonum ſumere panē filiorum, & mittere canibus. Nec ob id muliercula illa triſtatur, ſed humili cordis reſpondit affectu. Etiā domine, nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mēſa dominorum ſuorum. Putauitq; Chriſti verbū à conuitijs alienum in ſuum poſſe verti fauorem. Quod & Alphonſus Thoſtatus notat. Tu dñe dicis, quòd non eſt bonum dare panem filiorum canibus, at certe bonum eſt aliquid de illo dare, ſaltem micas cadentes, ita tu potes nunc mihi dare miraculoſam curationem filiæ meæ, de his curationibus quæ iam ſuperabundāt Iudæis, inter quos feciſti plurimas, & quotidie facis. Putauit mulier verbum Chriſti in ſuum eſſe fauorem, nā in numero canum conſtituebat eam; at canes non ſunt prorſus alieni, ſed ſunt de familia domini, & panis eis aliquando datur, ideo mulier dixit, quòd ſaltem in numero canum daretur ſibi panis, idest, non de pane integro, & ſuper menſam; ſed de micis cadentibus ſub menſa. Hæc ille. Non igitur iniuria indignatur mulier, quia his verbis, ad fortius petendum ſemetipsā muniuit, voluitq; in numero canum eſſe, dicens. Etiam domine, nā & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum. Imo Dei lumine fortaſſe mulier illuſtrata (vt refert Iſaach, de duobus egreſſibus Saluatoris) agnoſcebat filiationē à Iudæis ad gentes transferendam, & domus dñi, quæ eſt Eccleſia, vt à gentibus cuſtodiretur, tempus fore venturum, ideo in numero canum domini annumerari conſentit. Scimus & nos, teſtibus Solino, & Plinio lib. 8. cap 40. Quòd apud Garamantas peracto iam bello, Garamantum Rex ab inimicis victus, captiuus factus eſt, quē ducenti canes è manibus eorum eripuere. Canis Iaſonis licij mortuum videns dominum ſuum, nunquā comedere voluit, ſed magis inedia afflictus, mori paſſus eſt. Et Cælius Placentinus Senator, nunquā ab inimicis occidi potuit, ni prius illi canē eius occiderūt. Fortaſſe canum qualitates optimas mulier contemplans, ad verbum Chriſti reſpondit; etiā domine, idest, ſic erit domine mi, quod canis tua ero, & tui amore millies dilaniari patiar, tantum me ſicut canem ciba, & hanc miculam panis, curationis filiæ meæ concede. An neſcis domine, quòd canis mortuum dñm alicubi videns, nō recedit, ſed ad ſui cuſtodiam permanet? ita quando mortuus eris in illo montis caluarij crudelium ferarum loco, qui nam tui cuſtodes aderunt, niſi gentes? qui iam tui canes ſunt? canis ego ſum ſicut, & illi; tali igitur beneſitio tribue mercedem; & filiam meam à dæmonio eripe. Canes qui ex coniunctione tygrium, vel luporum, cum cæteris canibus oriuntur, crudeliſſimi ſunt, & ideo qui primo, ſecundoue partu naſcūtur, nimia crudelitate maligni, ad venationem minime apti, qui autem tertio generantur partu, aduenationem idonei reperiuntur, quia mitiores. Canis ego ſum ex alijs canibus nata, qui poſt primi hominis lapſum, tygribus, & lupis coniuncti ſunt, dæmonibus initiantes, crudeliſſimi euaſere; nam qui primo partu nati ante diluuium, eiuſdem catachyſmi pœnas eorum iniquitate meruerunt. Qui poſt diluuium orti, vſq; ad tui aduentum, tanta crudelitate exarſerunt, quòd ſacrificauerunt filios ſuos, & filias ſuas demonijs, dijs quos ignorabant, pſ. 505. Nos autem qui tempeſtate tua viuimus, tertij ſumus, ad venationē animarū, per tuæ doctrinæ prædicationem optimi; ſerua igitur nos, meq;, filiamq; meā cum eis; quæ ſi in numero canum tuorum aſcribemur, in his regionibus Tyri, & Sidonis, animas per prædicationē venari non ceſſabimus. Pius his verbis Ieſus effectus, reſpondit. O mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis. Ac ſi diceret; bene noui mulier quòd fidelis es, cuius fides, mearum ouium porrò ſuperat, fiat tibi ſicut vis, & nunc tua ſanetur filia. Abulenſis autem in his verbis hæc quærit: cum in muliere iſta nunc apparuerint virtutes multæ, quare Chriſtus ſolam fidem laudans cōmemorat? Dicendum, quòd multæ virtutes in ea apparuerunt; nā fuit prudentia, quia in omnibus prudenter reſpondit; vt ait Theophilus: ſecundo apparuit perſeuerantia, tertio in ea fuit patientia, iniurijs non cōmota, quarto apparuit humilitas, ſe enim humiliauit procidens in terram, corā Chriſto, eum adorādo,

Abulenſis. *Iſaach presb.* *Solinus.* *Plinius.* *Canum proprietates optimæ* *Iſidorus lib. 12.* *Abulenſis.* *Theophilus*

Digitized by Google

vt patet Matth. 15. & Mar. 7. quinto apparuit fides, nam credidit Ieſum eſſe Meſſiam; tñ licet illæ virtutes in muliere ſic apparuerint, Chriſtus nõ cõmemorauit niſi fidem; primo quia ipſa ſola erat ad propoſitum, quã dicitur quomodo iſta mulier obtinuit à Chriſto qđ petebat, & tamen ad obtinendum miracula fieri, nulla virtus ſufficit, niſi fides, per fidem obtinemus quicquid petimus; ita vt nil ſit nobis impoſſibile. Marc. 9. Si potes credere om nia poſſibilia ſunt credenti. Secunda ratio, quia iſta erat virtus quam dominus introducere nitebatur, prædicando ſcilicet, quòd crederetur in eum, quia fides eſt fundamẽtum, & ſine illa impoſſibile eſt placere Deo: & ita ſine fide, vel nullæ virtutes, ſunt vel ſaltem inutiles ad placendum Deo: vnde, directe tota prædicatio, & ſcripturarum, & geſtorum, atq; dictorum Chriſti fuit per fidem introducenda, ac cõſeruanda, Io. 20. Multa alia ſigna fecit Ieſus, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc, & hæc ſcripta ſunt, vt credatis, quia Ieſus eſt filius Dei, & vt credentes vitam habeatis. Hæc Abulenſis.

Fidẽ Chananææ mulieris Chriſtus ſolam cõmendat.

FERIA VI. PRIMAE DOMINICAE IN QVADRAGESIMA.

TEXTVS.

Erat dies feſtus Iudæorum, & aſcendit Ieſus Hieroſolimam, eſt autem Hieroſolimis probatica piſcina, quinq; porticus habens, &c. Ioh. cap. 5.

Quid nobis probatica piſcina Hieroſolimis ſita ſignificet, quidue in Euangelij litera allegoricè præſignetur.

Feſtiuo iam Iudæorum tempore, Hieroſolimam Ieſus aſcendit, & iuxta piſcinam miracula operaturus accedit; at quid hoc ſignificet inueſtigandum occurrit. Iudæus quidẽ confitens vel laudans interpretatur, cuius nominis ſignificatio, ad ſex mihi poſſe referri conſonat Primo namque Iudæi nomine, intemeratæ Virginis potentiæ ſignificantur, ſecundo, Angeli, tertio, viri iuſti, quarto pueri ciuitatis Hieruſalem, quinto, Iſraelitarum populus, & ſexto, ſanctorum patrum animæ in inferis diù detentæ. Diuæ Virginis potentiæ Iudæorum nomine appellari queunt, nam diuinis erant laudibus ſemper intentæ. Angeli quoq; Iudæorum nomine ſignificantur, coram Deo ſemper aſtantes, eumq; diuinis laudibus magnificantes. Sanctus, ſanctus, ſanctus dominus Deus exercituum, plena eſt omnis terra gloria eius. Iſa. 6. Etiam viri iuſti, Iudæorũ nomine lætantur, continue Deum collaudantes, vt ſcriptum eſt. Cantate domino canticũ nouum, laus eius in Eccleſia ſanctorum. pſ. 149. Pueri ciuitatis Ieruſalem Iudæi dicuntur, haud tantum quia Iudæorum germina ſunt: verum & quia ingrediẽte domino ciuitatem, eundem Dei filium collaudabant dicentes. Oſanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini. Matth. 21. Iſraelitarum populus, Iudæorum nomen obtinent; non quod omnes ex tribu Iuda filij Iacob orti ſint, ſed quia ſub ditione regalis Iudæ tribus erant. Et ſanctorum patrum animæ, quæ in inferis morabantur, Iudæorum nomine ſignificantur; quia redemptionis humanæ expleto myſterio, gaudentes, Deumq; laudantes, cœlorum regna petebant. Hieruſalem quoq; ſex pro nunc ſignificationes miniſtrat. Primo quidem Mariam Virginem deſignat; ſecundo, totum hunc ſenſibilẽ mundum; tertio, ſanctã matrem Eccleſiam. quarto, ciuitatem illam Paleſthinæ; ad literã Iudæorum regni metropolim, quinto, crucem domini Ieſu; & ſexto cœlorum regnum. Maria Virgo Hieruſalem dicitur, ideſt, pacis viſio, in ea etenim pax illa facta eſt inter Deum, & hominem, quã altera iam mulier antiquitus corruperat. Senſibilis iſte mundus Hieruſalem nomine deſignatur, quia Octauiani Ceſaris tempore pace floruit. Eccleſia, Hieruſalem dicitur, eo quòd in ea ſummæ pacis tranquillitate, apud Deum iuſti viuunt, & peccatores conciliantur ad veniam. Ciuitas illa Iudæorum metropolis, Hieruſalem vocatur, iam antea Salem dicta, cuius Rex fuit Melchſedech, de quo ſcriptura inquit, & Melch Sedech rex Salem. Gen. 14, Iebus

Iudæi nominis ſignificata ſex.

Hieruſalẽ ſignificata ſex.

Hieruſalẽ nomina plura.

Digitized by Google

Iebus appellata à Iebuſeis illam incolentibus: quibus ab Hebreis inde pulſis, vtroque compacto nomine, Iebus, ſcilicet,& Salem,fuit Iebuſalem dicta. Poſt vero aliqualem temporis curſum, aut per vocabuli corruptionem, aut alio occultiori arcano, dicta fuit Hieruſalem, vſque ad præſens. Sancta crux domini, Hieruſalem dicitur; in ea etenim totius orbis fuit redemptio completa, per quam ſempiterna pax mundo illuxit. Et cælorum regnum Hieruſalem dicitur; in illo namque perpetua pace cuncta lætantur. De qua ſancta canit Eccleſia. Vrbs beata Hieruſalem, dicta pacis viſio.

Quæ conſtruitur in cælis, viuis ex lapidibus,
Et Angelis coronata, vt ſponſata comite.

Dies feſtus Iudæorum quid indicet.

Sic hiſce præhabitis,talis adeſt textus declaratio,erat dies feſtus Iudæorum,& aſcendit Ieſus Hieroſolimam. ideſt, magna feſtiuitas fuit potentijs Mariæ,quando Verbum Dei aſcendit eiuſdem virginis vterum. Item erat dies feſtus Iudæorum,ideſt, dies feſtus Angelis Dei fuit,quando Ieſus Hieroſolimam aſcendit, ideſt, filius Dei mundum ingreſſus, ex Maria Virgine natus eſt homo. Feſtus quidem dies adfuit, omnibus iuſtis Eccleſiam introeunte domino. Tunc enim omniũ appropinquauit redemptio,tunc regni Satanici depopulatio acceſſit,& tunc omne bonum electis oſtenſum eſt.Vidit diem feſtum hunc Andreas, & lætatus eſt: dixitque Simoni Petro, Inuenimus Meſſiam. Ioan.1.& ille maximo repletus gaudio ſequutus eſt eſt eum. Filij quoque Zebedei diem feſtum hunc cognouerunt,& ideo ad vocem domini,relictis rethibus, & naui ſequuti ſunt eum. Poſtquam autem formata fuit illa ſancta,& venerabilis Apoſtolorũ ſocietas, appropinquante paſſionis tempore, voluit Ieſus tanquam nouus Rex Hieroſolimam Iudæorũ aſcendere,vt ſcripturæ Prophetarum adimplerentur, & tunc fuit dies feſtus Iudæorum,ideſt, exultatio, & feſtiuitas Hebreorum pueris, cantantibus, Oſanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine domini. Factum eſt autem, vt non poſt multos dies,pro mundi redemptione Chriſtus crucifigeretur, & tunc lætitia magna fuit Iudæis crucifixoribus;cuius lætitiæ ſigna monſtrabant,dicentes. Vah qui deſtruis templum Dei,& in tribus diebus reædificas illud,ſalua temetipſum,ſi filius Dei es: & alia multa blaſphemantes dicebant. Et ſic erat dies feſtus Iudæorum, quando Ieſus ſanctæ crucis lignum aſcendit. Poſtquam autem humanæ redemptionis myſterium per Chriſti mortem expletum eſt, glorioſus Dei filius à morte ruſurgens,glorioſiſſimam Hieruſalem,quæ regnum cælorum eſt,conſcendere voluit;& tunc erat dies feſtus Iudæorum;omnes etenim creaturæ lætatæ ſunt; ſanctorumq; patrum animæq;, in inferis demerſæ diuinæ lucis micantia lumina perceperant, cælorum regna petentes,omni lætitia, & iubilo,domino canebãt,eo quod aſcendens in altum captiuam duceret captiuitatem. pſ.67. Eſt autem Hieroſolimis probatica piſcina quinque porticus habens. Huius mundi piſcina lex Moyſis eſt,in qua poterat quiſque à ſuis reatubus lauari. Mariæ Virginis piſcina eius ſanctitas eſt, de qua. Cant. 7. Oculi tui ſicut piſcina in Heſebon, piſcina etenim illa à ſuperiori quadam alia piſcina aquas recipiebat, ita & Maria virgo,à ſummo omnium conditore gratiarum donis affluebat. Eccleſiæ piſcina baptiſmati ſacri fons eſt, vbi à peccato originali mundatur anima. Hieruſalem piſcina,probatica illa erat, iuxta litteram,ſanctæ Crucis piſcina erat, Chriſti pendens humanitas,ſanguine,ſimul & aqua affluens. Et cæleſtis regni piſcina, donum æternæ gloriæ eſt, vbi nihil coinquinatum moratur. At quinque porticus piſcinæ legis,quinque libri Moyſis ſunt,ſcilicet,Geneſis, Exodus,Leuiticus, Numerorum, & Deutoronomium. Quinque porticus in virgine, quinque peculiaria eius dona ſunt, ſcilicet intellectus lumen, memoriæ claritas,voluntatis amor,ſenſuum contemperantia, & innocentiæ candor. Quique ſacri baptiſmatis porticus ſunt,illud credere nouæ legis Sacramentum, à Chriſto inſtitutum, Sacramentum Ianuam, à Chriſti paſſione virtutem ſuſcipiens,& quòd ſine ipſo originalis maculæ turpitudo non tollitur. Quinque porticus piſcinæ probaticæ iam illi ſunt,de quibus iuxta literam ſermo fit. In humanitate Chriſti quinque porticus,ſacratiſſimæ plagæ ſunt illæ maiores,manuum,lateris,pedumque. Et

Ioan.1.

Matt.27.

Piſcinæ probaticæ ſignificationes pluriſſimæ.

Porticus quinque piſcinæ probaticæ qui ſint.

pro

pro dono gloriæ porticus quinque ſunt, fides, ſpes, charitas, in aduerſis fortitudo, bonorumque operum perſeuerantia. In his iacebat multitudo languentium, cæcorum, claudorum, & aridorum. Languebant in lege, qui durum legis onus habebant: languebant in virgine ſenſus, ad Angeli ingreſſum iam territi: languent in baptiſmate infideles; languebant in piſcina probatica, qui tempore Chriſti ægrotantes aderant; languebant in Chriſti humanitate Iudei, & carnifices. Et langueſcunt hodie circa dona gloriæ qui adhuc in peccato manent.

Multitudo languentiũ in piſcina quid indicet.

Angelus autem domini, ſecundum tempus, deſcendebat in piſcina, & mouebatur aqua. Doctrinam legis quaſi aquam mouens, Angelus fuit Moyſes legis interpres. Mouens conturbationis aquam in Virgine fuit Angelus Gabriel. Virtute magna mouens ſacri baptiſmatis vndam, Angelus magni conſilij Chriſtus eſt. Probaticæ piſcinæ aquam mouens Angelus erat quidã è diuinis ſpiritibus à Deo miſſus. Qui aquam erat Chriſti lateris crudeliter mouens, miles fuit ille, qui lancea latus eius aperuit. Et qui cæleſtis gloriæ deſideriũ, quaſi aquam in corde mouet, Angelus cuſtos eſt, humanæ vitæ rationem ad bona dirigens.

Angelus aquam piſcinæ mouens quis fuerit.

Et qui primus deſcendebat in piſcinam ſaluus fiebat à quacumque detinebatur infirmitate. In piſcinam legis primus deſcendit Abraham, pactum circumciſionis habens. Ad virginem, prima deſcendit Elizabeth, eam Dei matrem credens. Ad baptiſmatis ſacri fontem, manu Chriſti, qui primus deſcendit, licet non indigeret, Ioannes Baptiſta fuit. Ad piſcinæ probaticæ aquam primus deſcendebat, qui præ cæteris egrotantibus ſollicitior erat. Ad Chriſti humanitatem adorandam in cruce, primus fuit Centurio exclamans, vere filius Dei erat iſte. Et primæ ad præmium gloriæ accedentes, animæ fuerunt ſanctorum Patrum, quas Chriſtus ab inferis eripuit.

Primus in piſcinã deſcendens quis fuerit.

Erat autem homo, triginta & octo annnos habens in infirmitate ſua. Triginta, & octo annorum numerus, ad langorem pertinet, Auguſtino teſte. Infirmus itaque triginta & octo annorum iuxta piſcinam legis, populus gentium erat, quia eiſdem extra legẽ degentibus, duo præcepta dificiebãt charitatis, nec ad quadrageſimum perfectionis accedere valebant.

Auguſt.

Triginta, & octo annorum ægrotans iuxta Virginem, erat Ioſeph, qui vxorem Spiritus ſancti opere prægnantem neſciens, volebat illam occulte dimittere. Eiuſdem ætatis infirmus iuxta ſacri baptiſmatis fontẽ, Iudeorũ eſt populus, cui volũtarie vires deſcunt ad tangendum ſari fluminis vndã. Triginta & octo annos infirmitatis habebat ægrotus ille, de quo Euangelij litera loquitur. Tantundem temporis fortaſſe iuxta crucifixi Chriſti perſonam Dima latro ſuæ infirmitatis habebat. Et tandem triginta & octo annorum languor eſt circa donum gloriæ obſtinati peccatoris.

Infirmus triginta & octo annorũ quis extiterit.

Hunc cum vidiſſet Ieſus. Felix Ieſu Chriſti oculus; cuius viſu ſanitas reſtituitur. Sanauit quippe gentium populum, ad legis veræ obſeruantiam illum inducens. Sanauit & Ioſeph diuino Angeli monitu. Sanabit, & Iſrael, quia in diebus illis ſaluabitur Iuda, & Iſrael habitabit cõfidenter. Hierem. 23. Sanauit languentem in piſcina probatica, dicens. Surge tolle grabatum tuum, & ambula. Sanauit latronem, cælorum regnum promittens. Hodie mecum eris in Paradiſo. Matth. 26. Solus peccator adhuc in obſtinatione ſua viuens, ſanandus remanet, qui ferme ſine pænitentia ſanari nequit.

Hiere. 23.

Matt. 26.

DOMINICA SECVNDA IN QVADRAGESIMA.

TEXTVS.

Poſt ſex dies aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelſum ſeorſum, & transfiguratus eſt ante eos. Matth. cap. 17.

Quid ſex dierum ille curriculus, poſt quos, coram tribus Apoſtolis transfiguratus eſt Ieſus, ſignificati habeat.

DIxerat quidem Ieſus, Sunt de his ſtantibus qui non guſtabunt mortẽ, donec videant filium hominis in regno ſuo; Quod eſt gloria ſua: tranſactis autem ſex à promiſſione diebus, quod promiſerat complendũ curat: aſſumpſitque Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montẽ excelſum ſeorſum, & transfiguratus eſt ante eos. Verum hoc mirabile inueſtigandum aduenit, quia ſextum finit pertranſiri diem, & in ſeptimo glorioſus oſtenditur. Nec id ſine mirabili myſteriorum ſignificatione eſt. Nam lex erat. Leuit. 21. Vt qui ſeruum hebreum emeret, ſex annis in ſeruitute retineret, ſeptimo autem accedente anno libertate donaret. Chriſtus nos ſuo redemit ſanguine, ſex annorũ curriculo à nobis ſeruitutem expoſtulans, ideſt, dum hac vita viuimus, ſex ætatum interuallis diſtincta; vt in ſeptima beatos ab omni ſeruitute immunes dimitteret. Sex igitur dies ante transfigurationẽ, ſex hominũ ætates deſignant, ſeptimus vero æternæ fælicitatis ſtatũ figurat. Aut poſt ſex dies transfiguratur Ieſus, vt indicet nos in virum alterum transfigurandos, quando mortale hoc induet immortalitatẽ, & corruptible hoc induet incorruptionẽ: quòd non in hac vita ſex ætatibus diſtincta eueniet; ſed ſeptima beatitudinis aduentãte ætate. Vel poſt ſex dies Domini transfiguratio cõpletur, quia mũdi ædifitium ſex diebus opere conſummatum eſt, & in ſeptimo requieuit Deus ab vniuerſo opere, quod patrarat, Gen. 2. In illis autem ſex operum diebus, mundũ per ſex ætates continuis affligi laboribus oportere deſignatur: verumenimuero ſicut die ſeptimo requieuit Deus ab opere ſuo, ſic & mundus in ſeptima ſui ætate ab vniuerſis prorſus laboribus requieſcet. Poſt ſex dies, ideſt, non die ſexto, ſed ſeptimo transfiguratur Ieſus, ſextus enim dies laboris, & doloris eſt; ſeptimus autem quietis, & iucunditatis. Nam & filijs Iſrael præceptum erat, vt ſex diebus manna colligerent, & in ſeptimo Hebdomadis requieſcerent. Exo. 16. Sex diebus colligetis, in die autem ſeptimo Sabbatum eſt Domini. Sex annorum curſu, terram ſeminari, iuſſit, cui in ſeptimo concedenda requies. Sex annis ſeminabis terram tuam, & congregabis fruges eius, anno autem ſeptimo requieſcere facies, vt comedant pauperes populi tui: Exo. 23. Salomon quoque thronum conſtruxit eburneum, ſex gradus habentem, ad ſeptimum autẽ pulcherrima ſede decoratum. De quo ſcriptum eſt. Fecit etiam Rex Salomon thronum de ebore grandem, & veſtiuit eum auro fuluo nimis, & habebat ſex gradus. 3. Reg. 10. Hæc omnia ſeptimo loco requiem habentia, æterni Dei gloriam in ſeptima ætate adipiſcendam figurant. Chriſtus veram beatitudinis ſpeciem diſcipulis oſtendere volens, ſex dies prætermittit, & in ſeptimo glorioſus apparet. Vel poſt ſex dies aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, quia ſex perſonæ tantum in glorioſa Domini transfiguratione erant deligendæ, ſcilicet, Petrus, Iacobus, Ioannes, Moiſes, Elias, & Chriſtus, ex quibus figuranda erat hominum transfiguratio, Petrus enim cognoſcens dicitur, vt qui in eam ſortem, qua electi Dei ſemper viuunt, transfigurari volunt, cognoſcẽtes oportet eſſe, vt Deum ſcilicet, fide cognoſcant, & tota mente diligant, proximum Dei creaturam norint, & ex præcepto ipſum amare ſciant, ac ſemetipſos vili materia formatos, Deo ſemper ſubditos noſcant. Iacobus luctator dicitur, vt qui in meliorem ſortem transfigurari optant, poſt Dei cognitionem, & proximi dilectionẽ, ad paleſtram paratos ſe ſciant, vt dæmones, vitia, & cuncta malorum genera vincant. Ioannes à Chriſto præ cæteris dilectus, ſignat, quod poſt Dei dilectionem, proximi amorem, ſui ipſius cognitionem, & poſt dæmonũ, vitiorum, malorumq; operum ſupplantationem, ſequitur diuina dilectio. Moiſes qui aſſumptus ab aquis interpetratur, notat quòd poſt hæc prædicta, ab aquis peccatorum, diuina miſeratione ereptus noſcitur homo. Elias cuius verbum tanquam ignis ardebat, docet quòd ad prædictorum perfectionem charitatis ardor requiritur. Poſt autem ardentiſſime charitatis perfectionẽ in Deum, & proximum, glorioſa aduenit beatitudinis transfiguratio, in Chriſto figurata, cuius facies reſplenduit ſicut Sol, & veſtimenta facta ſunt alba ſicut nix. Quoniam igitur hoc modo transfigurantur electi, ſex perſonæ concurrunt ad glorioſæ transfigurationis Chriſti ſpecta-

Senari numeri myſteria pulcherrima.

Gen. 2.

Exo. 16.

3. Reg. 10.

Sex perſonæ in transfiguratione Chriſti adſunt.

Petrus cognoſcens dicitur.

Transfigurationis electorũ gradus.

Digitized by Google

ſpectaculum, & ipſe ſex à facta promiſſione, vſque ad transfigurationem intermittit
dies. Nec alia deſunt enucleanda myſteria, quare poſt ſex dies, ideſt die ſeptimo
transfiguratus eſt Ieſus. Nam Chriſti voluntas erat, in monte Tabor, verum diſcipu-
lis æternæ beatitudinis exemplar oſtendere; dies ſextus gloriæ aptus non eſt, eo quòd
dies laboris, & doloris eſt, valde beatitudini incongruens; in illa etenim gaudium, pax,
amor, tranquillitas, quies, & infinita reperiuntur bona, quæ ſexto non deſignãtur nume-
ro, in quo labores afflictioneſque figurantur. Nam & vt oſtenderet dominus, ſe ad labo-
res capeſſendos mundum aduentaſſe, in ſexta mundi ætate virgineis voluit carnibus in-
uolui, & poſt incarnationem vir, fortis effectus, hora ſexta itineris labore laxatur; vt ſcri
ptum eſt. Ieſus ergo fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontẽ Ioh. 4. Et hora erat quaſi
ſexta. Quod P. Auguſt. exponens, ait. Iam incipiunt myſteria, non enim fruſtra hora ſex- *Auguſt.*
ta fatigatus ſedet, quare hora ſexta? quia ætate ſæculi ſexta. Imo poſt Ioannis Baptiſtæ
conceptionem, non ſtatim verbũ Dei carne inducitur; ſed in menſe iam ſexto, vt Lucas
commemorat. In menſe autem ſexto miſſus eſt Angelus Gabriel a Deo. Et nonnulli ſũt
(vt Bongus refert) qui eum in ſexta feria natum aſſerunt, & quadraginta dierum ieiuniũ, *Bongus.*
feria ſexta compleuiſſe: etiam & ante ſex dies Paſchæ venit Ieſus Bethaniã, vbi aliquos
Mariæ Magdalenæ vnguenti effuſionem indigne ferentes compreſſit. Feria ſexta item
affixus fuit cruci, & doloribus onuſtus hora ſexta pendet in ligno, atteſtante Luca 23. Ho-
ra erat quaſi ſexta, & crucifixerunt eum. Si igitur ſenarius numerus omnino laboribus, do
loribus aſcribitur, & Ieſus in monte non dolores, & labores; ſed quietis, beatitudiniſque
ſolatio oſtendere volebat, merito diem prætergreditur ſextum, & poſt ſex dies tranſfigu-
ratur. Vel poſt ſex dies, quia Chriſti volũtas erat, veram paradiſi effigiem oſtendere, quæ
ſexto non erat apta die: nam die ſexto creatus eſt homo, & in paradiſo conſtitutus, hora
ſexta diuinam temerauit legem, eademque hora, è delitiarum horto eiectus. Vnde Vi-
ctorinus Hugo ait. Chriſtus hora ſexta pati voluit, & hora ſexta crucis lignum tangere,
& feria ſexta ſpiritum Deo reddere; vt eadem hora qua è paradiſo eiectus eſt homo, in *Hugo de S.*
paradiſum ipſe ingrederetur; eademque hora, quà ille tentatus eſt, doloribus ipſe ſtentare- *Victore.*
tur. Ars vt artem falleret, & medelam foret inde, hoſtis vnde leſerat. Si ergo tot infæli-
cia ſexto reperiuntur die, bene ſexto prætermiſſo, poſt ſex dies transfiguratur dominus.
Dies etiam ſextus tribulationibus maxime addictus dignoſcirur, iuxta illud Eliphaz the-
manitis. In ſex tribulationibus liberabit te, & in ſeptima non tanget te malum. Iob. 5. Itẽ *Iob. 5.*
In ſexto ſæpiſſime mala nuntiantur, vt legimus apud Ioannem Apoc. 6. Quòd cum ape-
ruiſſet Agnus ſigillum ſextum illius clauſi, ſignatique libri, quem nullus aperire poterat;
terremotus factus eſt magnus, & Sol factus eſt niger tanquam ſaccus cilicinus, & Luna
facta eſt tota ſicut ſanguis, & ſtellæ de cælo ceciderunt ſuper terram, ſicut ficus emittit
groſſos ſuos, cum à vento magno mouetur, & cælum receſſit ſicut liber inuolutus, & om-
nis mons, & inſulæ de locis ſuis motæ ſunt: & Reges terre, & principes, & tribuni; diui-
tes, & fortes, & omnis ſeruus, & liber abſconderunt ſe in ſpeluncis, & in petris montiũ,
& dicũt montibus, & petris, cadite ſup nos & abſcõdite nos à facie ſedẽtis ſup thronũ,
& ab ira agni, qm̃ venit dies magnus iræ ipſorũ, & quis poterit ſtare? At in mõte Tabor
non erant hæc infælicia videnda; ſed Chriſti facies Sole lucidior, in veſtibus eius albedo
niue candidior, è cælo voces Dei clariſſimæ, ſuper homines non ſpeluncæ, & petræ, ſed
nubes lucida, & alia quàm plurima gaudiorum plena, quæ ſexta operari die, propter iam
dicta, quaſi indecens erat; dimittit ergo diem ſextum, & poſt ſex dies deitatis lumen oſtẽ
dit. Vel poſt ſex dies transfiguratur, quia regnum Dei in ſeptimo figuratur, vt ex ſeptimo
die creationis vniuerſi elicimus; & ex ſeptem Angelis, quos Ioannes cõmemorat Apo.
8. quibus ſeptem tubæ ad canendum datæ ſunt, tantumque ſeptimus regnũ Chriſti, eiuſ-
que gloria nuntiauit; nam ſex alij præcedentes miſerias, & tribulationes pro clamabant; *Septenarius*
quæ in transfigurationis monte videnda non erant: ideo ſex dies Chriſtus abijcit, & in *numerus*
ſeptimo transfiguratur. Aut dici poteſt, quòd dies ſeptimus, dies gloriæ eſt. Videt nanque *ad gloriam*
pertinet.

Digitized by Google

Apoc.1. Deum Ioannes gloria fulgentem, in medio ſeptem candelabrorũ aureorum, in cuius dex
Apoc.5. tera ſunt ſtellæ ſeptem. Agnus etiã quem Ioannes vidit, ſeptẽ habebat cornua, ſeptemq;
oculos, & hi dicũtur ſeptẽ ſpiritus Dei eſſe, miſſi in omnẽ terram. Septem Angeli aſſiſtũt
Tob.12. ante thronum gloriæ Dei, vt Raphael angelus Tobiæ dixit, ſe eſſe vnum ex ſeptem ſpiritibus qui aſtant ante dominum. Spiritus ſanctus ſeptem donis operatur in nobis. Septem
Pro.9. Sacramentis Eccleſia fideles in cælum perducit. Septem columnis munitam ſibi domum
Io.21. ſapientia ædificauit. Chriſtus ſeptem cum diſcipulis poſt reſurrectionem manducat. Imo & cæleſtis gloriæ plenitudo ſeptenario figuratur numero, Ait namq; Ioannes, quòd erat Petrus, Thomas Nathanael, filij Zebedei, & duo alij diſcipuli, & hi ſeptem in dexteram nauigij laxarant retia, prendideruntque piſcium multitudinem: vbi figuratur, quòd diſcipuli Domini, poſt eiuſdem Saluatoris aduentum, mittentes doctrinam Euangelicã in mare huius ſæculi congregauerunt, & congregant fideliũ multitudinem, vt ex illis cæleſtiũ ſedium numerus impleatur. Etiam & ſeptenarius numerus in Scripturis ſanctis, numerus ſanitatis eſt; Eliſeus etenim ſepties oſcitat puerum mortuum, vt illi vitam impartiatur. 4. Reg. 4. Naaman Syrus eiuſdem prophetæ iuſſu, ſepties lauatur in Iordane, & à lepra mũdatur. 4. Reg. Filius reguli tantum Chriſti verbo, ſeptima hora liberatur à febre. Io. 4. Septenarius adhuc numerus eſt fortitudinis; ob ſeptem enim capitis ſui capillos Sanſon omnium fortiſſimus erat. Iud. 16. Quoniam igitur tot bona ſeptenario ſignantur numero: omnium bonorum ſpeciem Chriſtus oſtendere volens, ſexto tranſeunte die, in ſeptimo transfiguratur. Aut poſt ſex dies cum Petro, Iacobo & Ioanne gloriæ montem Ieſus aſcẽdit: quia ſeptenario Deus maxime gloriatur, cuius iuſſu Ioannes ſeptem Eccleſijs ſcribit. Septem in oratione ſua dominus noſter petitiones poſuit. Petrus ſeptenarij numeri perfectionem noſcens, uſque ſepties fieri remiſſionem putabat: à quo numero Chriſtus reſpondens noluit diſcedere, ſed ait; non dico tibi vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties: conducens ſeptenarium per denarium numerum completum. Et vt patet ſcripturas intuenti, ſeptenarius numerus Deo gratiſſimus eſt, hinc non immerito, poſt ſex dies, ſeptimo domini abſoluitur transfiguratio. Haud mirum igitur, ſi ob ſeptenarij numeri perfectiones, eo ſic natura lætatur, vt errantia ſydera ſeptem habeat, incontrarium nitentia quotidiano cæli curſui. Vrſa ſeptem habet ſtellas. Mortalia quoque, quæ inter cætera animantia diuiniori principio fulgent, iuxta ſeptenarium ſalubriter viuunt. Infantiũ enim ſeptimeſtrium ſunt fælices partus, quòd non euenit ſi ad octonarium in vtero protendũtur. Iuxta ſeptemnium ratio viget in infantibus, ad ſequentem ſeptemnium perficitur homo, quia potentiam ſibi ſimilem generandi. In Tertio ſeptemnio incrementi finem ſuſcipit, & ad ætates, ſeptem humana extenditur vita. Item motus corporum ſeptem ſũt, ſex pro ratione membrorum, & ſeptimus in orbem. Rurſus interiora viſcera ſeptenariũ non excedunt, videlicet, ſthomacus, cor, lien, iecur, pulmo, reneſque duo. Et totidem corporis membra, caput, ceruix, pectus, manus, venter, inguis, & pedes. Et faciei foramina ſeptem, oculos duos, totidem aures, nareſque, & ſeptimum os. Et ſeptima dies eſt maxime in morbis veneranda, quia maxime dijudicat. In grammatica optime vocales ſeptẽ ſunt. Et in Muſica Lira chordarum ſeptem muſicalium inſtrumentorum perfectiſſima eſt. Et tonorum differentiæ ſeptem, acutus, grauis, circunflexus, aſper, tenuis, longus, & breuis. Si Deus, natura, & artes ſeptenario numero gaudent, rationabilius ſeptimo die transfiguratur dominus. Nec aliæ deſunt rationes, cur poſt ſex dies transfiguratus eſt Chriſtus; nam & ſex ſunt opera charitatis vt apud Matth. 25. annotantur, quando ea implentes probat dominus dicens. Eſuriui, & dediſtis mihi manducare ſitiui, & dediſtis mihi bibere, hoſpes eram, & collegiſtis me, nudus eram, & operuiſtis me, infirmus eram, & viſitaſtis me, in carcerem eram, & veniſtis ad me. Qui ergo Deum videre cupit, illa oportet vt impleat. Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſex dies prætergreditur, in quibus opera charitatis figurãtur, & in ſeptimo gloriam ſuam diſcipulis oſtẽdit. Verũ inquit Lucas 9. Quòd factum eſt poſt hæc verba fere dies octo, & aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, &

Septenarius cæleſtis gloriæ plenitudinẽ ſignat.

Septenarij myſteria præclara.

Macrob.

Opera charitatis ſex.

Digitized by Google

Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelſum ſeorſum, & transfiguratus eſt coram eis: vbi videtur aliqualiter à verbis Matthei diſſentire. At ſi recte vtrorumque verba perpendimus, nulla eſt inter eos diſſenſio; nam promiſerat dominus diſcipulis ſuis dicens. Sunt de hic ſtantibus, qui non guſtabunt mortē, donec videant filium hominis in regno ſuo. Hanc primam promiſſionis diem Mattheus dimittit, & à die ſequenti numerare incipit, tantumq; ſex commemorat interualli dies, quos fuit tranſfiguratio ſequuta: Lucas vero diem promiſſionis accipit, diemq; transfigurationis, cum ſex intremedijs diebus connumerat, & ideo inquit. Factum eſt autem poſt hæc verba fere dies octo. Quòd nec myſterio vacat, octonarius etenim numerus ſanctitati aſcribitur, quem antiqui Theologi ſancto Dyoniſio dicarunt. Vnde illud memoriale æternũ adeſt, quod in Inſula Naxo cuius ſanctus ipſe protector eſt, mulieres octauo menſe fæliciter parturiunt, quòd ſi hoc alijs accideret, regionibus, ferme morerentur infantes. Etiam octonarius, gaudij numerus dicitur, nam poſt ſextam Feriam quando Chriſtus cruci affixus eſt, & poſt Sabatum quãdo in ſepulchro quieuit, octauo die, ſcilicet Dominico glorioſus ab inferis reſurrexit, matrem virginem, diſcipuloſq; ſua reſurrectione lætificans. Eſt item numerus beatitudinis; octonario namq; numero Dominus beatitudines declarauit: at quia ſanctitatem ſuam Chriſtus diſcipulis oſtendere cupiebat, ipſorum corda lætificare beatidiniſque illis ſpeciem oſtendere, poſt promiſſionis verba fere dies octo, diſcipulos ducit ad montem. Non autem ſtatim, ne fortaſſe omnes mouerentur diſcipuli, vel cæteri hominum ad huiuſmodi viſendum ſpectaculum. Nec quando diſcipulis gloriæ viſionem promiſſit, diſcipulos ad montem ducendos nominauit, ne cæteri dolore affligerentur, hac viſione priuatos ſemetipſos noſcentes. Vel ne aduerſus Petrum, & Iacobũ, & Ioannem eis inuidiæ liuor accideret. Aut ne deſpectos ſe à præceptore putarent. Rationabiliter ergo neminem ipſorum nominat, ſed inauſpicato, aſſumpſit Petrum, & Iacobũ, & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelſum ſeorſum.

Octonarij numeri myſteria.

Mulieres octauo mēſe pariētes.

Quare poſt ſex dies trāſfiguratur Ieſus.

Quare tres tantum diſcipulos duxit Ieſus ad montem transfigurationis, nec plures, nec pauciores, quaue iſtius glorioſæ trāſfigurationis cauſæ?

Aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannē fratrem eius, quia hoc ardens deſiderium Dei eſt, homines ad ſe trahere, vt ſcriptum eſt. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. Oſeæ. 11. Iiſdemque vinculis vnaqueque fidelis anima trahi concupiſcit, iuxta illud. Cant. 1. Trahe me poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum. Taliſq; Dei actrahctus, homines deificat, penituſq; reddit immortales. Pulcherrimum quidem eſt illud magnetis naturale miraculũ, quæ & ferrum actrahit, & ſibi iungit: imo fertur quòd applicantes naues, vbi ſaxa, ſcopuliſque pontus, magneſiæ lapidis æterni fabri manu condita ſunt, ferreos ratis clauos magneſiæ fortitudine lignorum foramina prætermittere, & inter maris vndas, ad magnetem vſque accurrere, eiq; ſtrictiſſime adherere. Sic Deus veluti magnes in huius ſæculi fluctus, à ſecularibus delitijs, homines ſua virtute diſcerpens, ſibi actrahit, iungitque. Hinc aiebat Chriſtus. Nemo poteſt venire ad me, niſi pater qui miſſit me trahſſerit eum. Cumque patris opera operaretur, aſſumpſit Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius; quos ſibi chariſſima dilectione iunxit: ac veluti magnes, eos ab omni præſentis ſæculi cura ſeiunxit. Hos quidem ſignanter è naui diſcerpſit, cum vocauit eos dicens, Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum. Matth. 4. Qui naui, rethibuſque dimiſſis ſequuti ſunt eum. Ab eodem nunquam ſeparati, niſi ſemel in horto, timore perterriti, nondum enim firmata erat humana fragilitas, & tanquam infantes lacta nei minimo impetu turbati ſunt. Verum in alijs tribulationibus ſemper Chriſto adheſerunt. Propter quod dixit eis. Vos eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis, & ego diſpono vobis regnum, vt edatis, & bibatis ſuper menſam meam in regno meo.

Oſeæ. 11. Cant. 1.

Magnetis naturale miraculũ.

Luc.

Digitized by Google

Luc.22. Luc. 22. Sic quòd tanquam ferrei claui è nauicula educti, ſemper huic diuinæ magneti adheſerunt Apoſtoli: vt in operibus illius eius mirabilia introſpicerent. Intrat dominus Simonis domum, cuius febricitantem ſocrum curat, diſcipulis etiam ibi conſiſtentibus, vt
Luc. 4. ſcriptum eſt. Et rogauerunt ipſum pro ea. Luc. 4. Ciuitatem Naim dominus petit, fi-
Luc. 7. liumque viduæ mulieris à morte reuocat, verum ibant cum eo diſcipuli eius. Luc. 7. In Iudæam reuertitur, vt Lazarum vita functũ reuocaret ad lucem; Apoſtoli vero ſequuntur, vt ex verbis vtrorumq; dignoſcitur. Eamus iterum in Iudæam. Et Thomas ait: eamus & nos, & moriamur cum illo. Ioan. 11. Verum ſelectiores habebat dominus Petrum
Ioan. 11. & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, ideo hortũ intrans, vt oret ad patrem, hos tantum
Matt. 26. ſecum ducit. Matth 26. Et in monte Tabor, quoniam æternæ gloriæ ſpeciem oſtendere voluit, hos tantum ſecum aſſumpſit, ſcilicet, Petrum, & Iacobum; & Ioannem. Priori
Petrus robuſtus dicitur. loco Petrum nominat, nam robuſtus, & fortis interpetratur, ex primũ requiritur, vt poſſit quiſque Dei gloriam videre, vt ſcilicet, fortis, robuſtuſq; in aduerſis exiſtat; tribulationes, turbulenteſque ſæculi fluctus ſuperet: hoc namq; docet Apoſtolus. Nemo coronabitur, niſi qui legitime certauerit. 2. Tim. 2. Nominatur item Petrus ob fidem, cui Ieſus di
2. Tim. 2. xit. Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus, confir-
Luc. 22. ma fratres tuos. Luc. 22. Et Iacobum, & Ioannem, ob nimiam cordis animoſitatem, vt inde patuit, interrogante domino, Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? &
Quare coram tribus Apoſtolis tantũ tranſfiguratur Ieſus. dicunt ei: poſſumus. At tres tantum Apoſtolos in transfigurationis montem perducit, non omnes, tunc etenim adfuiſſet inter eos, & Iudas, viſionis gloriæ domini indignus. Nec vndecim tantum aſſumpſit, Iuda dimiſſo, ne delinquendi cauſam ille conciperet, tanquam minus dilectus à domino. Vel ſi Iudam Ieſus cum cæteris aſſumpſiſſet Apoſtolis, maius ille Iudas fortaſſe peccatum habuiſſet, quia deſcendentibus illis de monte, præcepit Ieſus. Nemini dixeritis viſionem hanc donec filius hominis à mortuis reſurgat. Cui fortaſſe Iudas non obtemperaſſet, ſed palam domini transfigurationem prædicaſſet, quapropter velut inobediens puniendus fuiſſet, ne ergo malis, mala iungerentur, eum dominus cum cæteris dimiſit: aſſumpſitque tantũ Petrum, & Iacobum, & Ioannem, ſufficiens
Trãſfigurationis Chriſti teſtimonia. enim erat teſtimonium ipſorum. In Petro quidem firmitas erat fidei, Iacobus ſacerdotij dignitate, primitateque martyrij decorandus, & Ioannes innocentia, virginitateq; refulgens. Summum ergo myſterium, mirabili horum voluit teſtimonio confirmari: vt nulla prorſus mundo de Chriſti deitate remaneret dubitatio. Et ecce quomodo poſt paſſionem domini, certiſſimo teſtimonio eius diuinitatem prædicarunt. Vidimus gloriã eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre, plenum gratiæ, & veritatis. Ioan. 1. Et rurſus. Quod vidimus, quod audiuimus, quod perſpeximus oculis noſtris, & manus noſtræ cõtrectauerũt de verbo vitæ. Quaſi diceret, non fabulas, non figmenta narramus, ſed rem patentem,
Pet. in Epiſtola 2. c. 1. apertam, & veram. Idem teſtatur Petrus in Epiſtola. Non doctas fabulas ſequuti notam fecimus vobis Domini noſtri Ieſu Chriſti virtutẽ, & præſcientiam, ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis, accipiens enim honorem, & gloriam à Deo Patre, voce delapſa ad eũ huiuſmodi à magnifica gloria. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite, & hanc vocẽ nos audiuimus de cælo allatam, cum eſſemus cum ipſo in monte ſancto. Nec valet dicere certius eſt teſtimonium duodecim virorum, teſtimonio, trium, ideo potius Chriſtus duodecim aſſumere debebat ad montem, quàm tres tantum; quia hoc non eſſet fidem confirmare, ſed deſtruere; non eſſet homines credendo, ad ſe allicere, ſed rei euidentia conuincere. Fides enim locum non habet, vbi ſenſus certitudo adeſt. Nec fides habet meritũ, vbi tota vniuerſitas per facti euidentiam illud credere conuincitur: vnde ſi ſenſus viſus certiſſimus eſt inter omnes, vt maximũ meritũ ſit credentibus, pauciſſimis per viſũ deitatis certitudo debebat oſtendi: & ad hoc ſufficiunt tantum Petrus, & Iacobus, & Ioannes. Vel tres hos tantũ Ieſus aſſumpſit, quia his facilius mundus credere debebat. Petro quidem cui poteſtas aperiendi, claudendique cælum inerat; Iacobo, qui primus inter Apoſtolos, Chriſti amore, mortẽ ſubiturus erat; & Ioan-

Digitized by Google

Ioanni, cui Chriſtus ob virginitatis integritatem matrem virginem commendauit. Tria quoque Ieſus teſtimoniorum genera voluit; alia quidem viſu certa, alia ſcripturarum reuelatione firmata, & alia, aliorum verbis auditu. Viſu certũ teſtimoniũ fuit Petri, Iacobi, & Ioannis; per ſcripturarum reuelationem fuit Philippus, & Nathanael, & aliorũ auditu fuit Andreas, qui à Ioanne Baptiſta audiuit. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Ioan. 1. *Ioan, 1.* Vel ſicut tota Trinitas diuinarũ perſonarum in glorioſa domini transfiguratione operata eſt, ita tres Apoſtoli, in quibus ſancta Trinitas figurari quoddamodo poſſit, in montem à Chriſto ducuntur. Petus enim per fortitudinem, & poteſtatem, patrem figurat, Iacobus per ſapientiam, filium, & Ioannes per integritatẽ, & gratiam, Spiritum ſanctum. Sed quo bone paſtor ouiculas ducis? En duxit illos in montẽ excelſum ſeorſum. Fælix iter, & omni ſolatio plenum, in montẽ Chriſtus diſcipulos ducit, in montem cæli præſignans illos eſſe ducendos. *Quare Chriſtus diſcipulos duxit in montem.* Hieronymus in his verbis ait; quòd Chriſtus diſcipulos in montana ducens, eis partẽ regni oſtendit, quòd autem eos ſeorſum ducit, ſignat quod multi ſunt vocati, pauci vero electi. *Hieronym.* Origenes vero inqt, ideo diſcipulos Chriſtus ducit ad montem, & gloriam ſuæ transfigurationis poſt ſex dies oſtendit; quia in illis ſex diebus, mundi figuratur ædifitium, & qui Chriſti gloriã videre optat, ſex dierum opera tranſcendat, mundana omnino calcans, & ad ſupercæleſtiũ cõtemplationem eleuetur. *Origenes.* Chriſoſtomus Ep. ad Teod. vult quòd ideo Ieſus diſcipulos ducit in montem, quia vt diaboli incitamenta vitentur, opportunior monte locus non inuenitur. *Chriſoſt.* Aut diſcipulos Ieſus ducit in montem, quia montes ſunt Eccleſiæ fundamenta, montes inquam Caluariæ, & Tabor, nam mons Caluariæ Chriſti humanitatem oſtendit, propter illius paſſionem in illo completã; & Tabor certitudinem diuinitatis aſſignat, ob illius glorioſam transfigurationem. Ideo pſaltes dixit. Fundamenta eius in montibus ſanctis. Pſ. 86. Signans Eccleſiæ fundemeta in his duobus montibus præcipue locata, in fide ſcilicet, humanitatis, & diuinitatis Chriſti. *Montes, Eccleſiæ fundamenta.* Nũm hanc ſeparatim ab alijs diſcipulis vocationẽ, & montis aſcenſionem mirabantur Petrus, & Iacobus, & Ioannes? Quid forſitan dicentes, hac ſecreta vocatione velit? Sed quid vocatione miramini, en ipſe loquitur. Tanto tẽpore vobiſcum ſum, & non cognouiſtis me; aperiam ergo vobis aliquã partem, eius quod ſpectari nõ poteſt; & magni ſpectaculi vos teſtes adduco. Loquutus ſum vobis de paſſione, & animus veſter obtorpuit; dixi quòd oportet me cruci affigi, & illius conſideratione, metu confractus eſt animus. Dixi, ſi quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me, afflictionẽ enim probat crucis ſocietas; ſed memoria paſſionis robur quoque ſoluebatur. Dixi, quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundũ lucretur? & eo ſermone timorem veſtrũ non amoui; ſed ita mãſit animi perturbatio, quaſi amoueri non poſſit. Rurſus introduxi iudicem qui non corrumpitur muneribus, qui donis nõ condonat delictum dicens. Quod prætium dabit homo pro anima ſua? & apud vos fuit dubia oratio. Dixi, veniet filius hominis in gloriæ patris ſui, & exiſtimaſtis me fabulas narrare. Quoniam ergo fuit inefficax oratio, res docebunt. Ideo nemiremini, quòd vos in hunc locum ſeparatos adduxerim. Sed huius rei finem, & cauſam modo ſcietis; volo vobis innoteſcere quid ſim, volo mõſtrare quid ſub huius carnis velamine latet, cui adheſitis, quem ſequimini, cum quo editis, & bibitis, & verba miſcetis: non omnes hæc viſio decet; vobis ſolis hæc gratia donatur: attendite quæ nunc vobis ſecreta pandentur, nam mundo quandoq; neceſſaria erunt. His dictis in ſuperiori montis vertice transfiguratus eſt ante eos, & grandi miraculo gloriæ, & claritatis abyſſum ſoluit. Et in exteriora corporis, veluti ruptis meatibus inundare permittit. Scaturit ſubito foras immenſitas illa gloriæ, totumq; corpus mira, claritate venuſtat. Rutilat ſuper ſolem facies eius fulgore mirifico, candet veſtis ſuper niuem, nouumq; induit forma decorem. Adumbratur eius claritate ſolaris radius, totuſq; mons vndique magna claritate refulget. Spectaculũ viſu digniſſimum, quale vnquam à ſæculo non eſt viſum. Illam enim interiorem animæ tuæ gloriam, bone Ieſu, ab initio tuæ cõceptionis intus latentẽ, ad corporis tui ſubſtantiam

ſicut

ſicut pellem foris extẽdiſti, vt corporis oculis videri poſſit. Quid vero intus lateat, qui agnouit? Tegis quippe aquis, ideſt, immenſa abyſſo deitatis tuæ, ſuperiora eius, ideſt, animæ tuæ ſuperiorem portionem. Vna quippe gloriæ tuæ guſta Apoſtoli inebriati ſunt; quid ſi interiora vidiſſent? Solam corporis tui gloriã inſpexerunt; quid ſi gloriam animæ, vnde illa ſcaturiebat? Quid ſi fontem deitatis perennem, & primam eius originem inſpexiſſet? Percipite ergo quanta præparauit Deus diligentibus ſe. Nec quemquam moueat, quod ibi non eſt viſa diuinitas; nam etſi non fuit viſa, fuit tamen per viſũ certiſſime confirmata. Multa enim viſa addiſcimus, quæ non videmus, nam videmus fumum, & noſcimus ignem, videmus lumen, & agnoſcimus Solem, videmus vitã, & agnoſcimus animam, quæ videri non poteſt. Sic etiam Deus videtur in corpore glorioſo, ſicut anima in corpore viuo; non quidem ſecundũ ſe, ſed ſecundũ indubitabiles effectus ſuos. Præſentiam igitur deitatis Apoſtoli agnouerunt; ſed non aperte, & clare Chriſtũ Deum eſſe viderũt. Hoc enim euidenter videre non poterant, non viſa Chriſti diuinitate. Namque ad quid audirent à patre, quod oculi aperte viderent? Si Chriſtum eſſe verũ Dei filium, oculis inſpexerant: quid opus erat ad hoc vocis teſtimoniũ? Ad hoc namque videtur vox illa ſonuiſſe, vt quod viſui deerat, auditus ſuppleret. Hæc igitur puto principalis huius oſtenſionis cauſa fuit; vt ex hoc & Chriſti diuinitas probaretur, & fides noſtra confirmaretur. Alia etiam ratio non minus neceſſaria videtur: vt per hoc tepiditas noſtra in opus bonũ excitaretur; eo quòd nil ſic ad opus animũ inflammat, ſicut operis retributio nota. Minus etiã audita mouent, quã viſa. Licet enim ſæpius audierimus, quòd nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quanta præparauit Deus diligentibus ſe: ſupra modũ tamen expediens & vtile fuit, ad prouocãdos animos, huius ignotæ gloriæ, ſpecimen alquod demonſtrari oculis, vt auidius, diligentiuſq; procuretur. Decuit etiam Euangelicam doctrinam mundo nouã, & rigidam, talis, ac tanti præmij ſpecie confirmari, vt ab omnibus acceptetur. Nunquam enim agricula triticum ſuũ ſeminando diſpergeret, niſi illud in meſſe multiplicatũ reddi oculata fide comprobaſſet. Erat etiam opus hoc Eccleſiæ Dei maxime neceſſarium ad paganorũ, & gentium iniurias propellendas. Nam his reſpõdetur impijs, quòd qui in Caluariæ mõte patiebatur homo, Deus in monte Tabor apparuit, ſuper Solem rutilans, ſuper niuem candens, & ſuper omnem pulchritudinem decorus. D. Thomas Aquinas, huius transfigurationis cauſam aſſignans, ait. Dominus diſcipulos ſuos prænuntiata ſua paſſione, induxerat ad ſuæ paſſionis ſequelã; oportet autem hoc quod aliquis directe procedat in viam, quòd finem aliqualiter præcognoſcat. Sicut Sagittator nõ recte iacit ſagittam, niſi prius ſignũ proſpexerit in quo iaciendum eſt: vnde & Thomas dixit. Domine, neſcimus quo vadis, & quomodo poſſumus viam ſcire? Ioan. 14. Et hoc præcipue neceſſarium eſt, quãdo via difficilis, & aſpera eſt, & iter laborioſum, finis vero iucundus. Chriſtus autem per ſuam paſſionem ad hoc peruenit, vt gloriam obtineret non ſolũ animæ, quam habuit à principio ſuæ conceptionis; ſed etiam corporis, ſecundum illud Lucæ vltimo. Hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriã ſuam. Ad quam etiam perducit eos, qui veſtigia ſuæ paſſionis ſequuntur. Et ideo conueniens fuit, vt diſcipulis ſuis gloriã ſuæ claritatis oſtenderet, quòd eſt ipſum transfigurari: cui ſuos configurabit, iuxta illud. Reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ. Philipp. 3. Vt ergo libentius diſcipuli labores ſubirent, beatificæ viſionis ſpecimen oſtendit. Et transfiguratus eſt ante eos.

Apoſtoli in transfiguratione diuinitatẽ nõ viderunt.

Trãſfigurationis Chriſti cauſa.

D. Thom.

Ioan. 14.

Philipp. 3.

TEXTVS.

Et transfiguratus eſt ante eos, & reſplenduit facies eius ſicut Sol, veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix. Matth. vbi ſupra.

Quòd

Digitized by Google

Quòd Chriſti transfiguratio non fuit tranſubſtantiatio, ſeu corporis mutatio. quidue Sole ſplendidior facies, & veſtimenta niue candidiora ſignificent.

GLorioſæ transfigurationis Chriſti qualitatem Hieronymus lib. 3. in Matth. cap. 17. interpretatus, ait, talem aſpectu fuiſſe, qualis extremo tempore ad iudicandum dominus futurus adueniet. Quòd autem textus ait. Transfiguratus eſt ante eos, nemo putet priſtinam eum formam, faciemque perdidiſſe, vel corporis amiſiſſe veritatem, ſed quomodo transformatus eſt Euangeliſta demonſtrat. Et reſplenduit facies eius ſicut Sol, veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix. Vbi faciei ſplendor oſtenditur, & candor veſtimentorũ deſcribitur, nõ ſubſtantia tollitur, ſed gloria cõmutatur. Factaq; eſt facies eius altera, ideſt eadẽ remanente, ſplendore clariſſimo alterata fuit, & reſplenduit ſicut Sol. Tali nempe ſplendore venuſtum vidit eum Ioannes in medio ſeptem candelabrorum aureorum, ſeptem ſtellas in dextera eius habentem, cuius oculi tanquam flamma ignis, & facies ſicut. Apoc. 1. Pyropi natura quidem eſt, etiam in tenebris luceſcere, quid mirum ergo ſi Chriſtus lux vera omnium voluit in terris euidentiſſimis ſuæ gloriæ luminibus ſplendidior Sole claſcere? Rationem autẽ diffuſi luminis huius Hugo Victorinus aſſignat, ſcilicet, quòd omnes habuit in hoc mundo Chriſtus corporis glorioſi dotes, ſubtilitatẽ, ex virgine naſcens, agilitatem, illeſus Maria calcãs, impaſſibilitatem, in cæna ſemetipſum Apoſtolis mãducandum tradens, in monte vero Tabor claritatem demonſtrat, facie rutilans ſicut Sol. Et veſtimenta eius facta ſunt alba ſicut nix. Per quæ Chriſti fideles deſignantur, Innocentio teſte, beatitudinis candore, niue nitidiores. Andreas vero Hieroſolimitanus Cretæ Epiſcopus, altiori modo domini alba indumenta declarat, ſic quòd verbi veſtes ſecundum ſpiritalem conſiderationem, intelligi poſſunt, tam illæ quibus contegitur, tam illæ quibus detegitur, quòd eſt profecto admirabile, & præter opinionem. Quomodo? per vnam quidem ſpeciem, quæ anagoge dicitur, (vt mihi quidem videtur) ſignificant ea, quæ à Saluatore noſtro dicta, & facta ſũt, in illa vita impolluta, immaculata, altiſſima, integra, & incorrupta; quæ mundo apparebat per carnis ſuſceptæ diſpenſationẽ, quæ ab omni quidem improbitate erat libera, citra comparationem, omnis autem puritatis, & ſanctitatis noſtræ cauſa, & exemplar naturæ. Quòd is qui ſuperſubſtantialis eſt, cum vere ad ſubſtantiã noſtram veniſſet, & ſupra ſubſtantiæ conditionẽ, ſubſtantiam humanã ſuſcepiſſet, cum hominibus verſans nobis reliquit. Qui etiam in monte inſigniter coruſcauit: non vt qui ſeipſo euaſerit clarior, aut excelſior, abſit, ſed qui id etiam quòd prius erat, diſcipulis qui in altioribus initiabantur myſterijs vere cerneretur. Ea ergo per quæ illa vita conſiſtit, verba & facta, quibus etiam infinita in nos diſpenſationis altitudo Verbi oſtenditur; non abſurde pro veſtibus Saluatoris accipientur; aut illa per eas ſignificabuntur. Spiritus purgatione vtraq; tanquam lux reſplendentia propter perfectã puritatem, & ſummam claritatem. Alio autem modo verbi veſtes intelligi poſſent, (quæ res vt arbitror non indigna eſſet ſpiritu) eorum ſcilicet, quæ ab ipſo verbo procreata, & ad eſſentiam producta ſunt magnificentia. Quin etiam ſacra Scriptura, illa quidem, vt quæ creatorem, & authorem pure aperiat latentem, quippe qui neque oculis cerni, neque loco capi poſſit. Hæc autem, vt quæ verbum myſtice, ac libenter in ea verſatur, & reſonat, oſtendat ineffabiliter his qui ſunt digni ſpiritu. Vtraque enim per ſpiritum illuſtrantur, & purgantur, & talia puritate oſtenduntur rerum diuinarum amatoribus, & his qui delectantur contemplatione, qualia non poteſt fullo dealbare in terra. Spiritus enim inquit omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei. Atque ſic quidem per veſtes, quod intra eas cælatur, Verbum ſeipſum aperit, & cognitionis ſuæ lucem immittit, illis ſcilicet, qui vt Petrus, Iacobus, & Ioannes perfecti ſunt ſpiritu. Ex quibus ille quidem, vt Petrus, ſupra petram ſtabiliter fundatus, & fidei fundamentũ, & eam quæ fit per virtutes, Eccleſiæ diſpenſationem in ſe ſuſcipit. His autem, vtpote filijs tonitrui, excelſæ Theologiæ myſtica contemplatio creditur,

Hieronym.

Pyropi qualitas.

Hugo de S. Victo.

Corporis glorioſi dotes quatuor.

Innocẽtius.

Andreas Hieroſol.

Veſtimentorum Chriſti ſignificatio.

ditur, vt qui baſim habeant ſolidam, & quæ non poteſt labefactari, nempe petram immobilem. Et ille quidem profundum, hi vero altitudinem, (vt arbitror,) & latitudinem fidei ſignificant; quæ eo quòd comprehendi non poteſt, myſterio æqualiter omni ex parte, omnem excedunt infinitatem. Sed tales quidem ſunt Saluatoris veſtes, & ſic effulgentes. Faciem vero ſupra modum coruſcantem, pulchritudinem inſignem, quæ omnibus rebus amabilior eſt, altior, & perfectior, quæ his qui vident conciliat lætitiam indiſſolubilem. Quæ quatenus comprehendi videtur, copioſe manifeſtatur. Quippe quæ vel extrinſecus occulte appareat, quæ eſt diuiniſſima, & omniũ recentiſſima, quæ mens aut ratio inſpiciet, aut explicare poterit? Si enim tales ſunt veſtes propter ſplendorem intrinſecus ſcaturientẽ, certe quod à veſtibus tegitur, vt quod viſu ſuperet, & cognitionem, ſi ipſum per ſe ſolum fuerit omni ſpoliatum integumento (quid hoc dico?) ſi vel in ſola ſancta ſua veſte fuerit, quam cum ex virgineis ſanguinibus cõſtruxiſſet, ſibi per ſpiritum myſtice coagmentauit, quis id eſſet viſurus? Non eſt inquam, nõ eſt aliquis ex creata natura, qui eius ſummũ ſplendorem poſſit capere. Nam ſi bonum eſt huiuſmodi, vt nulli ex omnibus ſit incommunicabile, non totũ tamen id quod eſt, ſed quantũ, & quatenus aſſequi poſſunt, hi qui ſunt participes capi poteſt. Idq; propter ſummam eius bonitatẽ infinitis ad omnia procedit, & perfunditur illuminationibus, cuius rei demõſtrationem affert, id quod beato, & celeberrimo quoddam modo, paſſi ſunt ſancti Apoſtoli in monte, quando ad quam adiri non poteſt, & eſt temporis expers, lux propriam carnem inſigni propriæ lucis ſcaturigine transformãs illuſtrauit eos ſupereſſentialiter. Nam cum alienæ illius carnis radicum ferre non potuiſſent, qui oriebatur ex Verbi diuinitate, qui erat carne vnitus in hypoſtaſi, & per eam ſupra naturam emanabat, proni cadunt in faciem. Taliter ergo ſecundum ſpiritum, & faciei domini ſplendor, & veſtium candor declarationi obijciuntur. Nec aliud deeſt explicandum myſterium, nam quæ virtus miraculorum erat in Chriſto, adhuc in veſtibus effluebat. Mulier etenim, quæ ſanguinis fluxum patiebatur annis duodecim, Si tetigero tantum (dixit) fimbriam veſtimenti eius ſalua ero. Matth. 9. ad cuius tactũ euanuit infirmitas. Aut claritas eius in extremi iuditij die, in faciei ſplendore, & veſtium candore præmonſtratur. Quod oculis Solis quidẽ nil abſcondi poteſt, quin recta, reflexaue radiorum linea, videantur omnia: ita Chriſti oculis nil erit occultum; omnia etenim nuda, & aperta ſunt oculis eius. Cuius in veſtibus nitor, ſinceritatem, rectitudinemque iuſtitiæ, ac in iudicando veritatem deſignat. Quid mirum igitur ſi venturus iudex coruſcans, futuri ſplendoris ſpecimen oſtenſurus, Sole clarior, & niue candidior emicuit in monte?

Faciei Chriſti ſplẽdor.

Veſtes Chriſti miraculoſæ.

TEXTVS.

Et ecce duo viri loquebantur cum illo. Erat autem Moiſes, & Elias, viſi in maieſtate, & dicebant exceſſum eius, quem completurus erat in Hieruſalem. Luc. cap. 9.

Quid ſibi velint Moiſes, & Elias loquentes cum Ieſu, quiſue exceſſus ille erat, de quo loquebantur adinuicem.

TRansfigurationis Domini Moiſes, & Elias teſtes adſunt: cuius autem rei gratia eos produxerit Ieſus diligentiſſime notat Chriſoſtomus, hom. 57. in Matth. Et primo quidem, quoniã turbæ alij Eliam, alij Hieremiam, alij priſcorũ prophetarum vnum Ieſum opinabantur, idcirco Moiſen, & Eliam, cæterorũ prophetarum vertices, vt quàm magnum ſit inter ſeruos, & dominum diſcrimen oculis cernerent; vtque recte laudatum crederent Petrum, qui filium Dei eum confeſſus eſt. Deinde quoniam aſſidue quaſi transgreſſorem legis Iudæi accuſabant, & blaſphemare

Chriſoſt.

Quare Moiſes, & Elias corã Chriſto apparuerunt.

mare putabant, quaſi gloriam patris nihil ad eum pertinentē vendicaret, dicebant enim. Hic non eſt à Deo qui Sabbatum non ſeruat, Ioan. 10. Et rurſus, de bono opere non lapidamus te, ſed de blaſphemia, quia cum ſis homo Deum te facis. Vt ipſa res monſtraretur, quia ex inuidia hæc criminabantur, quia neutri horũ criminum ſubijceretur, nec legis præuaricator eſſet, nec alienam gloriã ſibi acquireret æqualē ſe patri faciendo: eos produxit in medium, quorum alteruter in alterutra iſtarũ rerum perfulſit. Moiſes enim legem dedit, quare non fuiſſet paſſus conculcari legem: vt Iudæi credebant. Nec præuaricatorem eius, & legum latori hoſtem, lator ipſe vnquam coluiſſet. Elias autem pro gloria Dei zelauit, quare non aſtitiſſet ei, qui æqualem ſe patri dicebat, ſi non eſſet. Nec parciiſſet illi, qui ſibi quod non habebat vendicaret. Ad hæc omnia illud etiam poſſumus dicere, vt tam mortis quam vitæ habere poteſtatem, liquido, ac vere crederetur. Vt ſupernorum, & infernorum dominus oſtenderetur, idcirco Moiſen iam mortuum, & Eliam qui non dum id paſſus eſt, in medium produxit. Quartam vero cauſam (quarta enim eſt prioribus connumerata) Euangeliſta quoque ipſe tetigit. Quænam igitur illa eſt? Vt crucis gloriam oſtenderet: & tam Petrum quam reliquos qui paſſionem formidabant conſolaretur, & ad ſublimius erigeret. Non enim tacebant (inquit) ſed loquebantur de gloria quam completurus erat in Hieruſalem, de cruce, videlicet, ac paſſione; ſic enim ipſam ſemper appellabant. Accedit ad hæc omnia virtus quoque virorum ſingularis, atque præcipua, quam maxime à diſcipulis flagitabat. Nam quoniam dixit. Si quis vult venire poſt me tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Matth. 16. Hac de cauſa eos qui centies pro Dei præceptorum cuſtodia, & populi qui ſibi crediturus fuerat mortem ſuſcepiſſent, in medium producit, quorum vterque cum animam perdiderit inuenit eam. Vterque ſanè magna libertete aduerſus tyrannos loquuti ſunt, alter aduerſus Aegyptum, alter aduerſus Acab, & quod magnũ eſt, pro ingratis hominibus, & inobedientibus à quibus in atrocia pericula compulſi ſunt, qui etſi priuati, ac abſque poteſtate fuerant, propoſitũ tamen habuerunt ab idolorum cultu populum eripere: & vterque diuitiarum ſæcularium apprime contemptor fuit: nam neque Moiſes quicquam poſſidebat, nec Elias præter melotem, aliquid habebat. Præſertim cum veteres eſſent, neque tanta gratia ſignorum pollerent. Nam & ſi mare Moiſes ſcidit, ſed Petrus ſuper Maria deambulauit, montes transferre poterat, varios morbos curabat, dæmones pellebat, & ſola corporis vmbra miraculoſa agebat. Produxit igitur illos in medium, vt eos qui maxime populares fuerant; imitarentur, & animi robur, atque conſtantiam ſequerentur, fierentque mites vt Moiſes, Zelotes, vt Elias, & piæ curioſitatis ſimiliter, alter enim trienem annonæ inopiam ad emendandum Iudaicum populum intulit; alter dicebat, ſi quidem dimiſeris ei peccatum dimitte, aut dele me quoque de libro tuo. Ad hæc omnia ſuæ quoq; gloriæ Apoſtolos admonebat, cum aſſiſtere feciſſet, non vt ad ſimilem ſolum, ſed vt ad maiorem certando ſtatum conſcenderent. Quare quando dixerunt. Dicamus ignem de cælo deſcendere, & Eliæ qui hoc fecit meminerunt; neſcitis reſpondit cuius ſpiritus eſtis? Ad innocentiam enim eos chariſmatis, ac doni præſtantiã exercebat. Non putet autem aliquis Eliam nos tanquam imperfectũ vilipendere, perfectum enim illum omnino temporum tamen ſuorum conſideratione arbitramur fuiſſe. Nam cum puerilior tunc (vt ita dicam) mens hominum fuerit, non tam exquiſita ægebat doctrina. Hac quoque ratione Moiſen perfectum extimamus fuiſſe, & tamen plus ab Apoſtolis petitur, quam ab illo fuit deſideratũ. Si enim iuſtitia veſtra (inquit) ſcribarum, & phariſeorum iuſtitiam non excedet, non intrabitis in regnum cælorum. Non enim in Aegyptum ſolum, ſed in vniuerſum terrarũ orbem, non minore idololatriæ inſania furentem mittebantur; neque vt cum Pharaone colloquerentur; ſed vt aduerſus diabolum vitioſitatis principem arma ſumerent. Illud certe ipſis luctamen fuit propoſitum, vt diabolum vincerent, & vaſa eius omnia raperent, quæ quidem fecerunt, non mare diuidentes, ſed impietatis profundũ maioribus inſurgens fluctibus virga Ieſſe dirumpentes. Et expende diligenter quot, quantaque à Chriſto illos re-

Ioan. 10.

Matt. 16.

Moiſis, & Eliæ paupertas.

Exo. 14.

3. Reg. 17.

Exo. 32.

Luc. 9.

Digitized by Google

mouebant, mors, paupertas, infamia, & mille paſſiones, quibus omnibus magis terrebantur; quàm tunc mari rubro Iudæi. Perſuaſit tamen eis, vt omnia deſpicerent, & quaſi ſolido itinere ſecuri, pertranſirent. Ad hæc igitur omnia ipſos confirmans, viros adduxit, quorum virtus apud veteres rutilauit: vnde ſignanter Euangeliſta dicit, quòd Moiſes, & Elias loquebantur cum eo. Nec aliæ deficiunt rationes, nam legem figurat Moiſes, & prophetas Elias, Chriſtus in Patriarchis fuit figuratus, in lege promiſſus, & in prophetis prænuntiatus, non aliquis in domini transfiguratione Patriarcharum adeſt, quia Chriſti opera, nimis illorum operibus conformia erant, vnde quiſque argumentari poterat, eum ſanctum eſſe, quia Patriarcharum, & Aliorum ſanctorum hominum præteritorum temporum opera faciebat; imo longe inſigniora, at eum in lege promiſſum, de quo etiã omnes cæcinere prophetæ non agnoſcebant, apparet ergo in medio legis, & prophetarum, vt quiſque intelligat illum eſſe de quo lex loquitur, & prophetæ vaticinantur. Vel quia vniuerſa hominũ generatio duobus eſt diſtincta ordinibus, ſcilicet ſæculariũ, & Eccleſiaſticorum, adeſt Moiſes ſeculariũ dux, adeſt & Elias religioſorũ pater, vt quiſque noſcat, per Chriſtum ſæculares ſanctificari, & Religioſos poſt huius vitæ curſum in cælis coronari.

Quare in trãsfiguratione Chriſti non apparent Patriarchæ.

Heſt. 4.

Erant autem & ipſi ſimul cum Chriſto etiam in maieſtate, (vt alius Euangeliſta refert) nam ſi Regis Aſſueri mandato nemini ſacco, & cilitio indutus ad eum introire licebat, dum Regia maieſtate ſuo inſidebat throno; ita Chriſto in vertice montis transfigurato, haud decebat Eliam melote indutum, habituque vulgari Moiſen, ad eum acceſſiſſe, ſed fulgida quippe maieſtate decoros. Et dicebant exceſſum eius quem completurus erat in Hieruſalem. Quorum ſermones Pater Ephrem Syrus dulciſſime contemplatur. Agebant (inquit) ei gratias, quòd vera fuerunt verba prophetarum in eius præſentia, & offerebant ei adorationem pro ſalute, quam fecerat in mundo, propter genus humanum. Et quod myſterium, quod ipſi prius deſcripſerant, ipſe re ipſa impleſſet. Fuit ergo lætitia prophetis, & Apoſtolis in ipſo aſcenſu montis. Lætati ſunt prophetæ cum vidiſſent humanitatem eius, quam non nouerant: lætati ſunt, & Apoſtoli quoque cum vidiſſent gloriam diuinitatis eius, quam non cognouerant. Verum qui ſunt hi ſermones quos confertis adinuicem? Dicite nobis Moiſes, & Elias; Vel dic nobis Euangeliſta quid loquebantur? loquebantur inquit de exceſſu, quem completurus erat in Hieruſalem. O vere exceſſum maximum, ò extaſim potentiſſimam. Exceſſiſti metas omnis rationis, & intellectus domine in Hieruſalem, ſupra modum me amando, exceſſiſti Deus meus, quid pro tanto amore reddam? Omnia in pondere, numero, & menſura feciſti: ſed ſine pondere numero, & menſura amaſti. In hoc redemptionis noſtræ opus nullus eſt numerus, nulla eſt cuſtodita menſura; ſed prorſus, exceſſus nimius, & nimietas exceſſiua. In omnibus quoddamodo menſuratus, & numeratus; in ſolo amore fuiſti nimius, an non nimietas grandis, & exceſſus nimius, vt Deus moriatur pro homine? pro opere ſuo conditor? pro vinea plantator? pro fictili vaſe figulus? pro creatura creator? O extaſim exuberantis amoris, ò feruentis charitatis exceſſus. Factus eſt dominus tanquam potens crapulatus à vino. Plantauit vineam, & ex ea bibit, & inebriatus eſt, & nudatus magnam extaſim paſſus eſt. Sed quam extaſim? quid dicam? Deus in ligno pendet, omnipotens latronum medius crucifigitur, irridetur, blaſphematur, expuitur, flagellatur, occiditur; vbi eſt Deus ſapientia tua? vbi eſt potentia tua? vbi eſt gloria tua? vbi eſt diuinitas tua, maieſtas, & æternitas? noli quærere: extaſim paſſus eſt Deus; alienatus eſt à ſeipſo, vt redeamus ad nos ipſos; ſcriptum eſt enim. Reminiſcentur, & conuertentur ad dominum, vniuerſi fines terræ. Pſ. 21. Quid eſt dicere, reminiſcẽtur, niſi redibunt ad te, qui alienati erãt à ſe? an non alienati idolorum cultores, & lapidum adoratores? Extaſi ſua, noſtram deſtruxit. Extaſim amoris paſſus eſt, vt tolleret extaſim obliuionis. Amor namque (teſte Dionyſio) facit extaſim, ponit enim amantem extra ſe, & ſui facit obliuionem. Hæc eſt extaſis quam paſſus eſt Chriſtus. Hic eſt exceſſus quem cõpleturus erat in Hieruſalem, de quo vates cum Chriſto Domino loquebantur. Sed quid de hoc exceſſu loquebantur

Ephrem Pater.

Amoris exceſſus in Chriſto.

Deus amoris extaſim paſſus eſt. Pſal. 21.

Dionyſius.

Euange-

Euangeliſta reticuit. Pro illo gratias agebant, aut ſi fieri poſſet ne ille moreretur orabant. Neque ab re in tanta gloria memorantur exceſſus, vt videlicet, eundem eſſe conſtaret, qui penderet in cruce, & ſplenderet in monte, & vt nobis præberet exemplum, vt in die bonorum, memores ſimus quoque malorum, & lætitiam nimiam obiectis triſtibus temperemus. de hoc ergo mirabili amoris exceſſu loquebantur. Cæterum quidem ſemper homines alloqui delectatus eſt Deus, ſemper hominum confabulationes præ nimio amore dilexit. Patriarchis familiariter loquebatur. Abrahæ dixit. Noli timere, ego protector tuus ſum. Gen. 12. ſic & Iſaach, & Iacob, & cæteris dulciter alloquebatur. *Gen. 12.* Prophetis viſiones oſtendebat altiſſimas, & ita ſtricte loquebatur eis, ſicut alloqui ſolet amicus ad amicum. Verùm omnes fandi metas excedit in monte, & de ſui amoris exceſſu cum Moiſe, & Elia loquitur. De exceſſu quidem amoris in paſſione præbendo. Exceſſum ferme in tribus perſonarum generibus paſſio domini monſtrauit, ſcilicet, in Chriſto, accuſatoribus, & Iudice. In Chriſto grandis reperitur exceſſus, nam ſi genus *Exceſſus paſſionis in tribus.* Adæ infinitis poterat alijs ſaluare medijs, voluit tamen ad carnis aſſumptionem inclinari, ac nec hoc ſibi ſufficiens viſum, ſanguinem in circuncisione fudit, impij Herodis perſequutione, phariſeorum inuidijs, pontificum malignitatibus, Iudæorum iniurijs, magiſtratuum concilijs, & tandem doloribus, & amaritudinibus ſubactus, morti ſemetipſum tradidit: vt adimpleretur quod ſcriptum eſt. Defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus. Pſal. 30. hic igitur fuit exceſſus in Chriſto, quem completurus erat in Ieruſalem. Exceſſus fuit etiam in accuſatoribus, vltionem in Ieſum proprijs manibus explentibus: Et tandem exceſſus nimius in Iudice, qui Ieſum vinctum tradidit volunti eorum; & adiudicauit mori quem vere nouerat morti non eſſe dannadum. Hic igitur exceſſus eſt, qnem prophetæ cum Chriſto dicebant eſſe complendum in Hieruſalem.

TEXTVS.

Reſpondens autem Petrus dixit ad Ieſum; Domine bonũ eſt nos hic eſſe: ſi vis faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moiſi vnum, & Eliæ vnum. Adhuc eo loquente ecce nubes lucida obumbrauit eos, & vox de nube dicens. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite. Matth. cap. 17.

Quòd Petri reſponſio fuit reprehenſione digna, trium tabernaculorum inanis conſtructio, vno tantum ſufficiente tabernaculo; increpauitque eum de nube Pater.

LOquente adhuc domino de ſuæ paſſionis exceſſu, abſque interrogante Petrus reſpondet. Domine bonum eſt nos hic eſſe, ſi vis faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moiſi vnum, & Eliæ vnum. Erras Petre cogitas & præmium recipere ſine labore, vis metere quæ non ſeminaſti, & congregare quod non ſparſiſti. Non eſt tibi ſoluendus denarius, quia in vinea domini, portans pondus diei, & æſtus adhuc non bene laboraſti; flens nõ ambulaſti doctrinæ ſemina mittens. *Petri error in monte Tabor.* vt nunc cum exultatione portes manipulos tuos. Vbi ſunt prælia quæ feciſti? vbi ſunt enſes quos euaginaſti? vbi ſunt hoſtes quos viciſti? vbi ſunt inimicorũ prædæ quas baiulaſti? vbi ſunt victoriæ quas habuiſti? Cum piſcibus in mari præliatus es, enſis fuit rethe, hoſtes murenæ, aliorumque piſcium ſpecies, prædæ eorum ſquamæ, & victoriæ, eorum multitudo. Cur ergo coronam gloriæ poſcis? multa tibi ſunt parata prælia, illa complebis, ibi gladios euaginabis, ibi coram te inimici corruent, ibi prædas, & victorias habebis, & cum hæc omnia expleueris libenter dicas; bonum eſt domine hic nos eſſe: nunc autem tace, ne fortaſſe quid temere loquaris; neſcis enim quid loqueris, num cogitas te benedicere, bonum eſt nos hic eſſe? Si hic cum domino, Moiſe, & Elia manſeritis, quis imple-

Pſalm.21. implebit verba prophetarum? quis obſignabit verba præconum? quis peraget myſteria iuſtorum? Si hic manſeritis; illud, foderunt manus meas, & pedes meos, in quo adimplebitur? Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto, cui accidet? *Pſalm.68.* Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem, cui aptabitur? In mortuis liber, quis confirmabit? Si hic manſeritis Adæ chirographum, quis ſcindet?, & eius debitum quis exoluet? & indumentum gloriæ eius quis reſtituet? Si hic manſeritis, quæ tibi dixit dominus quomodo fient? Eccleſia quomodo ædificabitur? Claues regni cælorum quomodo ab eo accipies? quem ligabis? quem ſolues? Si hic manſeritis ceſſabunt omnia, quæ dicta ſunt per prophetas. Tace igitur ne dicas, domine bonũ eſt nos hic eſſe, vt quid rerum ordinem peruertis? quid meritis præmia præponis? Prius condendum eſt Euangelium, prius hominum genus cruoris effuſione redimendũ eſt, prius te alius ducet quo tu non vis, quam hoc gaudio fruaris. Tu ne inquam ſolus mundi ſalutem, & gloriã poſſidebis? tibi Soli ſaluator aſſiſtet? O inſignis tibi cæleſtẽ Margaritã vſurpas? Dic nobis ò Petre, vbi virgo, vbi fratres, vbi Euangeliũ, vbi fides, vbi gratia, vbi humani generis redemptio, vbi cæleſtis Hieruſalem reparatio? Hæc ne omnia propter te ceſſabunt? tuis cedent omnia lucris? Sed ardenti parcatur amori, extra ſe poſitus, quid dicere neſciebat. Quæ ſua ſunt Petrus quærebat, quia bonum eſt eſſe cum Chriſto, ſed quia ſine merito præmiũ, & ſine labore gaudium cupit, hic error, hæc culpa eſt. Neque tamen ſolus hoc errore tenetur; volumus & nos ſæpe ſimilia Petro. Gaudium cupimus, *Chriſoſt.* laborem fugimus. Prius volumus gaudere quàm pati, ſed fatue, ſed ſtulte. Chriſoſtomus vero Petrum excuſat; hæc amore proprio verba non dixiſſe, gloriam optans ſine labore, ſed ſui præceptoris amore. Audiebat enim illum debere mori, cumque in tantũ diligeret illum, vt nil aliud haberet, quod diligeret: putabat quòd moriente domino, omne bonum amitteret. Ne igitur Ieſum perderet dicebat. Domine bonũ eſt nos, hic eſſe; ac ſi diceret. Ne quæſo Domine mi Hieruſalem petamus, vbi tot mala euenienda parantur, *Hieronym.* maneamus hic, quia meo iuditio locus tutiſſimus eſt. Hieronymus autem reprehendit Petrum, non in eo quòd dixit. Domine bonũ eſt nos hic eſſe, quia bonum eſt eſſe cum Domino, ſed in eo quòd dixit. Si vis faciamus hic tria tabernacula, tibi vnũ, Moiſi vnum, *Trium tabernaculorũ inanis cõſtructio.* & Eliæ vnum: ac ſi tria tabernacula facere vellet, legi vnum, prophetis vnum, & Euangelio vnum, cum tantũ Euangelij tabernaculum ſufficiat. Et inquit, erras Petre, ſicut & alius Euangeliſta teſtatur, neſcis quid dicas. Noli tria tabernacula quærere, cum vnũ ſit tabernaculum Euangelij, in quo lex, & prophetæ recapitulanda ſunt. Sed ſi vis tria tabernacula facere, noli Dominum ſeruis iungere, ſed fac tria tabercula vnũ tabernaculum, ſcilicet, Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, vt ſicut illis eſt vna diuinitas, vnũ ſit etiam cordis taberculum. Errat adhuc Petrus, tria volens tabernacula conſtruere, vt Dominica perfruatur gloria, dixit enim Dominus: in domo patris mei manſiones multæ ſunt: quomodo ille tres tantum manſiones facere volebat? Secundo, finem ſuum in hoc mundo cupiebat, vbi ſunt omnia vanitas, & nihil ſub Sole permanet. Tertio, bonum proprium quærens, non curabat his benefacere, qui benefecerant ei. Nam Andreas eum ad Meſſiæ cognitionem perduxit, vt Ioannes refert; nunc autem fratris ſui obliuiſcitur, & in monte Tabor manere deſiderat. Accidit Petro, vt cõmuniter his accidere ſolet, qui ex nimia paupertate, ad nimium diuitiarum culmen peruenere; compauperũ ſuorum omnino memoriam reijcientes. Vnde paræmia orta eſt; à paupere facto diuite liberet te Deus. Diuitem, & omni fælicitate affluentem ſemetipſum cogitabat Petrus, & ſuorum oblitus in monte permanere deſiderat. At in hoc ſemetipſum emendat, quia ſe totũ voluntati Do*Chriſoſt.* mini remittit; dicens. Si vis. Vbi Chriſoſtomus inquit, quod ſic dixit Petrus, vt increpationem aufugeret, timens ne iterum increparetur, vt antea. Sic vtique à Domino ſunt ſub conditione, ſi vis, omnia petenda; quod & ipſe opere compleuit, cum orauit ad patrem. Pater ſi poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte, verumtamen non ſicut ego volo, ſed *Matt.26.* ſicut tu. Matth.26. Haud erat expediens, vt Chriſtus in monte Tabor permaneret, vbi

ſylue-

Digitized by Google

ſylueſtria,& indomita morabantur: nec tabernaculis indigebat, ideo adhuc loquente Petro, ecce nubes lucida obumbrauit eos. Ac ſi Deus per nubem reſpondens Petro diceret. Quid quæris tabernacula Petre, numquid Deus tabernaculis indiget? Ecce nubibus ſuis omnia protegit. Et vox de nube dicens. Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipſum audite. Receſſerunt à monte Moiſes,& Elias, quando vox iſta venit è cælo, ideo dicit, ipſum, ſcilicet Chriſtum audite, quia filius meus dilectus eſt, in quo mihi bene complacui. Nam complacui mihi in Abraham, Iſaach, Iacob, Moiſe, Dauid,& alijs quamplurimis; ſed non bene, permanebat enim adhuc delictorum Adæ indignatio, in Chriſto autem mihi bene complacui peccata mundi tollere. Eat igitur,& moriatur,& tu Petre inſipientibus verbis lora reſtringe. Sanctus autem Pater Ephrem Syrius, his verbis hanc Altiſſimi vocẽ interpetratur. Clamauit(inquiens) Pater, hic eſt filius meus dilectus, ipſum audite: non ſeparatus à gloria filij diuinitatis, vna eſt enim natura Pater, & Filius, cum ſancto Spiritu, vna potentia,& vna eſſentia,& vnum regnum,& in vnam clamauit vocem in vili coprpore,& in gloria terribili. Et Maria ipſum vocabat filium, non ſeparatum à corpore humano, à gloria eius diuinitatis. Vnus eſt enim Deus, qui in corpore apparuit in mundo, gloria eius ſignificauit diuinam gloriam, quæ eſt ex patre, & paſſio eius ſignificauit humanam naturam, quæ eſt ex Maria: ambas naturas, quæ conuenerunt,& vnitæ ſunt in vna hypoſtaſi. Vnigenitus ex Patre,& ex Maria vnigenitus. Et qui diuidit, diuidetur à regno eius: & qui confundit eius naturas, peribit à vita eius. Et qui negat Mariam peperiſſe Deum, non videbit gloriam eius diuinitatis; & qui negat eum geſtaſſe carnem peccato nõ obnoxiam, eijcietur à ſalute,& à vita quæ data eſt per eius corpus. Ipſe res teſtantur. Et diuinæ eius virtutes docent eos qui poſſunt diſcernere eum eſſe verum Deum, & eius perpeſſiones ſignificant, eum eſſe verum hominem. Et ſi hoc non perſuaſum habẽt, qui ſunt mente imbecilli, luent pœnas in terribili eius die. Si non erat caro, cur Maria in medium eſt producta? Si non erat Deus, Gabriel Dominum quem nam vocabat? Si non erat caro, quis nam recumbebat in præſepio? Si non erat Deus, Angeli deſcendentes, quem nam glorificabant? Si non erat caro, quis inuoluebatur faſcijs? Si non erat Deus, paſtores quem adorabant? Si non erat caro, Ioſeph quem circuncidit? Si non erat Deus, ſtella in cælo, in cuius honorem cucurrit? Si non erat caro, Maria quem nam lactauit? Si non erat Deus, Magi cui munere offerebant? Si non erat caro, Simeon in vlnis quemnam geſtauit? Si non erat Deus, cui dixit, dimitte me in pace? Si non erat caro Ioſeph quem nam accepit,& fugit in Aegyptũ? Si non erat Deus, illud, ex Aegypto vocaui filium meum, in quo eſt adimpletum? Hæc omnia verificantur in voce à patre demiſſa, quæ idcirco venit, vt audientibus fidẽ daret, quòd qui Ieſum hominẽ filium hominis agnoſcebant, Deum Dei filiũ credere debebant.

Deus in Chriſto filio bene ſibi cõplacuit.
Ephrem Syrus.

FERIA II. POST DOMINICAM SECVNDAM IN QVADRAGESIMA.

TEXTVS.

Ego vado, & quæritis me, & in peccato veſtro moriemini. Ioan. 8.

Quòd Chriſtus, ſe diſcenſurum à Iudæis proteſtans, de diſceſſu eius per mortem loquebatur, nam humanarum infirmitatum aquæ, iuxta Ezechielis propheti am, per eum erant dulcorandæ; quòdque per crucis lignum ſæculum tranſiens, mundi princeps oſtenditur.

MInatur quidem Iudæis Dominus, & ab eis diſceſſum, & eorum in peccato mortem, quia ipſe mortem deſtructurus abibat, illi autem mortalibus vinculis alligati permanebant, mortis amaritudinem, vt tolleret Ieſus pergebat, illi vero mortis amaritudinem quaſi delitias æſtimabant. Huiuſmodi autem Chriſti tranſitum, vltra mortem inueſtigari licet. Quod & apud Ezechie-

Ezechielis viſio admiranda.

Ezechielem occultiſſimo verborum myſterio præſignatum noſcimus. Ecce quid, 47. cap. inquit. Porta templi domini erat, quæ ad Orientem aſpiciebat viam, à cuius dextro latere, ecce exeuntes aquæ, quas propheta tranſmiſſurus ingreſſus, vſque ad talos ſe madefactum agnouit, ſecundo creſcentes aquæ peruerunt ad genua; tertio aſcenderunt ad renes, & ecce iam; quarto aquas pertranſiturus ingrediens, non valuit; quoniam intumuerant aquæ profundi torrentis, qui tranſuadari non poterat. Vertitur ergo ad fluminis ripam, ligna congregata videt, quibus facilis erat torrentis tranſuadatio. Verum dixit Angelus ei. Aquæ iſtæ, quæ egrediuntur ad tumulos ſabuli orientalis, & deſcendunt ad plana deſerti, intrabunt mare, & exibunt, & ſanabuntur aquæ. Porrò quid myſterij huiuſmodi prophetica viſio contineat, difficile eſſet inueſtigare, niſi quòd templum, & porta

Templum Deus eſt.

Porta templi homo dicitur.

templi, viam interpetrationis oſtendunt. Templum quidem Deus eſt: atteſtante Ioanne, templum ſe in cælo vidiſſe nequaquam, aſſerens; quia templũ eius Deus eſt. Apoc. 21. Porta vero qua templum interius perſcrutandũ ſe obijcit, homo eſt, ad imaginem quippe, & ſimilitudinem Dei creatus eſt homo; vt in illo Dei natura poſſit contemplari. Erat in porta templi via, quæ reſpicit ad orientem, inclinatio, videlicet illa, qua homo deificari poterat, per eum qui Oriens eſt, de quo Zacharias 6. Ecce vir oriens nomen eius, qui & viſitauit nos oriens ex alto. Luc. 1. At ecce aquæ egredientes è latere dextro; ferme dextera parte locatus eſt homo apud Deum, qui iuſtitia inſignitus eſt, & gratia, à prima die conditionis ſuæ, verum infirmitas quædam erat in eo, per aquam deſignata, qua vi-

Zach. 6.

Luc. 1.

Angeli peccare poterant, ſicut & homo.

tam amittere poterat, ſicut & exitus comprobauit. Qua nec Angeli pro maiori eorum merito immunes extiterunt. Verum nullius erat momenti, fortiori hominis virtute comparata. Poterat enim homo (Auguſtino teſte) adeo ſe cuſtodire, vt etiam non moreretur, idcirco talos tantum aquam tetigiſſe legimus. Acceſſit & ſecundus aquarum fluxus, quando facinus in Deum perpetratus Adam, vſque ad genua tactus, debilis effectus, in Paradiſo delitiarũ permanere non valuit, & hæc fuit hominis infirmitas ducens ad mortem. Hinc humanarum infirmitatum gurgites multiplicari cæperunt, pertingentes vſq; ad renes, incuruauit enim ſe homo, veri Dei cognitione priuatus, ſacrificauitque filios ſuos, & filias ſuas dæmonijs, Dijs quos ignorabat. At tunc intumuerunt aquæ profundi torrentis, nec pertranſiri poterant, quando ad ſummũ creuit orbis neceſſitatis exceſſum. Nec alio pertranſeundi medio humana infirmitas tranſuadari valebat; niſi per ligna crucis iam ab æterno præuiſa, in ripam Caluariæ montis congreganda. Ibi infirmitatum aquæ, mare incarnati filij Dei ingreſſuræ, & per gloriæ reſurrectionem inde egreſſuræ, de quibus pſaltes. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam. Pſal. 68. Non me demerget tempeſtas valida, neque abſorbeat me profundum, neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum: ad humanas infirmitates dulcorandas erant deſtinatæ. Quomodo autem expleta ſint hæc, Euangelij hiſtoria demonſtrat. Ad infirmitates ſumma filij Dei fortitudo deſcendit, quas vt pertranſeat ad crucis ligna proſpexit,

Matt. 16.

cumque cæteros ſanitate donare, ardentiſſime concupiſceret, ad crucis opprobria trahere nitebatur. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Matth. 16. nolentibus autem ſuiipſius priuationem, peccatique mortem

Origenes.

Quid Dei aſſiſtentia cũ hominibus quidue abſceſſus ſignificat.

Ricchardus de S. Victore.

Gregorius.

proteſtatur, dicens. Ego vado, & quæritis me, & in peccato veſtro moriemini. Vado. Manet quippe Deus apud homines, cum gratiarum dona largitur: vt Orig. aſſerit, hom. 7. Num diſcedit autem illa retarhens. Iam ampliſſima gratiarum ſemina apud Hebreos filius Dei ſparſerat, quæ ſterili exiſtente humo, haud amplius ſeminare decreuerat, hinc ait, vado. Item & Dei apud homines habitatio, miraculorum eius operationes deſignat, Ricchardo Victorino lib. 4. de arca myſtica aſſerente, diſceſſus vero, à miraculorum operibus ceſſatio: Cumque infinita miraculorum bona Iudæis Chriſtus præbuiſſet, nec fidei erudimenta per ea illi concepiſſent, à miraculis deſiſtere volens, proteſtatur dicens. Ego vado. Manet etiam Deus ad iuſtorum ſolamen, diſcedit autem ad iniquorum pænam, vt Gregorius autumat, 14. lib. mor. cap. 13. Solatiũ quidem fidelibus erat Chriſti præſen-

Digitized by Google

præſentia, cuius abſceſſus, ad pænam erat infidelium. Seu nobiſcum manere dicimus Deum, quia amore coniunctiſſimus eſt; diſcedere autem credimus, cum amoris vinculis tentus, impijs pænas infligere differt: vt Gregorius primo Reg 9. ſuadet. Cumque ſtri- *Gregorius.* ctiſſime Chriſtus eſſet amoris vinculis colligatus, diſceſſum oſtendit, vt per temporis intervalla, quoddammodo adhuc non pænitentibus, vti miſericordia videretur. Aut ferme ſui diſceſſum Chriſtus oſtendit, vt celerius Euangelij prædicatio per vniuerſum, Apoſtolorum miniſterio diſſeminaretur, & hoc Cyrillo placet ſup. Ioan. lib. 2. Theophilactus *Cyrillus.* autem, Cornelius Ianſenius, & Auguſtinus ſeheucus Eugubinus, ad Hieruſalem euerſio- *Theophil.* nem Chriſti verba referunt, ac ſi diceret; ego per mortem vado ad eum qui miſit me, *Cornelius* cumque vos inimicorum obſidiones comprehendent, & iræ; quæretis me in auxilium, *Ianſen.* ſed quia incredulitate adhuc efferbentes eritis, in peccato veſtro moriemini. Aliud mi- *Auguſt.* hi notabile euenit, quòd Chriſti diſceſſus ad mortem, erat vtique ad principatum acceſ- *Eugub.* ſus. Nouimus quidem Ioſeph filio Iacob, in carceribus conſtituto, ſimul & alios duces vinculis manipatos, piſtorem ſcilicet Pharaonis, eiuſque pincernam, quibus è carcere *Carcerationis* eductis, ſors euenit valde diuerſa, nam & piſtor ſuſpenſus ad furcas, pincerna ad regis *Ioſeph* miniſterium deſtinatus, & Ioſeph principatus gloriã adeptus eſt. Piſtor figura fuit Adæ *myſteriũ.* è Paradiſo eiecti, vt dannaretur ad mortem. Pincerna deſignauit Noe, quem Deus eduxit ex arca, vt ei inſeruiret. Et Ioſeph Chriſtum præmonſtrauit, per mortem, reſurrectionemque eductus è mundo, vt principatus gloriam adipiſceretur: Hinc ait, Ego ad mortẽ vado, veluti Ioſeph ad vincula, inde glorioſus egrediar, & qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit, qui vero non crediderit condennabitur, & in peccato ſuo morietur. Nec ad mortem (dicit ipſe) ducor, ſed vado, patiendi libertatem, & voluntatem oſtendens, & non coacte, mortis vinculis concludi.

TEXTVS.

Dicebant ergo ei; Tu quis es? & dixit eis Ieſus. Principium qui & loquor vobis. Ioan. cap. 8.

Quòd Deus vnus ſit, omnium rerum principium, cuius ineffabilis vnitas, haud tantum apud Hebreos, verum & apud gentes proclamata ſit, & quid Deus ſit noſcere, aliud non eſt, niſi in hac vita eum trinum, & vnum credere, eique in omibus obedire.

Deus quidem abſque vlla dubitatione vnus eſt, omnium rerum principium, origo, & fons: ſcriptura iam atteſtante. Audi Iſrael, Dominus Deus tuus vnus eſt. Deut. 6. cuius nutu condita ſunt vniuerſa: quia in principio crea- *Deut. 6.* uit Deus cælum, & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt. Gen. 1. Et quòd *Deũ vnum* vnus ſit Deus etiam naturalis diſcurſus aſſerere cogit. Nam & ſi plurimi eſ- *eſſe natura* ſent in ciuitate duces, in exercitu principes, & in regno Reges, nec ciuitas vnitate flo- *demõſtrat.* reret, nec exercitus pace frueretur, nec regnum ſtabilitate firmaretur, quòd æque ſi multi eſſent Dij rectores eueniret, ob diſcordem enim eorũ voluntatem omnia corruerent, viuendique cuncta rationem amitterent. Vnus ergo Deus eſt, quem antiquorum gentilium plurimi, licet non plene crediderint confeſſi ſunt. Nam & Plato, cum ex ſibi conſtructis in Sicilia inſidijs, incolumis euaſiſſet; magna religionis pietate Deum collaudans *Plato Deũ* dixit. καὶ τούτων δὲ μετὰ θεὸν Διονυσίῳ χάριν εἰδέναι χρεὸν. ideſt, pro his poſt *vnũ confeſ-* Deum, Dionyſio gratias reddere æqum eſt. Ecce quomodo vel à natura edoctus, vel *ſus eſt.* aliquo Superiori lumene illuſtratus, Deum vnum Plato confeſſus eſt. Eadem vnius Dei confeſſio apud Callimacũ eſt; quæ etiam apud Plutarchum fertur, εἰ θεὸν οἶσθα ἴσθι *Callimac.* ὅτι καὶ δαίμονι ῥέξαι πὰν δυνατόν. Ideſt, Deum nouiſti, ſcies quòd diuinitati om- *Plutarch.* nia poſſibilia ſunt. Phocylides Deum vnum adorari docet, πρῶτα θεὸν τίμα. in pri- *Phocylides* mis

Digitized by Google

Mercur. mis Deum honora. Mercurius triſmegiſtus in Pimandro, ad Deum orationem ſuam dirigens in hæc verba prorumpit. ἅγιος ὁ θεὸς οὗ ἡ βουλὴ τελεῖται ἀπὸ τῶν ἰδίων δυνάμεων, ἅγιος ὁ θεὸς ὅς γνωσθῆναι βούλεται, καὶ γιγνώσκεται τοῖς ἰδίοις, ἅγιος εἶ ὁ λογῷ συστησάμενος τὰ ὄντα. &c. ideſt, Sanctus Deus cuius voluntas finitur à proprijs virtutibus, Sanctus Deus qui cognoſci vult, & cognoſcitur à proprijs, Sanctus es, qui verbo formaſti omnia, &c *Cyrillus.* Pythagoras, vt Cyrillus refert aduerſus Iulianum, tantummodo vnum Deum concedit: quem vnum dicit ſolum exiſtentem, principem, & ducem omnium rerum. *Philolaus. Philo Iud.* Quam doctrinam etiam Philolaus diſcipulus eius accepit: & hoc modo Deum vnum confeſſus eſt, pro vt verbis Philonis Iudæi credimus. ὁ ἡγεμὼν καὶ ἄρχων ἁπάντων θεὸς εἷς ἀεὶ ὢν μόνιμος ἀκίνητος, αὐτὸς αὐτῷ ὅμοιος, ἕτερος τῶν ἄλλων. Ideſt, dux, & princeps omnium Deus, vnus exiſtens ſemper ſingularis, immotus, ipſe ipſi ſimilis, & alius ab alijs. *Archita. Iamblicus.* Architas Deum vnum confeſſus eſt, principium, medium, & finis, totius vniuerſi. Cuius verba refert Iamblicus dicens. Quicumque poſſit omnia genera rerum, ad vnum & idem principium reſoluere, & rurſus componere, & connumerare is mihi ſapientiſſimus, & maxime veridicus eſſe videtur. Inſuper pulchram ſpeculam reperiſſe, ex qua poſſit contemplari Deum, & omnia, quæ in ordinatione eius, & ſerie ſeparata ſunt. Et hac regia via aperta menti, recta peragere, curſumque perficere, principia finibus connectens, cognoſcenſque quòd Deus eſt principium, & finis, & medium omnium, quæ ſecundum ius, rectamque rationem peraguntur, hæc ille. *Deus principiū, medium, & finis omniū.* *Aſclepius.* Aſclepius ait, quod Deus ſpiritus ſemper idem eſt, & in ſua ſapientia permanens. *Ariſtotiles.* Ariſtotiles dictum Vliſſis apud Homerum lib. 2. Iliados vſurpans, confeſſus eſt principum in orbe multitudinẽ malam, idcirco vnum colendū eſſe Deum, omnium principem. Inſuper Ariſtotile referente, Empedocles, Parmenides, Meliſſus, & Zenon, omnes vnum, ſingularemque Deum faſſi ſunt. Licet inſulſe eos philoſophus irrideat, quòd de natura tractare volentes, nil naturale dixerunt. *Vnitatis encomium apud Empedoclem.* Empedocles quidem vnitatem maxime celebrabat, à qua viſibilia, & inuiſibilia fluxere, nataque ſunt, præſentia præterita, & futura conduntur. Imo & quæ terra producit, & quæ mare, & feras, & aues, & piſces, atque & Deos ipſos, vnitas fecit. Ecce quomodo licet Deos multos Empedocles coleret, tamen ipſos à ſummo Deo, veraque vnitate fatetur eſſe creatos. *Zenonis argumentum de Dei vnitate.* Extat adhuc & apud Ariſtotilem validiſſimum Zenonis argumentum, Deum neceſſario vnum eſſe probans. Et ſi vnus non eſſet Deus, eſſe minime poſſe Deum. Cum autem optimum omnium (inquit) ac potentiſſimum eſſe Deum, vinceret, eundem etiam eſſe vnum oportere demonſtrabat, nam ſi duo, vel plures fuiſſent, optimum, ac præſtantiſſimum, eum amplius eſſe non poſſe; ſingulum enim quemque eorum, quia ſimiles inter ſe omnes eſſent, fore optimum. Idem eſſe Deum, diuinamque potentiam conſtare aſſerens, quòd vbique, & in omnibus teneat principatum: qua propter eadem fieri ratione, vt ne eſſet Deus qua neq; optimus eſſet. Quòd ſi & plures, & alij alijs potentiores, ac meliores eſſent, ne Deos quidẽ eſſe, numquam enim poſſe vinci, ac ſuperari: Deum etenim æqualia, neq; maiora, neque minora inter ſe eſſe, quocirca ſi conuincitur, & Deum eſſe, & eundem eſſe optimum, vnum neceſſario Deum eſſe, neque enim poſſet omnia, quæ vellet, neque poſſet vnus, multis exiſtentibus. Hæc Zeno, Nonne &, præclariſſimum extat illud Mercurij dictum? *Mercur.* ἡ μονὰς ῥίζα τῶν ἁπάντων. Vnitas radix omnium. Fuit igitur apud ethnicos Dei vnitas proclamata; ſed nec vtilis, quia nec crediderunt in eo, nec ſperauerunt. Oportet enim Deum trinum, & vnum noſcere, eique obedire, & credere.

Quid

Digitized by Google

Quòd Dei cognitio, ex operibus eius apertiſſima eſt.

CErtiſſime à creatura mundi inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur: nam ex mirabili diuinorum operum ordine, innumeras Dei præcelentias agnoſcimus: Si ex nihilo cuncta creauit, quis eo potentior? Si attingit à fine aſque ad finem, quis eo maior? Si diſponit; regitque omnia ſuauiter, quis eo ſapientior? Si vidit cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona, quis eo melior? Si lucem creat, quis eo lucidior? Si cælum inhabitat, quis eo altior? Si de ſummo cælorum habitaculo omnia moderatur, quis eo prudentior? Si impiorum peccata punit, quis eo iuſtior? Si in eo creaturæ gloriantur, quis eo deſiderabilior? Si iuſtis æternæ gloriæ præmia tribuit, quis eo glorioſior? Si omnium entium optimum eſt, quis eo amabilior? Si nullum habet ſui progenitorem, quis eo antiquior? Si eius nutu cuncta mouentur, quis eo immobilior? Si non reſpicit perſonam hominis, quis eo immutabilior? Omnibus quidem potentior eſt. Quia fecit potentiam in brachio ſuo, diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. Luc. 2. Omnibus maior, quia, Magnus Dominus, & laudabilis nimis. Pſal. 47. Omnibus ſapientior, quia ſapiens corde eſt, & fortis robore. Iob. 9. Omnibus melior, quia nemo bonus, niſi ſolus Deus. Luc. 18. Omnibus lucidior, quia Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ. Ioan. Ep. 1. Omnibus altior, quia, excelſus ſuper omnes gentes Dominus, & ſuper cælos gloria eius. Pſal. 112. Omnibus prudentior, quia occulta ſunt iuditia eius, & inueſtigabiles viæ eius. Rom. 11. Omnibus iuſtior, quia, iuſtus Dominus, & iuſtitiam dilexit, æquitatem vidit vultus eius. Pſal. 10. Omnibus glorioſior, quia de eo canunt Angeli, Alleluia, laus & virtus, & gloria Deo noſtro eſt. Apoc. 19. Omnibus amabilior, quia guctur eius ſuauiſſimum, & ipſe totus deſiderabilis. Cant. 9. Omnibus deſiderabilior, quia in eo deſiderant Angeli proſpicere. 1. Petr. 1. Omnibus antiquior, quia aſpiciebat Daniel donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit. Dan. 7. Omnibus immobilior, quia immobilis manens dat cuncta moueri. Boeth. de conſo. Omnibus immutabilior, quia ſcriptum eſt. Ego Deus, & non mutor, Malach 3. Imo cum hæc omnia Deus habeat, quis extra Deum hæc poſſidet? Per Deum potentes creaturæ ſunt eius, per eum grandes, bonæ, lucidæ, excelſæ, prudentes, iuſtæ, glorioſæ, amabiles, deſiderabiles, ſecundum morum grauitatem antiquæ, in operibus iuſtitiæ perſeuerantes, & immobiles, & à via virtutum immutabiles. At extra Deum, debiles, minime, inſipientes, malignæ, tenebroſæ, infimæ, imprudentes, iniuſtæ, opprobrioſe, odibiles, deſpectibiles, immorigeratæ, à libro quem, Deus ſcripſit amotæ, ſiue in bonum, ſiue in malum mutabiles, in bonum autem non permanentes, & omnium malorum genere inuolutæ. Quoniam ergo creaturarum perfectiones ex Deo fluunt, illarum virtutes aliqua de Deo innoteſcere faciunt. Extant autem & Dei infinitæ virtutes, quas nec creaturæ indicant, nec intellectus concipere, nec lingua proferre valet. Nonne habitatio eius in hominibus? vt habet Paulus. An neſcitis quia membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti, qui in vobis eſt? Nonne in mundo eſt, vt inquit Ioannes; in mundo erat? Nonne circa mundnm? Girum cæli circuiui ſola. Nonne infra mundum? Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. Nonne ſupra mundum? Cælum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum. Nonne Saluator noſter? Conuerte nos Deus ſalutaris noſter. Nonne factus eſt nobis ſapientia, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio? Quis poteſt ergo, quæ Dei ſunt enarrare? Quis verbis inſipientiæ, æternæ ſapientiæ laudes concinere? Quis corruptilibus membris inuolutus, aſſumet pennas ſicut columbæ, & volabit, & requieſcet, vt altiſſima quæque Dei intelligat? Sat eſt, quod nobis de Deo ſacra Scriptura commemorat, vt eum agnoſcentes diligamus, agnoſcamuſque principium, qui & nobis loquitur.

Dei cognitio ex operibus eius.

Luc. 2. Pſalm 47. Iob. 9. Luc. 18. Ioan. Ep. 1 Pſal. 112. Rom. 11. Pſalm. 10. Apoc. 19. Cantic. 9. 1. Petr. 1. Dan. 7. Boeth. de conſo. Malach. 3.

FERIA III. POST SECVNDAM DOMINICAM IN QVADRAGESIMA.

TEXTVS.

Super cathedram Moiſi ſederunt Scribæ, & Phariſei. Matth. 23.

Quòd Deus ſuper cathedram ſui ipſius ſedens, quæ eſt ſuamet diuina eſſentia, omnem in creatione orbis ſcientiam homines edocuit.

Pſalm. 46. Iſaias 6. Deus ſuper cathedram ſedet.

SEdet quidem omnium creator Dominus in ſolio regni ſui, verum vna eſt illius ſedes omnium eminentiſſima, tantumque ſuæ diuinæ maieſtati conſona; de qua pſaltes. Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam. Pſal. 46. Et Iſaias 6. Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum. Quòd myſtice illud quidem eſt, de quo & in Euangelio habetur ſermo. Super cathedram Moiſi ſederunt Scribæ, & Phariſei. Semper cathedram Deus inſidet, ſic nempe ſuam decet maieſtatem. In cathedra ſedit cum creaturarum incæpit exordium, creauitque in principio cælum, & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt. Seſſio vero à fatigatione immunitatem exprimit; nam ſolo ſermonis imperio Deus cuncta creauit. Item & Dei ſeſſio, eius regnum, poteſtatemque deſignat, vt uult Orig. ſup. Gen. hom. 1. idcirco ſuper cathedram tunc primo ſediſſe credimus ſuis notus creaturis, quando in temporis initio, ex nihilo cuncta creauit, proprijſque ſingula legibus inſigniuit. Nam certa lege, & gyro vallabat abyſſos, & legem ponebat aquis ne tranſirent fines ſuos. pro. 8. Verum quæ ſibi conſona ſit ſedes, profecto diuina illa natura omnium eminentiſſima eſt: de qua Ioannes. Ecce ſedes poſita erat in cælo, & ſupra ſedem ſedens, & qui ſedebat, ſimilis erat aſpectui lapidis iaſpidis, & ſardinis, & iris in circuitu ſedis, ſimilis viſioni ſmaragdinæ. Apoc. 4. Poſita quidē ſed non ab aliquo, quia ex ſemetipſa ſemper æterna fruitur vita, & inde ſemper vna, omnia docuit. Nec tantum Theologiā reuelationis ſcientiam credimus, quandoquidem & alias ſcientias à patre luminū deſcendiſſe conſtat; in initio ſcilicet, creationis orbis. Quarum prima Theologia fuit, cum dixit Deus, fiat lux Gen. 1. Ac ſi diceret, quoniam nubibus ignorantiæ intellectus humanus obuoluitur, fiat in eo lux, quæ Theologia eſt, vt ad Dei notitiam illuminetur. At non putarem Deum lucem fieri iubſiſſe, abſque luminoſo corpore, à quo veluti indeficienti luminis fonte, illa proflueret; nec Theologiam patentiſſime aliquando oſtenſam puto; niſi aduentante Meſsia, à quo tanquam ex indeficiente ſapientiæ fonte, illa manauit; altiſsimæ deitatis myſteria pronuntians. Qui videt me, videt, & patrem meum. Ioan. 14. Et nemo nouit filium niſi pater, neque patrem quis nouit niſi filius, & cui voluerit filius reuelare. Matth. 11. Manet aliquando lux caliginibus obtecta, verum emicat aduentante ſereno. erat porrò theologia ſub veteris inſtituti caliginibus obuoluta: quia omnia in figuris contingebant illis: verum ſplenduit, incarnationis filij Dei aduenienre ſereno: ſtatimque veritas fulxit in orbe. Lucis ergo Theologia nomine pollet. Altiorem philoſophiam, ſed longe Theologia minorē in ſecundæ diei manifeſtauit opere. Ecce quid Deus ait. Fiat firmamentū in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum, diuiſitque aquas quæ erant ſub firmamento, ab his quæ erant ſupra firmamentū. Quid vero aquæ ſignificent, Ioannes explicat. Aquæ quas vidiſti ſuper quas meretrix ſedet, tribus ſunt, populi, & linguæ. Apoc. 17. Quos nam populos in orbis initio creauit Deus? Intellectuales quidem corporaleſque creaturas. Gloſſ. int. ſic exponente. In principio creauit Deus cælum, & terram, ideſt, intellectualem, corporalemque creaturam. Quæ omnia licet excellentiſſima locorum diſtinctione creata ſint, vtpote quæ ſub cælo empyreo corporales dicerentur creaturæ, adhuc informes, iuxta illud. Qui viuit in æternum creauit omnia ſimul: ſi multate ſcilicet materiæ, non tamen proprijs adhuc diſtincta formarū ordinibus: Et ſupra empyreum intellectuales, non informes, ſed pulcherrimis formis diſtinctæ, ordinatæ.

Seſſio regnum poteſtatemque deſignat. *Sedes Dei diuina eſſentia eſt.* *Apoc. 4.* *Deus homines omnia neceſſaria edocuit.* *Theologia luci comparata.* *Ioan 14.* *Metaphiſicæ ſcientiæ origo.* *Apoc. 17.* *Creaturæ omnes in cælo, & terra deſignatæ.*

Digitized by Google

dinatæque: non tamen vtriſque in principio creationis orbis proprium locum ſcriptura commemorat. Sed in ſecundæ diei opere profert, quòd fecit Deus firmamentum, quod cælum appellauit, ſeu cæleſtem naturam: diuiſitque aquas, quæ erant ſub firmamento, ab his quæ erant ſupra firmamentum, quia creaturæ ſupra firmamentum, intellectuales erant, ſcilicet, Angelorum agmina: Et aquæ quæ erant ſub firmamento, populi corruptio nibus obnoxij, ab inuicem in ſecundæ diei opere ſegregati. Quid autem exſielſior phiſophia diſcutiat, ſcimus, ſubſtantias, ſcilicet, ſeparatas: igitur in ſecundæ diei opere creaturarum ſeparatione facta, à ſummo doctore. Metaphiſica fuit oſtenſa. Naturalis vero philoſophia, quæ rerum principia demonſtrat, viſibilium entium creatione iam panditur. Nam quæ ſimul conterranea, cum tellure nata, lapides ſunt, quorum materia tellus ipſa præſcribitur. Cuiuſmodi ſunt, & metalla quæque, quibus & aquæ quoddamodo accedit compactio. Poſt quæ viuentium natura conſurgit: vt puta plantarum, quam ex terræ viſceribus Deus conſurgere iubſit, cum dixit. Germinet terra herbã virentem, & facientem ſemen, & lignum pomiferum, iuxta genus ſuum, cuius ſemen inſemetipſo ſit ſuper terram. Gen. 1. Quibus materiale principium terra conſtituitur. At vbi plantarum vitæ terminus adeſt, vt puta vegetare: hic perfectior aliorũ entium vita incipit, animantium, ſcilicet natura iucundior, quam partim ex aqueo principio, partim ex terreo Deus produxit: vt ex aqua, & humo vnũ totale principium animantium ſecundum ſenſum conſtitueret. De quo legimus. Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile ſuper terram, ſub firmamento cæli. Creauitque Deus cete grandia, & omnem animam viuentem, atque motabilẽ quam produxerant aquæ in ſpecies ſuas, & omne volatile ſecundum genus ſuum. Et paulo poſt. Producat terra animã viuentem in genere ſuo, iumenta, & reptilia & beſtias terræ ſecundũ ſpecies ſuas. Gen. 1. Ecce irrationabilia cuncta, ex aqueo, terreoque principio effluentia. Alia omniũ perfectiſſima vita poſt ſenſitiuam inſurgit, quæ tantũ rationali competit creaturæ, quam è terro aqueoque principio ortam quis ambiget? Fecit enim Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ factuſque eſt homo in animã viuentem. Gen. 2. Hæc itaque ſunt, quæ naturæ dicuntur entia, cum accidentibus eorum, & differentijs, ab efficiente Deo, poſt longum illius antiquæ priuationis non eſſe, ex materiali, formalique principio, ſecundum vniuſcuiuſque mutationem producta, ac generationũ, corruptionumque viciſſitudinibus producenda. Quorum locus, totus orbis eſt, vita corruptibilis, & exemplaris cauſa æternum Dei velle, quo pro tali tempore omnia creare decreuit. Habemus ergo in mundi primordio, naturalium rerũ principia, cauſas, motus, compoſitiones, loca, vitamque, de quibus omnibus ſuam facit naturalis philoſophia conſiderationem. Tunc igitur ſunt phiſicæ ſcientiæ à Domino monumenta tradita. Mathematica quæ ſcientiarum tertia eſt, quia inter naturalẽ, & diuinam mediat philoſophiam, quatuor eſt ſectionibus partita: in Geometriam ſcilicet, Arithmeticam, Muſicam, & Aſtrologiam: quarum Geometria terrarũ commenſurationes docet, Arithmetica calculi rationes, Muſica ſimphonam vocum proportionem, & Aſtronomia ſyderum poſitiones. Quomodo vero ex Dei operibus effluere, iam Iſaias 40. docet. Omnia creauit Deus in numero, pondere, & menſura. Menſus eſt pugillo aquas, & cælos palmo ponderauit. Appendit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes, & colles in ſtatera. Ecce igitur Geometriæ, & Arithmeticæ erudimenta. Item ab eo Muſica iam deſumpta eſt, vel ob cæleſtium orbium ſonantes motus, quos priſcorum aliqui ſe iam audiuiſſe teſtantur: vel auium garritu, quibus harmonicos natura vocum concreauit concentus. Aut ex ſyluarum lignis, ventorum impetu harmonice concrepantibus, vel ex quouis alio, ſufficit tantum ex Deo altiſſimo Muſicæ primordia manaſſe. Aſtronomiã edocuit Altiſſimus, cum fecit in cælo luminare maius, & luminare minus, & ſtellas, poſuitque eas in firmamento cæli, vt lucerent ſuper terrã, & ſit in ſigna, & tempora, & dies, & annos. Gen. 1. Sufficit adhuc mihi pro toto partem oſtẽdere, & quòd artes, quibus humana iuuatur neceſſitas,

Phiſicæ auſcultationis origo.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 2.

Mathematicarũ ſcitiarũ exordium.

Gen. 1.

Deo

Digitized by Google

Deo reuelante fuere proſpicuæ. Nam ecce vocauit Dominus ex nomine Beſeleel filium Vri, filij Hur de tribu Iuda, impleuitq; eum ſpiritu Dei, ſapientia, & itelligentia, & ſcientia, & omni doctrina ad excogitandum, & faciendum opus in auro, & argento, & ære, ſculpendiſque lapidibus, & opere carpentario, quicquid fabre adinueniri poteſt, dedit in corde eius. Ooliab quoque filium Achiſamech de tribu Dan, ambo erudiuit ſapientia, vt faciant opera obietarij polymitarij, ac plumarij de hyacintho, & purpura, cocoque bis tincto, & texant omnia, ac noua quæque reperiant. Exo. 35. Num euidentius artes à Deo traditas habet Scriptura ſacra monſtrare? Docens ergo Deus ſedet in cathedra, quæ ſuamet diuina natura eſt, qua Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus vnum ſunt. Myſtice in Euangelij verbis deſignata, dum dicitur. Super cathedra Moiſi, &c.

Exo. 35.

Quòd tria illa hominum nomina à Christo Domino in Euangelij textu ſignata, ſcilicet, Moiſes, Scribæ, & Phariſei, myſtice, Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, in cathedra ſua diuinæ naturæ ſedentes, ſignificant.

Tria diuina attributa.

CVm ſit iam per cathedram, diuina natura deſignata, nunc videndū remanet, quomodo tria nomina hæc, Moiſes, Scribæ, & Phariſei; Patrem, Filiū, & Spiritum ſanctum præmonſtrare valeant. Vtque euidentius tale quid innoteſcat, tria diuinarum perſonarum attributa deſumenda occurrunt; potentia, ſcilicet, ſapientia, & bonitas, quibus Deus imperat, diſponit, & illuminat. Imperat poteſtate, diſponit ſapientia, illuminat bonitate. Poteſtas qua imperat, figuratur in Moiſe, triplici inſignito poteſtate, diuina, ſcilicet, Angelica, & humana. Diuina quidem, ratione qua vt Deus, in Pharaonem, & regnum eius mirabilia fecit. Item & Angelica, ex eo quòd Angelorum eſt Dei legationes complere, quod in Moiſe euenit exactiſſime, in Pharaonem Altiſſimi iram prænuntiante. Et humana, cum proprijs viribus Aegyptium peremit, Hebreum affligentem, quem occulit in ſabulo. Habet autem diuina poteſtas proprietates mirificas, nam infinita eſt, immutabilis, infatigabiliſque. Infinita quippe, vt ſcriptum eſt. Poteſtas eius, poteſtas æterna. Dan. 7. Immutabilis, quia permanens in ſe omnia innouat. Sap. 7. Et infatigabilis, quia, ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe mandauit, & creata ſunt. Pſal. 148. Moiſes quoque huiuſmodi potentia claruit. Fuit nempe illius infinita poteſtas, ex parte altiſſimi Dei, cuius infinitæ poteſtatis miracula penitus naturam excedunt. Nam ſicut ex infinita Dei poteſtate miracula profluunt, quicumque illa operatur, infinitæ potentiæ dicitur eſſe miniſter; cuiuſmodi & Moiſes extitit. Imo in hoc Moiſen diuina poteſtate pollentem agnoſcimus, quia propriū diuinæ poteſtatis eſt eſſe metuendam. Iuxta illud Auguſt. ſup. Pſal. 61. vbi inquit. Poteſtatem Dei timete, miſericordiam eius amate, nec ſic de miſericordia eius præſumatis, vt poteſtatem contemnatis: nec ſic poteſtatem timeatis, vt de miſericordia deſperetis, apud illum poteſtas, apud illum, miſericordia, hunc humiliat, & hunc exaltat, hūc humiliat poteſtate, illum exaltat miſericordia. Metuenda erat vtique Moiſis poteſtas, quod dicat Pharao, afferant, & Hebrei. Fuit etiam Moiſis poteſtas immutabilis, quod enim in lege immutabiliter preceptum erat immutabiliter oſeruari cogebat: fuit etiam & infatigabilis, quia in ſolo iuſſu, tactuque virgæ erat ſui operis conſummatio. At nulla in terris poteſtas niſi à Deo, ergo & Moiſis potentia à potente Deo patre profluens, eiuſdem patris potentiam deſignat, qua Deus imperat, ac huiuſmodi præſignatione æterni Patris perſonam noſcimus, & poteſtatem. Quid vero Scribæ ſignificent, ex duplici offitio duplex aduenit ſignificatio, aliud enim Scriba demonſtrat, vt ſcriptor, & aliud, vt in ſcriptura ſapiens. Prima nominis ſignificatione Auguſtinus ſup. Pſal. 44. æternum Patrem intelligit, dicens quòd Scriba velociter ſcribens Pater æternus eſt velociter verbum generans. Cuius verba ſunt hæc.

Moiſes diuinā præſignat poteſtatem.

Diuinæ potentiæ proprietates tres.

Auguſt.

Scriba Patrem æternum deſignat.

Auguſt.

hæc. Quæro enim quare linguam ſuam calamum dixit eſſe Scribæ velociter ſcribentis? At vero quantumuis velociter Scriba ſcribat, non comparatur illi velocitati, de qua dicit alius Pſalmus. Vſque in velocitatem currit verbum eius. Sed mihi videtur quantum audet humana intelligentia, & hoc poſſe accipi ex perſona Patris dictum, lingua mea calamus Scribæ, quia quod lingua dicitur, ſonat, & tranſit, quod ſcribitur manet. Cum ergo dicat Deus Verbum, & verbum quod dicitur non ſonet, & tranſeat, ſed & dicatur, & maneat, ſcriptis maluit Deus comparare, quàm ſonis. Quòd autem addidit, velociter ſcribentis, impulit mentem ad intelligentiam, ſed non pigra remaneat, reſpiciendo antiquarios, aut reſpiciendo qualeslibet veloces notarios. Si autem hoc attenderit, remanebit ibi ipſum velociter. Cogitet velociter, & videat quare dictum ſit velociter. Velociter Dei tale eſt; vt velocius nihil ſit. In ſcripturis enim ſcribitur litera poſt literam, ſyllaba, poſt ſyllabã, & verbũ, poſt verbũ, nec ad ſecundũ trãſitur niſi primo præſcripto, ibi autem nihil velocius vbi non multa ſunt verba, nec aliquid prætermiſſum eſt, cũ in vno ſint omnia. Si ergo quantum humana audet intelligentia D. Auguſtinus Scribam velociter ſcribentem, Patrem æternum velociter filium generantem figurare dicit: liceat quæſo & fragilitati noſtræ ſcribam in lege Dei ſapientem, filium à patre genitum interpetrari, cuius ſapientia diſponuntur omnia. Sapientia etenim hominum quando vera ſapientia eſt, ex altiſſima Dei ſapientia profluit, quæ filius Dei eſt, lex itaque qua ſápientes ſcribæ dicebantur, verbo Dei tradita, eiuſdem verbi ſapientiam figurat, ergo Scriba legis ſapientia præditus Verbum Dei deſignat. Phariſei vero licet diuiſi interpetrentur, quoniam de religione præſumebant aliquod myſteriũ indicant; nam Religioſi, Eccleſiæ luminaria, ſtellæ, ſplendidæ, imo lucernæ ardentiſſimæ nuncupantur: poſitæ non ſub modio; ſed ſuper candelabrum; vt luceant omnibus, qui in domo Eccleſiæ ſunt. Verum quis ignorat tria eſſe lucernæ, quibus lumen adheret? ſcilicet, papyrus, oleum, & ignis? Papyrus oleo infunditur, oleo ignis nutritur, emicans inde radius ignis apparet. Hæ ſunt quidem Spiritus ſancti proprietates ſanctiſſimæ: homo enim veluti papyrus oleo diuinæ charitatis infunditur, cumque ſic bene infuſus conſiſtit Spiritus ſanctus adeſt, quaſi lucernam diuinis fulgoribus illum illuminans; inde ſanctitatis lumina emicant. Ignis nempe Spiritus ſanctus dicitur, iuxta illud. Ignis vibrante lumine, linguæ figuram detulit. Ignis enim ſuapte natura quodcumque ignibile ignit, & Spiritus ſancti proprium eſt, humana amoris igne inflammare pectora; vnde Eccleſia ignem ſanctum illum decantat. Fons viuus, ignis, charitas, & ſpiritalis vnctio: quo igne religioſi fulgentes, diuinæ lucis ſibi nomen vendicant, accipientes igitur ex Phariſeis religionem, cui Spiritus ſanctus præeſt, illamq; diuino lumine ditat: dicimus Phariſeos ob religionis lumen Spiritum ſanctum deſignare. Sedent igitur ſuper cathedram diuinæ eſſentiæ Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, quos Moiſes, Scribæ, & Phariſei, in Euangelij litera myſtice deſignant.

Verbũ Dei ſcripto cõparatũ non ſono.

Scriba in lege ſapiẽs, filium Dei deſignat.

Phariſei diuiſi interpetrantur.

Spiritus ſãctus ignis eſt.

Phariſei quo ad religionẽ Spiritum ſanctum figurant.

TEXTVS.

Omnia ergo quæcumque dixerint vobis ſeruate, & facite, ſecundum vero opera eorũ nolite facere, dicunt enim & non faciunt. Matth. vbi ſup.

Quid Euangelij textus myſtice demonſtret, vſque ibi, Qui ſe exaltauerit humiliabitur, & qui ſe humiliauerit, exaltabitur.

Iam nodum vnum explicuimus cuiuſquidem per difficilis erat ſolutio; at quod ſequitur vtique difficillimum eſt. Omnia ergo quæcumque dixerint vobis ſeruate, & facite. Hæc concluſionis particula, ergo, optime ex præmiſſis ſequitur, ac ſi argumentum ita concluderet; in maieſtatis cathedra ſedenti, obedientia debetur; Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus in altiſſimo ſedent maieſtatis throno ergo eis obedientia debetur, vnde quæcumque dixerint, præceperintue ſeruate, & facite: amore prius,

Digitized by Google

Matt.19. prius, vt & inde ſalus oriatur. Quòd & alibi edoctum eſt. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata. Iterumque. Hoc fac, & viues. Matth. 19. Secundum vero opera eorum nolite facere. Nulla etenim creatura actum creationis pertingere valet, vnde Auguſtinus ſup. Matth. cap. 12. docet nos, domini iugum baiulare debere, vt mites eſſe diſcamus, humileſque corde. Tollite iugum meum ſuper vos (inquiens) & diſcite à me non mundum fabricare, non cũcta viſibilia, & inuiſibilia creare, non in ipſo mũdo mirabilia facere, & mortuos ſuſcitare; ſed quoniam mitis ſum, & humilis corde. Quoniam igitur poſſibilia ſunt hæc, & Angelis, & hominibus, Saluator inquit. Secundum opera eorum nolite facere: ideſt, ne tentetis Dei opera facere, tantum obedientes eſtote, quia tunc eius virtute mirabilia facietis. Verum aliud eſt opera, aliudque ſecundum opera facere; nam opera Dei facere, eſt illamet Dei opera, quæ ipſe operatus eſt, operari, ſcilicet, Angelos creare, cælum formare, & cætera quæ iam facta ſunt. Secundum Dei opera facere, eſt alia ad illorum ſimilitudinem, & exemplar, quæ Deus creauit, creare. Si igitur non poteſt homo, quæ à Deo ſam facta ſunt, iterũ refacere, quomodo alia ad illorũ exẽplar operabitur? Ideo Chriſtus ait, ſecundũ opera eorũ nolite facere: ac ſi diceret; nil temere dẽ cogitetis, ſoli etenim Deo competit creare, quod creaturis impoſſibile eſt, tantum obedire ſtudeatis. Dicunt enim, & non faciunt. Hæc ferme ratio eſt. Quando Deus orbem vobis cæli, & plenitudinẽ terræ fundauit, non vtiq; totius mundi materiã ſumpſit, vt circa eam laborans, veluti artifex operetur; ſed ab omni labore penitus alienus, omnique manuum operatione dimiſſa, ſolo verbo dixit, & facta ſunt, mandauit, & creata ſunt. Creauit primo Angelos, quia in principio creauit Deus cælum, ideſt naturam intellectualem, & terram, ideſt, materiam omnium corporalium. inde circa materiam non laborando fecit, ſed tantum verbo dicendo creauit. Ergo in creationis operibus, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, dicunt, non faciunt, dicunt, quia imperando creant, non faciunt, quia non operum labore, id quod operantur perficiunt. Hinc vere diuina noſcitur operatio, quæ tantum verbo, non labore fit. Nam & Centurio ille cuius puer infirmabatur Capharnaum, diuinitus inſpiratus, verbum Dei ſub humana facie credens occultum, diuinam in operibus proprietatem agnoſcens, quòd tantum dicens operatur, non dixit. Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum, ſed tantum fac, vt ſanetur puer meus, quia Deus non facit, ſed dicit, dicenſque, quod vult operari perficit: vnde Centurio dixit. Domine dic tantum verbo; quia Dei dicere, idem eſt quòd operari, & perficere. Imo diabolus vt ſi vere Chriſtus Dei filius ſit agnoſceret, non dixit. Si filius Dei es fac, vt lapides iſti panes fiant: ſed dixit, dic: agnoſcebat enim diuinã potentiam, quod tantum dicens operatur. Et ſi Chriſtus ſola loquutione lapides in panes vertiſſet, vtique diabolus nulla prorſus inde, de Chriſti diuinitate dubitationem habuiſſet. Hoc eſt ergo Dei, vt dicens operetur, non labore faciens. Qua propter hæc eſt ratio potiſſima à Domino aſſignata, quare ſecundum opera Patris, & Filij, & Spiritus ſancti homines facere nequeunt, quia Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, vt operẽtur dicunt, non autem faciunt. Alligant autem onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem ſuo nolunt ea mouere. Hæc ſunt omni ingenij ſubtilitate, & intellectus claritate conſideranda. Onus namque graue lex Moiſis dici poteſt; quod & teſtificatus eſt Petrus dicens. Quare tentatis imponere iugum ſuper humeros diſcipulorum, quod neque nos, neque patres noſtri portare potuerunt. Act. 15. Iugum quidem graue ad perfectum nihil adducens, ad pænas vero indigedas promptiſſimum. Quid igitur grauius? bonum non attingere, malumque perfectiſſime pati? Hæc vetus inſtrumentum operabatur, vnde & onus graue dictum, quod alligauit Deus, impoſuitque in humeros filiorum Iſrael, dicens: Si audieritis vocem meã, & cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis: mea eſt enim omnis terra. Et vos eritis mihi in regnum ſacerdotale, & gens ſancta. Et reſpondit omnis populus ſimul. Cuncta quæ loquutus eſt dominus faciemus. Sed digito ſuo noluit onus legis à filijs Iſrael mouere, quouſque veniret deſiderium

Marginal notes: *August.* — *Aliud eſt opera, & aliud ſecũdum opera facere.* — *Opus diuinum ſolo verbo completur.* — *Lex Moiſis onus graue. Act.15.*

Digitized by Google

deſtum collium æternorum, cuius virtute mouendũ erat, mutandumque in melius. Hinc poſtea dixit. Pater meus operatus eſt vſque modo, & ego operor. Ideſt, pater meus, cuius nutu mouentur omnia, operatus eſt vſque modo, ideſt, vſque ad incarnationem meam, per iugum Moſaicæ legis, vt edoctum populum diſponeret ad ſalutem: Nunc autem ego operor, iugum illud alleuians, aliudque mitius imponens, iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leuæ. At legis Moſaicæ onus, graue importabileque dicitur, vt puto fortaſſe, non quia nimis difficile; ſed quia infantilis erat tunc hominum ætas, cui etiam leuia, grauia videbantur. Omnia vero opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus. Quæ enim Deus in mundo creauit, oculis expoſuit hominum, vt à creaturis ad creatorem fieret cognitionis acceſſus: quod & altiſſime declarauit Apoſtolus; A creatura mundi inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Dilatant phi- *Origenes.*
lacteria ſua, & magnificant fimbrias. Origenes ſup. Matth. hom. 24. & D. Hieronymus *Hieronym.*
in Matth. lib. 3. cap. 23. Mos apud Phariſeos aſſerunt fuiſſe, in membranulis decalogum Moiſis ſcribere, ſcriptumque in capite veluti mitram, brachijſque ligatum deferre, mem- *Philacte-*
branulaſque legis philacteria vocabant. Lex ergo philacteriæ nomine ſumpta, à Deo *ria quid*
olim dilatata fuit, dilataturque in præſens vehementer. Nam nec creatura fuit, quæ *ſint.*
proprijs non eſſet inſignita legibus; & ex præceptis naturæ tranſijt humana lex, ad præcepta in tabulis ſculpta, inde venit ad Euangelium, quod orthodoxæ, veritatis expoſitione dilatatur à patribus. Et magnificant fimbrias. Fimbria profecto extrema indu- *Fimbriæ*
menti pars eſt, qua illud abſolutiſſime conſummatur. Orbis veſtes creaturæ ſunt, qua- *quid ſigni-*
rum vltima, qua creationis terminus adfuit, homo eſt; in cuius formatione vniuerſi fuit *ficat.*
pulchritudo completa, altiſſimi Dei imago deſcripta, regnum mundi collatum, cui & inſuper æterni verbi vnio promiſſa, indeque completa. Nonne magnificentiæ dona ſunt hæc? Quid eſt homo, quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum? Iob. Iam minuiſti eum paulominus ab Angelis, gloria, & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Cum igitur fimbria qua pulcherrimo artifitio totius mundi fabrica compilatur, terminaturque homo ſit, quem tanta maieſtate magnificauit Altiſſimus, recte dicitur, quòd magnificat fimbrias. Amant primos accumbitus in cænis. Haud tantum Deus hominem magnificauit, vt paulo ſupra diximus; verum adhuc amoris pignore æterno ſibi magnificare complacuit. Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum inſtituens, quo hominem cibaret, & aleret, & ad cælum vſque erigeret: amoris iam pacto præuio, vt primus ei daretur in corde locus. Nec hominis in ſacra menſa ſit amor aliquantiſper diuiſus, amat enim primos accumbitus in *Cathedra,*
cæna Euchariſtiæ ſacratiſſima. Et primas cathedras in ſynagogis. Cathedra, Ruperto *Chriſti ma-*
teſte, thronum Salomonis eburneum exponente, Chriſti maieſtatem deſignat: ſynago- *ieſtatem de-*
ga vero hominum congregatio eſt: amat igitur Deus apud hominum cætus, Chriſti ma- *ſignat.*
ieſtatem ſplendeſcere, eiuſque doctrinæ prædicationem. Et ſalutationes in foro. Non- *Rupertus.*
ne forus (iuxta literam) platea eſt? quam per doctrinæ publicationem interpetratur Beda ſuper prou. 1. & Ambroſius de virg. 3. Nam & ſapientia in plateis dat vocem *Beda.*
ſuam, ideſt, Chriſtus publice doctrinam prædicat: vult ergo Deus in foro ſalutari, *Ambroſius.*
ideſt, eius doctrinam publice prædicari. Et vocari ab hominibus Rabbi. Quia Dei perfecta ſunt opera, & omnes viæ eius iuſtitia, & veritas. Vnus eſt enim magiſter veſter, omnes autem vos fratres eſtis. Et patrem nolite vocare ſuper terram, vnus eſt enim pater veſter, qui in cælis eſt. Nec vocemini magiſtri, quia magiſter veſter vnus eſt Chriſtus. Qui maior eſt veſtrum erit miniſter veſter. Qui autem ſe exaltauerit humiliabitur, & qui ſe humiliauerit exaltabitur. Quæ verba pro nunc ex ſemetipſis intellectum offerunt.

Digitized by Google

FERIA IIII. POST SECVNDAM DOMINICAM IN QVADRAGESIMA.

TEXTVS.

Et aſcendens Ieſus Hieroſolimam aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos ſecreto, & ait illis; ecce aſcendimus Hieroſolimam, & filius hominis tradetur principibus Sacerdotum, & Scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die reſurget. Matth. cap. 20.

Quòd aſcendens Chriſtus Hieroſolimam gentes illuminauit, compleuitq; ſcripturarum teſtimonia, quæ de eo erant; docuitque hominum aſcenſum in cælum, labores neceſſario præcedere.

Cant. 2. *Hugo Card.* ECce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles, ſimilis eſt dilectus meus capreæ hinnuloque ceruorum. Cant. 2. Saliens quidem, tranſiliensque filius Dei redemptionis opus expleuit, ſexque ſaltibus (ait Card. Hugo) totum conſummauit: de cælo in vterum virginis, de vtero in mundum, de mundo in patibulum, de patibulo in infernum, de inferno in mundum, de mundo in cælum. *Sex filij Dei ſaltus.* Primum, ſecundumque ſaltum fecit humilitas; vt ſcriptum eſt. Dum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea, ideſt, mea humilitas (inquit Eccleſia) dedit odorem ſuum. *Cant. 2.* Cant. 2. Quia traxit filium de ſinu patris. Tertium, quartumque fecit charitas de qua Ieſus dixit. *Ioan. 15.* Maiorem charitatem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Ioan. 15. Quintum ſextumque fecit veritas, ſeu deitas, de qua Salomon. Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea deteſtabuntur impium. *Prou. 8.* Prou. 8. Humilitas quippe eduxit de cælo, & induxit in mundum: charitas deduxit ad patibulum, & vſq; in infernum: veritas vero, ſeu deitas, reduxit in mundum, & introduxit in cælum: & tunc omnibus clariorem aſcendit Hieroſolimam. Habet adhuc & aſcenſus myſterium, nam & filius Dei quo ad vtranque naturam aſcendiſſe credimus: natura nempe diuina deſcenſum neſcit, *Hilarius.* quæ ſemper in maieſtatis altitudine reſidet. Quod & Hilarius admittit, Can. 4. in Matth. inquiens, quòd Chriſti aſcenſus ſuper montem, celſitudinem eius ſignificat, qua patri conſubſtantialis, & coæqualis in altiſſima maieſtate eſt. Si Chriſtum quantum ad mortalem meditamur naturam, ideo humiliatum agnoſcimus, vt ex humilitate glorioſus aſcenderet: ait enim: ecce aſcendimus Hieroſolimam, & filius hominis tradetur principibus Sacerdotum, & Scribis, & condemnabunt eum morte. Hæc profectò ſumma humilitas eſt. Et tertia die reſurget. Atque hæc ex humilitate gloria reſultat. Vtrumque lepide in hi- *Hiſtoriæ Tobiæ myſterium.* ſtoria Tobiæ figuratum inuenimus, vt duobus his, humani generis fieret illuminatio. Tobias quidem ſenex, hirundinis ſtercore vtrorumque perdit oculorum lumen: pauperem vitam gerit, vnde ægeſtate compulſus Tobiam filium, vſque Ragen ciuitatem Medorum peregrinari deſtinat, vt decem talentorum recuperata pecunia, ægeſtatis euaderet infortunia. Ad peregrinandum iunior Tobias è paternis egreditur laribus deſcendit peregrinans in flumen, piſcem accipit, quo exenterato, cor, fel, iecurq; deſumpſit, vt corde genus omne dæmoniorum extricaret, felle vero nimia amaritudine pollente, cæci patris oculos illuminaret. Duxit Tobias vxorem, pecuniam recuperauit, cæci oculos illuminauit, incolumiſque patris domum reuerſus eſt. Hæc omnia, prædictos filij Dei ſaltus prænuntiant. Tobias ſenex antiquum dierum patrem æternum figurat, cuius oculi gentium populi ſunt, Iſraelitica plebs dexter, gentiumque multitudo ſiniſter, quorum ſtercus primæ tentationis in Adam lumen extraxit: vnde paupertas animarum in cælis erat, adhuc iam clauſa exiſtente ianua, ægeſtate tali compulſus Deus, rationabiliumque ſpirituũ amore, vnigenitum filium peregrinationi deſtinat, qui in huius mundi ciuitatem iter aggreſ- *Eccleſ. 1.* ſus, flumen humanæ naturæ ingreditur; de qua Salomon. Omnia flumina intrãt in mare,

quòd

Digitized by Google

quòd de hominibus in mortem deſcedentibus parabola loquitur: vnde piſcem ſuæ ſanctiſſimæ humanitatis extrahxit, quo in ligno crucis exenterato, corde ignis amore ſucceſo omne genus extricauit dæmoniorum: vt ipſemet faſſus eſt. Nunc iuditiũ eſt mundi; nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Ioan. 12. amariſſimo autem paſſionis ſuæ felle, vtriuſque populi oculos liniens illuminauit, vxorem duxit Eccleſiam, talenta decem quæ animæ ſanctorum patrum in inferis erant, recuperauit, incolumiſq; reſurgens, iterum rdijt in cælum: hinc dicit, Hieroſolimam aſcendimus, & filius hominis tradetur ad mortẽ, hæc peregrinatio eſt. Et tertia die reſurget; hic reditus in patriã. Aſcendit etiam Hieroſolimam, ibi enim oportebat implere ſcripturas, ibique, quod æterno patri promiſerat ſoluere. Cuius verba Salomonis ore relata dignoſcimus. Dixi aſcendam in palmam, colligam fructus eius, & fructus illius dulces gutturi meo. Cant. 2. Ac ſi diſcipulis diceret Ieſus. Aſcendimus Hieroſolimam, quia patri meo promittens dixi, aſcendam in palmam, quæ crucis arbor eximia eſt, & colligam ex ea fructum paſſionis meæ, redemptioniſque hominum, & fructus illius dulces gutturi meo, qui baptiſma habeo baptizari, quo cohartor quouſque perficiam illud. Tali quidem filij Dei aſcenſu erant, ab oculis domini hominum occultanda facinora. Dixit Iacob vernaculis ſuis, det mihi quiſque idola ſua, tunc enim reuertebatur in domum patris ſui: quæ cum accepiſſet, effodit, ſepeliuitque ea ſub terebinthu. Gen. 35. Iam tempus erat, vt traſeat Ieſus ex hoc mundo ad patrem, accepitque omnium peccata hominum in humeris ſuis, vt ſub ligno crucis illa ſepeliret, nec alibi hoc faciendũ erat, niſi Hieroſolimis, hinc libenter paſſionem Hieroſolimis complendam diſcipulis oſtendit. Vbi & vuæ botrus calcandus, & vuarum calcator ipſe futurus erat; quod profecto & Salomon, & Iſaias ſimul oſtendunt. Ecce quid ſponſæ verba concinunt. Botrus cypri dilectus meus mihi in vineis engaddi. Cant. 1. Vbi & meminiſſe videtur botri illius, quem Ioſue, & Caleph in terra Chananæorũ accipientes ſuſpenderunt in ligno. Myſterium quidem in Ieſu filio Dei complendum, quem veluti botrum vuæ Iudæi ſimul, & gentes ſuſpenderunt in ligno crucis, vt inde redemptionis ſcateret dulcedo. Iſaias vero calcatorem vuarum Ieſum appellat. Quare rubrum eſt indumentum tuum, & veſtimenta tua, vt calcantium intorculari? cui Meſſias reſpondet; Torcular calcaui ſolus. cap. 63. Summa ratione dictum, calcat enim calcator vuas, malum non patiens, ſed tantum muſto indumenta inficiens; ſic & Meſſias, crucem aſcendens calcauit inimicos, confregitque ſuperbos, nec aliud paſſus malum, niſi quòd humanæ carnis indumentum ſanguinis effuſione labefactauit. Hoc totum certe Hieroſolimorum Ciuitas expectabat, vt compleretur in ea, idcirco Ieſus ait. Iam aſcendimus Hieroſolimam, & filius hominis tradetur principibus ſacerdotũ, & ſcribis, & condennabunt eum morte. Exemplum quidem patiendi daturus erat, eis, vt paſſionis labore præcedente, inimicos in fugam verterent. Quod fecit, & Gedeon, Iud. 7. præliaturus, militibus dicens; quod me videtis facere, facite. Quod Hieronymus, ſimul & Beda aſſerunt. Crebro namque cum diſcipulis de paſſione ſermonem habuerat; ſed quia multis in medio diſputatis poterat de memoria labi, hoc ipſum quod audierant, iturus Hieroſolimam, & ſecum ducturus Apoſtolos, ad tentationem eos parat, ne cũ venerit perſequutio, & crucis ignominia ſcandalizentur. Ac ea illa agere videtur, quæ feſtiuis diebus vt curſores libentius labores ſumant agunt, prætioſa pallia prius in publicum ponentes. Hieroſolimã dominus diſcipulis oſtendit, ideſt, gloriam; ecce præcioſum pallium: poſtea labores quibus acquiritur exponit; & filius hominis tradetur principibus ſacerdotum, & ſcribis, & condennabunt eum morte. Hcc idẽ adſtruit, & Cyprianus cap. 3. de diſciplina, & habitu, Virgi. dicens: qui in altum aſcendit multas patitur difficultates; ideo nemo ſibi præſumat quòd diuitijs, & voluptatibus poſſit conſcẽdere cælum. Et Paulus de palatio huiuſmodi aſcendendi difficultatem contemplatus ait. Quæ ſublimia, & alta loca ſunt periculis varijs expoſita facile ſunt. Si igitur magnus, & altus eſt beatitudinis locus, nemo diuitijs, delitijſq; confidat; ſed carnem ſuam tribulationibus, & erumnis affligat; oportet enim vt ſilius ho-

I. an. 12. *Cant. 2.* *Gen. 35.* *Ieſus vuæ botro comparatus.* *Cant. 1.* *Chriſtus calcator vuarum.* *Iud. 7.* *Hieron.* *Beda.* *Hieroſolima, gloria cæleſtis.* *Cyprianus.* *Paulus de Palatio.*

minis tradatur ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, vt beatus reſurgat; & *Iſaia b.* ita intret in gloriam ſuam. Huiuſmodi etiam intellectus eſt Iſaach præsbyteri, hom.1. dum inquit. Proſperum iter faciat nobis Deus ſalutarium noſtrorum, & nos quoq; aſcendimus Hieroſolimã, ideo enim in monaſterium deſcendimus, vt Hieruſalem aſcendamus. Quod euidentiſſimum eſt, nam qui cælũ conſcendere cupit, ad tentationes prius deſcendere *4. Reg. 4.* oportet. Nec à lepra mundatus eſſet Naaman Syrus, niſi prius ad fluenta Iordanis deſcendiſſet: oportuit ergo & Chriſtum ad mortem deſcendere, vt ſuperiorem Hieroſolimam aſcendat; nos ad crucis ingnominiam edocens; vt ad ſupernæ Hieruſalem gloriam poſſimus aſcendere. Addam quod & Hieroſolimam Chriſtus aſcendit, vt æterni patris *Cant. 2.* præceptum impleret. Canit enim ſponſa, Cant. 2. Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia, donec aſpiret dies & inclinentur vmbræ. Ac ſi filij Dei verba huiuſmodi eſſent, dicentis. Pater meus quidem paſcitur inter lilia innocentiæ, puritatis Angelorum, donec aſpiret dies paſſionis meæ, & inclinentur vmbræ ſuper terram: at dilectus meus pater mihi præcepit, vt moriar; & ego illi ſcilicet obedio. Aſcendamus ergo Hieroſolimam, quia ibi me hæc omnia oportet implere; cumque iam impleta fuerint dicam. Sub vmbra illius, ſcilicet, crucis, quam deſideraueram ſedi, & fructus eius, dulces gutturi meo. Cantic. 2.

FERIA V. SECVNDAE DOMINICAE IN QVADRAGESIMA.

TEXTVS.

Homo quidam erat dices, qui induebatur purpura, & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendide. Luc. cap. 16.

Quòd hominis nomen quoddam diuinum ſignat, nam & diuinum quoddam eſt homo, idcirco qui homo diues, & malus dicitur in Euangelio, haud tantum impietate ſua Deum lædit, verum & hominis nomine ſemetipſum indignum efficit.

DVm ſacra Scriptura de homine verba proponit, mira pietate, legentiumque iucunditate, ratiocinatur; ac ſi de diuino quoddam, excellentique numine loqueretur. *Homo diuinum quoddam eſt.* Quòd haud porrò indecens eſt, nam & homo corporalibus cunctis nobilior, excellentior, & ſublimior eſt. Omnia calcat, vincit, & ſuperat. Quem Deus regem inferioris mundi conſtituit, vt ei omnia obtemperent; cuncta deſeruiant, eum omnia venerentur, ac eius nutibus ſingula contremiſcant. Imo creaturarum quæ ſenſui obijciuntur, quid ei reſiſtit? quid ei non paret? & quid illum vitare poteſt? Fugiant ſylueſtria, lucus petant, & antra, montes incolant, deſerta inhabitent; quando nil de captiuitate cogitant, humanis laqueis irretita ſe noſcunt. Fugiant aues, aera diſcurrant, arborum ſublimia properent, montes, & deſerta tranſmittant, ſẽper ſub hominis ditione ligantur. Et piſces qui profunda maris incolunt, & ſerpentes qui lacus inhabitant, & quot fontes, & flumina, & quot vniuerſas humus regiones colunt, hominis imperium ſubterfugere nequeunt: idcirco, magnum miraculum eſt homo, dixit Hermes. *Hermes.* In ipſo etenim deitatis imago, creaturarũ epilogus, & vniuerſi perfectio refulget. Quod vltra ſcripturarum teſtimonia, ſola nominis conflatio demonſtrat. Dicitur quippe homo *Nominis Adæ arcanum.* Adam, cuius tantum tres hebraicæ literæ formam implent, ſcilicet, Aleph, Daleth, Mem. In Aleph diuinitas præſignatur, in Daleth, omnium creaturarum eſſe, & in Mem, totius vniuerſi perfectio. Diuinitatem in Aleph præmonſtrari Hebreorum ſapientum aſſeruit *Aleph deitatẽ ſignat apud Hebreos.* vniuerſitas, ratione qua in numerorum ſeriebus, aut vnum, vel mille demonſtrat: vnitas autem, numerus non eſt, ſed numerorum principium, & fons. Per quod intelligi datur, Deum primam omnium vnitatem eſſe, à quo omnis dependet vnitas, quodque omnium principium ſit, & fons, haud tantum creatarũ rerum; verum & ſuperſubſtantialium in-

creata-

Digitized by Google

creatarum. Mille vero totius numeri complementum eſt, ad quod omnes terminantur numerorum aſcenſus, vt inde noſcamus, quòd Deus perfectio eſt, omniumque finis, & complementum, quia ad ipſum ſingula terminanttur. Omnia quidem propter ſemetipſum operatus eſt dominus; & ipſe eſt alpha, & omega, principium, & finis. Apoc. 1. Principium Deus eſt creatarum rerũ, nam in principio creauit Deus cælum, & terrã Gen. 1. Principium eſt & rerum increatarum, ſic quidem deitatis naturã diſtinguendo, vt Deus qui Pater eſt, omnium diuinarum perſonarum principium, & origo ſit in quantum generat, ſpiratque, & principium filius in productione Spiritus ſancti, cum patre ſimul ſpiratione vnica, iuxta illud.. Pſal. 109. Tecum principium in die virtutis tuæ in ſplendoribus ſanctorum, ex vtero ante luciferum genui te. Nec principij ratio Spiritui ſancto deeſt, quandoquidem, & principium cum Patre, & Filio eſt, in vniuerſi creatione: vt alibi dictum eſt. Quia igitur Aleph, prima litera nominis Adam, inquantum vnum ſignat, Dei vnitatem indicat, & inquantum mille figurat, Dei completiſſimam perfectionẽ demonſtrat, ac inquantum omnium numerorum principium eſt, Deum omnium creaturarum principium oſtendit, vtique in homine deitatis imaginem fulgere deſignat: iuxta Moiſis dictum. Ad imaginem quippe Dei creatus eſt homo; maſculum, & feminam creauit eos. Gen. 1. Idcircò, & Pythagoras ſummes principes maxime venerandos docet: ac ſi in eis dominij ratione magis emicaret diuina poteſtas.

Apoc. 1.
Gen. 1.
Deus quomodo principium eſt creatarum & increatarum rerum.
Pſal. 109.
Principes venerãdos eſſe.

Ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεοὺς νόμω ὡς διάκειται,
Τίμα, καὶ σέβου ὅρκον ἔπειθ' ἥρωας ἀγάυους.

Immortales primum Deos lege, vt diſpoſiti ſunt,
Honora, & venerare iuſiurandum, deinde heroas illuſtres.

Idem Pythagoras tria rerũ principia eſſe putauit, infinitum, vnum, & numerus; quòd puto de Deo dictum, qui vt ens infinitum, infinitæ eſt poteſtatis, virtutiſque: vt vnus, à quo omnis vnitas, indiuidualem vnitatem creaturis influit: quomodo enim infitarum partium vnitas eſſet in illis, niſi hæc à ſumma Dei vnitate, omniumq; prima cauſaretur? Et inquantum eminentiſſime omnes cõprehendit, tranſcenditque numeros, ſemetipſum in infinitum creaturis imparem oſtendit: nam quicumque etiam rudis intellectus potens huiuſmodi concipere terminos, vel quantum ad nomen tantum, intelliget creaturam à Deo infinite diſtare, omnique imparitatis ratione illi imparem eſſe. In homine infiniti perfectio eſt, quia illud tantum animarum rationaliũ obiectum quietatiuum eſt, nec rationalis anima in illo quieſcere valeret, ni paſſiuam potentiam, perfectionemque quoddammodo ad illud non haberet. Eſt etiam in homine vnitas, propter membrorum in corpore compagem, ſeu corporis, animæque nexum: eſt etiam in eo numerus, quia proportionaliter paritas, imparitaſque in eo reperitur, & quoddammodo contrariarum qualitatum ſiue ſymphona, ſiue diſſona proportio, numeri rationem obtinet. Cum igitur tot in homine diuinæ perfectiones eluceant, quas prima ſui nominis litera ſignat, nil eo nobilius in inferiori cælorum ambitu contineri credendum euenit. Fit in homine inſuper omnium creaturarum epilugus, per ſignificationem ſecundæ ſui nominis literæ oſtenſus: quæ Daleth, dicitur, apud hebreorum numeros quaternarium deſignans, qui vniuerſi compendium in ſemetipſo concludit. Placet hoc vtique mathematicis, vnitatem puncto conuenire, dualitatem lineæ, Trinitatem ſuperficiei, quaternitatemque ſolido. At ſecundum huiuſmodi ſeriem, ſingula à Deo producta dignoſcimus: Vnitas enim Angelis datur, quia ſpiritali tantum natura gaudet: dualitas plantis, eò quòd eſſe, & viuere ſecundum vegetatiuam virtutem dicuntur habere: trinitas irrationabilibus ſenſu vigentibus, quia ſupra vegetare ſenſum habent; & quaternitas in homine completur, tanquam in ſolido quoddam perfectiſſimeque, nam & ſupra ſenſum rationale animal eſt. Cum autem in his quatuor creaturarum ordo conſiſtat, quæ homo in ſe mirabili Dei artifitio continet, vtique aſſerendum euenit, hominem cunctarum creaturarum compendium eſſe: idcirco

Tria principia apud Pythagorã.
Homo omnium creaturarum epilogus eſt.
Quaternarius numerus creaturis diſtributus.

Digitized by Google

Hermes. circo quoddam omne homo eſt: dixit Hermes. Item & ſingularum creaturarum perfectiones ſibi homo vendicat; quod per tertiam ſui nominis literam oſtenditur, quæ Mem, dicitur, & in hebreorum numeris, vel quadraginta, vel ſexcentum ſignificat. Nam cum duplici Mem, vtantur hebrei, aperta, videlicet, & clauſa; quarum primam in initio dictionis ponunt, & ſecundum in fine, duplici numerorum figuratione decorant. In vtraque numerorum ſerie, quod diximus de homine probatur. Nam quadragenarius numerus maritali aſcribitur copulæ, in qua maris, feminæque generandi perfectio viget: vnde & Philo Iudæus lib. quæſt. cap. 1. dubium mouet; cur quadragenarius Iſaach, Rebecham ſibi duxit vxorem? Reſpondetque quadragenarium numerum maritali copulæ tribui; cuius ratio eſt, quia ante quadrageſimum annum virtus naturalis ſumit augmentum, in quadrageſimo vero ſtatum ſubſtinet, & tunc naturalis virtus maiori promicat eminentia. Idcirco ætate illa homines generantur proceres, & robuſti quibus & antiqua maxime floruit ætas; omnes creaturæ in generationibus ſuis perfectiſſimæ dicũtur; perfectionis etenim eſt ſibi ſimilem generare, quæ ſi à generatione immunes eſſent, validiſſima perfectione carerent.

Philo.

Omnis creatura gignit

Angeli gignunt, quia notitiam, ſeu verbũ concipiunt, illudque pariunt; rei perfectiſſimam cognitionem habentes, ac ſibi inferiores Angelos illuminantes. Cælorum influxu cæleſtia moderantur, & infera. Elementa mutua generatione, corruptioneque ſeruantur, Lapides, & metalla effectus parturiũt admirabiles. Plantæ, & animalia quæque, ex naturali ſemine ſibi ſimilia progerminant. Hæc profecto habet homo, nam verbum concipit, gignitque; ſibi inferiora moderatur, & regit; in eo mille fiunt generationes, corruptioneſque; ac ex intrinſeca virtute, naturalique ſemine, ſibi ſimiles parit: igitur totius in eo vniuerſi perfectio refulget. Si vero & ſexcentenarium numerum in tertia ſui nominis litera qui conuenientior eſt accipimus (haud enim Mem aperta ad talem nominis formationem concurrit, ſed clauſa) vniuerſi perfectiones orbis in homine conſpicimus. Sexcentenarius enim perfectiſſimi ſenarij effigiem vendicat, quia ſex hecatontadibus, veluti ex ſex vnitatibus conflatur: quo vniuerſi huius numero creaturarum fit diſtinctio: nempe Angelorum, Cælorum, Elementorum, lapidum, plantarum, animaliumque omnium; quorum perfectiones exactiſſime homo complectitur: qui ſexta die creatus, ſex dierum operum meruit fieri compendium: per tertiam igitur ſui nominis literam totius creatæ naturæ in eo virtutes locari noſcimus; vnde non immerito homo quoddam omne dicitur, iuxta Hermetis ſententiam, ac penè veluti diuinum quoddam in Scripturis ſacris nominatum.

Creaturæ omnes ſenario diſtincta numero.

Hinc ſæpiſſime & Deum ipſum, hominis nomen ſibi vendicaſſe, noſcimus cum legimus; homo quidam erat pater familias, qui habuit duos filios: vbi ſub hominis ſignificatione Deum cognoſcimus, ac iterum homo erat pater familias, qui plantauit vineam, & alibi ſæpe. Cuius quidem ratio eſt, vel quia diuinum quoddam eſt homo, vel quia hoc inter corporalia maius omnibus nomen inuenitur; ac plus eſt homini, quod homo ſit dicere, quam aliud quodcumque ſibi nomen vendicare. Meſſiam, hominem appellauit Adam, non Deum; quaſi ſublimiori inter creata titulo illum decoraret; cum orto Caino, putans fortaſſe illum fore qui de ſerpentis calliditate vindictam, iuxta Dei promiſſa, ſumeret, dixit. Poſſedi hominem per Deum. Gen. 3. id eſt illum hominem poſſideo, per Deũ mihi promiſſum, qui ſi forte Meſſias ille fuiſſet, hominis nomine, Adamico ore inſignitus apparuiſſet. Nam & cuiquam titulus inſignior dari nequit; niſi hominem appellari. Nec Angelus ad Agar de Iſmaele loquens, dixit hic erit vir bellator, ſeu vir ſeuus; ſed hic erit ferus homo. Gen. 16. Et Aſſuerus Rex Mardocheum honorare deſiderans, accerſito Aman; Quid fiet (inquit) homini illi, quem Rex honorare deſiderat? Heſt. 6. Nec dixit, quid viro illi fiet, aut princ. pi, vel aliquid aliud huiuſmodi, putans honorabilius eſſe homini dicere, quod homo ſit, quam ſi dominus, vel princeps diceretur. Homo igitur iuxta nominis Adam calculationem diuinum quoddam eſt. At ſi hominis ethymologiam ſumpſerimus, ita vt homo ab humo dicatur, vtique tantum eſt homo dicere, quantum ſi nihil diceremus, ſacra atteſtante Scriptura. Verumtamen vniuerſa vanitas,

Quare Deus hominis nomen ſumit.

Gen. 3.

Gen. 16.

Digitized by Google

nitas, omnis homo viuens. Pſal. 38. & alibi. Homo vanitati ſimilis factus eſt, dies eius ſi- *Pſalm. 38.*
cut vmbra prætereunt. Pſal. 143. Taliſque vanitatis titulus impijs tantum hominibus da- *Pſal. 143.*
tur, hominis nomen penitus labefactantibus: cuius & homo in Euangelio deſcriptus ge-
rit effigiem, de quo dicitur. Homo quidã erat diues, qui induebatur purpura, & byſſo, &
epulabatur quotidie ſplendide. Erat, profecto, quia non eſt, vt impiorum ſententiam
conſequeretur. Vidi impium ſuper exaltatum, & eleuatum ſicut cedros libani, & tran-
ſiui, & ecce non erat: quæſiui eum, & non inuentus eſt locus eius. Pſalm. 36.

TEXTVS.

Et erat mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius vlceribus plenus; cupiens ſaturari de micis, quæ cadebant de menſa diuitis, & nemo illi dabat, ſed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius. Lucæ vbi ſupra.

Quid diues impius, & Lazarus pauper, & patiens, myſtice, allegoriceque nobis deſignent iuxta Euangelij literam.

VTique myſtice, & allegorice Euangelica hiſtoria multa deſignat in litera, licet *Ireneus.*
Ireneus lib. 4 aduerſus hereſes, geſta ſimul, & dicta literæ ad parabolam ver-
tat non ad hiſtoriam, cui & Tertullianus aduerſus Marcionem eſſentire vide- *Tertull.*
tur; diuitem putans Herodem deſignare, Lazarumque pauperem Ioannis Ba-
tiſtæ figuram gerere. Quibus & Cyrillus in Leuiticum lib. 9. & Chriſoſtomus *Cyrillus.*
hom. in huiuſmodi Euangelij litera; etiam & Hieronymus in Epiſt. de obitu Bleſillæ, & *Chriſoſt.*
in Epiſt. de exitu Leæ, vnanimiter aduerſantur, dum & Euangelium nil parabolice habe *Hieronym.*
re aſſerunt, ſed vere ad hiſtoriam pertinere. Adeſt adhuc, & Abdiæ Babilonici teſtimo- *Abdias.*
nium, quo & tota Euangelij deſcriptio, hiſtoriam eſſe, demonſtratur. Aſſerit enim filium
mulieris viduæ apud Niniuen Ieſum ſuſcitaſſe, qui ad lucis huius ſpiramine rediens, diui-
tem illum de quo Ieſus in Euangelio loquitur, in inferno clamantem audiuiſſe teſtabatur,
nec non & Abraham talia verba rediddiſſe. At vero quid huiuſmodi præſignet hiſtoria
fortaſſe inueſtigare licebit: quando quidem & diues (Gregorio teſte) ad Iudaicum refer- *Gregorius.*
tur populum, & mendicus Lazarus ad gentium multitudinem, Quod & Baſilius aſſerit, *Baſilius.*
Pſal. 32. exponens. Diuites æguerunt, & eſurierunt. Diuites quidem Iudæi in Abraham *Diues He-*
patre ditati, qui diues valde fuit in poſſeſſione auri & argenti. Gen. 13. Locupletius inde *braicũ deſi*
in Iſaach, Iacob & Ioſeph totius Aegypti principe: at multo exuberantius in exitu Iſrael *gnat popu-*
de Aegypto, præcioſa quæque inde ferente. Verum completius diuitiarum cumulum al- *lum, & La*
ſequutus eſt Iſrael, tellurem Chananæorum ingreſſus, qui tandem miſerrime eſurijt, poſt *zarus gen-*
mortẽ Reſurrectionemq; Domini, funditus euerſus, & in alienigenarũ gentium humo di *tilem.*
ſperſus. Notat & diues tyrannorum mundi cetum, impiorumque principũ antiquorum
multitudinem. Quod & adſtruit Hieronymus ſup. Zacha. 11. illud exponens. Paſce pe- *Hieronym.*
cora occiſionis, quæ qui poſſederant occidebant, & non dolebant, & vendebant ea, di
centes. Benedictus Dominus, diuites facti ſumus, & paſtores eorum non parcebant eis.
Quod de Romanorum principibus Iudæos diripientibus, vendentibuſque dictum inter-
pretatur. Lazarus autem mendicus & pauper, Dei ſanctos perſequutionibus deſignat af- *Sancti Dei*
flictos. Profecto purpura, & byſſo, Iudæorum populus induebatur, quia regali fulgebat, *in Lazaro*
in purpura deſignata, ſacerdotalique in byſſo maieſtate. Quibus & Salomonis illud ap- *paupere fi-*
plicatur. Byſſus, & purpura indumentũ eius. Prouerb. vlt. Et epulabatur quotidie ſplen- *gurati.*
dide, terræ Chananæorum fructibus cibatus. Quod quidem & in antiquis euenit prin-
cipibus, purpura iam indutis, quia ſanctorum Innocentium ſanguine tingebantur; & byſ-
ſo, quia Eccleſiæ bona prædabantur; epulabanturque quotidie ſplendide, ventri, eiſque,

quæ

Digitized by Google

quæ ventris ſunt incũbentes. Et erat mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam diuitis vlceribus plenus, cupiens ſaturari de micis quæ cadebant, de menſa diuitis, & nemo illi dabat. Gentilis quidem populus ægeſtate nimia laborabat, Deum ignorans, ad ianuam legis iacens: ianua etenim populi Iſrael legem ſignificat, quod Gregorio placet, ſup. Ezech. hom. 3. vbi per tabernaculi portam, legem interpetratur. Vlcera vero quibus grauabatur, horribilia viſu erant, nam & ſi horribilius quid poſſit agnoſci; quod eſt à Deo auerti, adhuc non noui. caneſque vlcera lingebant, ſcilicet, dæmones, quia ſanare nequibant; oblectabant tantum, quia perdere ſtudebant. Cupiebat autem gentium populus veri Dei aliquantulũ legem agnoſcere, vt fortaſſe micis veræ ſapientiæ ſatiaretur, ſed nemo illi dabat, nam populus ille tumens, gentes putabat à ſalute alienos. Fuit etiam & Sanctorum cetus quaſi Lazarus apud tyrannos, vt qui eos pro Chriſti fide perſequebantur, vlcera videntes fortaſſe mouerentur ad fidem, ſed nemo illorum Euangelicæ prædicationi præbebat auditum, ſed tantum fideles qui à gentibus putabantur, vt canes vlceribus ſanctorum medebantur, quod dicat Sebaſtianus, & cæteri ſanctorum. Factum eſt autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinu Abrahæ. Mortuus eſt mundo gentium populus; quod per prædicationem Apoſtolorum factum eſt, portatuſque ab Angelis poſt fidei ſuſceptionem in ſinu magni Dei, teſtis ſit Catharina mihi, cuius anima in cælum euolante, corpus ab Angelis in Sina monte eleuatum eſt, veræ eleuationis inditium cæterorum Sanctorũ, per manus Angelorum in monte regni Dei. Factum eſt etiam, vt poſt prædicationis curſum, ac bonorum operum conſummationem, & ſinguli ſanctorum, poſt huius vitæ mortem portarentur in cælis. Mortuus eſt autem diues, & ſepultus eſt in inferno. Sæpius ob impia ſua facinora mortuus eſt Iudæorum populus, quorum & die vna viginti tria millia ad mortẽ vſque percuſſit Moiſes. Exo. 32. Inde ſub gentium ſæpe ditione conſtitutus, crudeliſſimis eſt cladibus affectus, ſed tunc ad veram internitionem peruenit, cum filium Dei dannauit ad mortem: tunc vere mortuus eſt diues, & ſepultus eſt in inferno, vtraque ſcilicet, corporis, animæque vita priuatus. Quod de antiquorum principium, & tyrannorum in inferno ſepultorum, adhuc verificatur. Clamat hodie Iudæorum populus ad Deum. Mitte Lazarum, ideſt, mitte Meſſiam, quorum oratio vertitur in peccatum, quia quod iam olim venit expectant. Et qui in inferno truſi ob ſanctorum ſanguinis effuſionem, auxilium in tormentis appetunt, ſed non eſt qui audiat, quia in inferno nulla eſt redemptio.

Gregorio.

Ianuam diuitis, legem deſignat.

Exo. 32.

FERIA VI. SECVNDAE DOMINICAE IN QVADRAGESIMA.

TEXTVS.

Homo erat pater familias qui plantauit vineam, & ſepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, & peregre profectus eſt. Matth. cap. 21.

Quòd prædictæ vineæ parabolæ initium, Chriſti filij Dei paſſionem, & mortem figurat:

MVlta quidem ſacrarum Scripturarum teſtimonijs vineam deſignare comperimus, nam & Hieronymus ſup. Zacha. 3. & Ambroſius 4 de fide cap. 7. in vinea, ſeu vite, Chriſtũ aſſerunt ſignificari, ex quibus etiam hauſit & Georgius. Cant. 1. tomo. 7. cap. 21. quòd vinea quam dominus ex Aegypto tranſtulit, Chriſtus eſt ex hoc mundo tranſlatus ad patrem, cui & illud. Pſal. 79. aptatur. Vineam de Aegypto tranſtuliſti, eieciſti gentes, & plantaſti eam. Nam & mundus hic, vt cuilibet recte intuenti patet aptiſſime in Aegypto deſignatur: vnde vineam dominus tranſtulit, cum Chriſtum, qui vitis vera eſt, poſt mortem, in immortalitatem aſſumpſit:

Hieronym.
Ambroſius
Fran. Georgius.
Pſal. 79.
Vinea Chriſtus dicitur.

Digitized by Google

ſumpſit: gentium falſam eiecit adorationem, & per fidem Chriſtum in cordibus fidelium plantauit. Vinea igitur ſic exiſtente parabolæ Euangelicæ interpetratio adeſt: quòd pater familias Deus plantauit vineam, quia poſuit Chriſtum filium ſuum in mundo. Sepem circundedit ei. Spinoſa quidem ſepis eſt, vt qui ad eam acceſſerit pungatur. Spinoſa iam ſepe circumuolutus eſt Chriſtus, quia doloribus vndique circunſeptus; cuius caput ſpinis inuolutum cernimus. Nam milites plectentes coronam de ſpinis impoſuerunt capiti eius. Matth. 16. Et fodit in ea torcular. In Chriſti vinea torcular paſſio fuit, qua redemptionis humanæ muſtum ſuſcepimus: vnde in Iſaia ſcriptum reperimus. Torcular calcaui ſolus. Quia acerbiſſimæ paſſionis, & mortis torcular ſola humanitate calcauit. Vel nec vnum tantum torcular in Chriſto perſpicimus; quia iam torcularia multa ſunt, è quibus optimum nobis gratiarum vinum effluxit: quæ nec alia eſſe puto, niſi vulnera illa ſanctiſſima, quibus afflictus præmebatur in cruce. Vnde Ambroſius in Luc lib. 9. cap. 20. Quomodo intelligimus quid ſit torcular; niſi quia forte pſalmi de torcularibus inſcribuntur, eò quòd in his myſteria Dominicæ paſſionis, modo muſti ſancto feruente ſpiritu prophetarum, redundantius æſtuauerint? Denique ebrij putabantur, quibus Spiritus ſanctus inundabat. Ergo & hic fodit torcular, vbi Dominicæ paſſionis relucet acerbitas, in plagis, ſcilicet ſacro cruore redundantibus, quas per manus fodit impiorũ, quando eas in Chriſto confodi permiſit. De quibus pſaltes. Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumeranerunt omnia oſſa mea. Et ædificauit turrim. Quæ beatitudinis eminentiam ſignificat: Chriſtus etenim licet erat corpore patiens; anima tamen beatificabatur in verbo. Seu turris crux fuit, in qua Chriſtus pendens, morte mortem abſoluit; vt ſcriptum eſt, ò Mors ero mors tua, morſus tuus ero inferne. Locauit tandem eam agricolis, cum Ieſum Deus hominibus Saluatorem tradidit. Et peregre profectus eſt; quia medicamen aliud humanis infirmitatibus non promiſit; ſed in Chriſto omnia cõpleuit. Hanc ergo ad Chriſtum habet parabola relationem.

Spinoſa ſepis coronã Chriſti deſignat. *Matt. 16.* *Torcular paſſionem Chriſti figurat.* *Ambroſius* *Pſalm. 21.* *Turris beatitudinem Chriſti præmonſtrat.*

Quòd vineæ plantatio ad Angelicam refertur naturam, eiuſque creationem, & ſtatum.

HAud quidem ab re afferendum euenit, quòd vinea, quam potentia ſua pater familias plantauit, iuxta Euangelij parabolam ad Angelicam poteſt referri naturam; quandoquidem & hoc Origenes Adamantius ſentire videtur, Angelicas virtutes ad vineam referens, ſuper Cantica Canticorũ, hom. 4. Nam creaturas Deus ad extra producens, veluti familiam ſibi electiſſima, Angelicas creauit poteſtates, priuſquam quicquam faceret à principio; vt ſcriptum eſt; Ante omnia creata eſt ſapientia. Eccleſ. 1. Quod de Angelica natura dictum agnouimus. Pater familias, igitur, Deus plantauit vineam, quando eoſdemmet Angelos produxit: qui & familia Dei ſunt, ſimul & vinea. Ex eis etenim amoris eximij expectabatur vindemia. Et ſepem circundedit ei. Sepis natura eſt, vineam certis claudere limitibus, ne vites hinc inde ad aliena ramos extendant: voluit quidem Deus certis Angelos claudere terminis, ideſt obedientiæ legibus, vt ſe Deo inferiores agnoſcant, ſepis vtique lex eſt; vt infra patebit. Et fodit in ea torcular. Ex vineæ torculari muſti iucunditas adipiſcitur, & dulcedo: Angelorum autem iucunditas, ſimul & puritas in Deum, amoris erat ardoribus explicanda, amor vero in voluntate moratur, indeque completiſſime naſcitur. Vinum igitur amor eſt, & torcular voluntas: vt voluntarie Deo ſeruiant, obediantque: fodit ergo Deus in Angelis torcular, quia amoris ardores ſpirantem eis tradidit voluntatem. Et ædificauit turrim. Nonne ex turri quicquid in vinea eſt, quiſque ſpeculari valet? Si ad hoc in vinea, turris conſtituitur; in Angelorum natura, turris fortiſſima, eorum cognitionem figurat: cognoſcunt enim Angeli ſemetipſos, vineam eſſe domini, & quæque Deus eis altiſſima pandit. Tantum ergo valet dicere, in natura Angelorum Deus turrim ædificauit,

Origenes. *Vinea ad Angelicam refertur naturam.* *Eccleſ. 1.* *Lex in ſepe deſignata.* *Torcular voluntatē deſignat angelorum.* *Cognitio Angelorũ in turri figurata.*

Digitized by Google

quantum eſt aſſerere, lumen dedit eis cognitionis altiſſimum. At ſi turris ad vineæ ſecuritatem ædificatur, ac in Angelis ex beatitudinis fonte omnis profluit ſecuritas, quam non habebant, antequam beatitudinis turris in eis ædificaretur: dicendum tantum eſſe dicere, turrim ædificauit, ac ſi dedit Deus Angelis beatitudinem. Et locauit eam agricolis. Angelorum natura haud alijs agricolis eſt locata, niſi ſibi ipſis, qui & agricolæ dici poſſunt, nam Deo aſſiſtunt, miniſtrantque, & circa æterni opificis obedientiam operantur. Cumque Deus Angelos tanquam ſibi electam vineam creaſſet, obedientiæ legibus, veluti ſepem munitiſſimam eis circundediſſet; torcular amore flagrantis volũtatis effodiſſet; turrim altiſſimæ cognitionis, vel ſecuriſſimæ beatitudinis electis ſpiritibus, ædificaſſet, ac in propria domus ſuæ libertate dimiſiſſet, peregre profectus eſt, eos in hac vltima perfectione relinquens. Nec aliquid amplius ad ſuæ perfectionis neceſſitatem, eos expectare conſtituit. Si quid enim adhuc Angeli expectarent, haud eſſent profecto ſumma perfectione potiti, quin potius expectationis afflictione pænati; iuxta illud. Spes quæ differtur affligit animam. Prouer. 13.

Prou. 13.

Quòd tota vineæ plantatio, eiuſque (iuxta Euangelij verba) perfectio, Sanctæ Eccleſiæ formationem perfectionemque deſignat.

Origenes.

EXuberans profecto nimis in Euangelio vinea proponitur, quam & floribus vernantem, botrorumque copia dulciſſima redundantem agnoſcimus. Quæ & inter diuerſa myſteriorum ſignificata, adhuc ſanctæ Eccleſiæ figuratioñe præſignat. Origene ſup. Gen. hom. 17. hoc aſſerente. Vinea etenim multis extat vitibus conſtituta, quæ faciliſime Eccleſiam fidelium multitudine coadunatam figurat. Quam pater familias Deus ſibi plantauit in vineam. Ad quid enim poſt Adæ lapſum fidem oſtendit futuri Meſſiæ? Ad quid ex aquis diluuij tantum Noæ familiam eripuit? Ex Vr Chaldeorũ Abraham liberauit? Ex morte patria manu inferenda Iſaach abſtulit? Ex perſequutionibus Eſaù Iacob protexit? è carceribus Ioſeph eduxit? In manu vaſida filios Iſrael ex Aegypto aſcendere fecit? Eos è tot inimicorũ agminibus contutatus eſt? Filium ſuum miſit in mundum? Eundem Apoſtolos de mundo eligere præcepit? Illos per vniuerſum mitti voluit? Euangelium gentibus prædicari conſtituit. Et ad quid alia innumerabilia in hominum ſalutem operatus eſt? Quia nempe Eccleſiam ſibi in vineam electam plantare complacuit. Nec tantum pater familias Deus plantauit vineam, ideſt, Eccleſiam, ſed & ſepem circundedit ei. Sepes quidem in vinea ponitur, vt ab hoſtibus ſit in tutelam. Haud vna tantum, verum multæ ſunt in Eccleſia ſepes, & ab hoſtium inſidijs ſecura permaneat. Nam & Angeli animarũ cuſtodes, Eccleſiæ ſepis quoddammodo eſſe dicuntur, diabolicas arcentes poteſtates, earumque potentiam coercentes, ne fidelibus mala inferant, aut Dei verbum ex ipſorũ cordibus tollant. Idcirco ſcriptum reperimus. Super te Hieruſalem poſui cuſtodes, tota die & nocte non tacebunt laudare nomen domini, cuſtodes quidem vineæ Angeli ſunt, quibus & ſepis nomen haud inconuenit, quando quidem & ſepis in cuſtodiam datur. Sepes etiam Eccleſiam Dei tenentes, hoſteſq; acutiſſimis rationibus pungentes, ſancti Doctores ſunt, qui hereticos Eccleſiã Dei ingredi non ſinunt, ne forte fideles rapiant, mactent, & perdant. Et fodit in ea torcular. Nonne & Sacramenta Eccleſiæ torcularia nuncupantur, ex eis etenim perfectiſſimum nobis gratiarum vinum emanat, quo munimur, interius, exteriuſque fortificamur? vt ad æternum Dei montem facilius pateat aſcenſus? Et locauit eam agricolis, ideſt, prælatis, rectoribuſque vigilantiſſime in Eccleſia laborantibus. Et ædificauit turrim, quæ profecto altiſſima eius conuerſatio eſt: licet enim in terris habitet, tamen aſſerente Paulo, in cælis conuerſatur. Cumque Dominus ſic Eccleſiam exornaſſet, peregre profectus eſt, in cælum vtique, quando glorificata humanitate ad dexteram patris in excelſis euolauit.

Vinea Eccleſiam deſignat.

Angeli ſepis nomine deſignãtur

D. Doctores in ſepibus figurati.

Sacramenta torcularia quadã dicuntur.

Quòd

Quòd Patriarcharum, Prophetarumque vniuerſitas in vinea quam pater familias plantauit, figuratur.

VEre in domum patris mei manſiones multæ ſunt, faſſus eſt mundi Redemptor, domus enim patris Scriptura ſancta eſt, manſiones autem multæ ſcripturalium ſenſuum diuerſitas. Cuiuſmodi & patris familias vinea eſt; quæ plus continet, quam fandi facultas explicare ſufficit. Siquidem & Patriarcharum, Prophetarumque cetum ſignificat, de quibus Bernardus ſup. Cant. ſerm. 60. fatetur, quòd vineæ florentes, quæ dederunt odorem ſuum, Patriarchas ſignificant, & Prophetas, qui odorem aduentus Chriſti dederunt, incarnationis myſteria varijs verborum coloribus præfigurantes. Pater familias igitur Deus, plantauit vineam, ſcilicet, Patriarchas, Prophetaſque in orbe conſtituit, qui vineæ nomine gaudent, vt Cant. 8. Vinea facta eſt dilecto, in ea quæ habet populos. ad populos quidem Iſrael facta eſt Patriarcharum, Prophetarumque vinea: quia veluti electiores vites præ cæteris ſibi dominus in vineam elegit. Nam & ex medio Chaldeorum elegit Abraham, ex domo Abrahæ elegit Iſaach, ex domo Iſaach elegit Iacob, ex domo Iacob duodecim elegit Patriarchas, ex his Moiſen, & ſic ad aduentum vſque Meſſiæ ſemper ſibi Patriarcharum, & Prophetarum electiſſimam vineam conſtituit. Ex qua ſi materiale vinum quærimus, ecce Regum Iſrael impietate, Prophetarum ſanguinis effuſio nefaria: ſi ſpirituale, ſcripturarum documenta mente reuoluantur. Concinne igitur Euangelij vinea Patriarchas, Prophetaſque figurat; tantumque eſt dicere; Pater familias plantauit vineam, ac ſi Deus Patriarchas, Prophetaſque poſuit in mundo. Et ſepem circundedit ei. Munit ſepis vineam, & ſpiritus Dei Patriarchas muniuit, & Prophetas. Ecce Dei ſpiritu munitus Abraham, Chaldeis ne ciuitas, & turris in opprobrium Altiſſimi conſtrueretur reſiſtit. Philone Iudæo teſte, lib. de migratione Abrahæ, Iſaach nationes, apud quas peregrinatus eſt ſuperat. Iacob machinatam à germano mortem vitat. Ioſeph paratum à fratribus malum calcat. Moiſes Pharaonem ſternit. Iudices Iſraelis hoſtes comprimunt. Dauid Philiſteum Goliath perimit. Elias aduerſus Acab, & Iezabel inſurgit. Et hæc vnde? Quia ſepem circundedit eis. Et fodit in ea torcular. Profluit quidem ex torcularibus vinum, quod inquantum mentes hebetat, inebriatque, altas Dei promiſſiones figurat: quæ Patriarcharum, Prophetarumq; omnium mentes inebriauere dulciſſime; hilareſque apprime reddidere: de quibus Cant. 2. Introduxit me Rex in cellam vinariam ordinauit in me charitatem. Introduxit enim Deus in ærarium promiſſionum ſuarum, vniuerſam Patriarcharum, & Prophetarum multitudinem, quos futuræ redemptionis amore inebriari dimiſit. Promiſſiones igitur Dei quæ ſuauiter iuſtorum mentes inebriant, vini torcularia dicuntur. Et ædificauit turrim. Turris quæ vineæ interiora, & exteriora contemplatur, altiſſimam Patriarcharum, & Prophetarum contemplationem præmonſtrat, idcirco cum legimus. Edificauit turrim, ideſt, altiſſimam dedit Patriarchis, & Prophetis, præteritorum, futurorumque contemplationem. Et locauit eam agricolis. Fidelis quiſque agricola dicitur, qui Patriarcharum, Prophetarumque dicta orthodoxa veritate interpretatur, vt ex eis ſaluberrimum animæ fructum ſuſcipiat. Et peregre profectus eſt. Poſtquam enim legem, & prophetias dominus dedit, nos vt illis ad ſalutem inſtruamur, libera charitate dimiſit.

Domus Dei ſacra Scriptura.

Bernardus.

Vinea, Patriarcharũ, & Prophetarũ multitudinẽ notat.

Cant. 8.

Sepis ſpiritum prophetarũ figurat.

Philo Iud.

Promiſſiones Dei in torcularib⁹ præſignata

Cant. 2.

Turris prophetarũ cõtemplatio eſt.

Quòd lex quam ad regendos mores, Deus hominibus tradidit, myſterioſiſſime in vineæ parabola deſignatur.

ADeſt & Hilarij admirabilis doctrina illa ſup. Matth. Can. 5. qua ſanctiſſime inſtruimur, quod vinea, ad quam excolendam operarij miſſi ſunt, lex eſt ad cuius obſeruantiam omnes oportet in hac vita laborare. Quòd vero præſentis Euangelij parabola huic

Hilarius.

Digitized by Google

Lex Dei in vinea deſignatur.

aptatur vineæ, palam eſt: nam & Pater familias plantauit vineam, quando mortalibus Deus legem inſtituit. Quæque vitis quippe ſecundum proprietatem vuarum fructus producit: ita & ſacra lex quæ præceptorum multitudinem, quaſi vitium palmites continet ex vnoquoque mandato diuerſos perfectionum, virtutumque fructus progerminat. Decem porrò præcepta legis enumerantur, quorum fructus dulciſſimi, quos illa parturiunt; nam ex vnius Dei cultu, multorum Deorum error aufertur. Vnde & mens in duas partes minime claudicans, Deum vnum in hoc mundo diligens, futuræ beatitudinis munus expectat. Ex feſtorum celebratione ſæcularium curarum aufertur ſollicitudo; mens enim eo tempore quæ Dei ſunt cogitat. Ex parentum honore Dei dilectio acquiritur, cum vitæ longitudinis additamento, vt ſcriptum eſt: Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt ſis longeuus ſuper terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi. Exo. 20. Non occidens, æterna non occidetur morte. Qui non mechatur, caſto connubio, deitate fruetur. Si furta quis vitat, cæleſtibus augebitur diuitijs. Falſitatem fugientes, æterna veritate nectentur. Alienorum nil concupiſcentes æternis bonis perfruentur. Ecce quos nam fructus, hæc legis ſacra vinea parturit, quorum dulcedines ſacra Scriptura commemorat. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te. Pſal. 30. Cum igitur tot fruguum copia lex ſacra redundet, recte vinea dicitur, quam Pater familias Deus plantauit. Et ſepem circundedit ei. Quod intra ſepem clauditur ſecundum voluntatem domini moratur, & qui intra ſepem operatur, verus domini operarius eſt, qui vero extra, à domino mercedem non expectat; ſepes habet lex, id eſt terminos, vſquequo eius extenditur interpetratio, nec vltra conſtitutos interpetrationis terminos, ſine interpetrantis periculo, legis intelligentia poteſt alterari. Et fodit in ea torcular. fruguum vineæ copioſa dulcedo, per torcularis præſſuram guſtatur; vtique dulciſſimos legis fructus agnoſcimus, verũ nil quiſpiam ſuſcipiet, ni per laborum præſſuram legis præcepta ſeruabit. Eſt enim legis torcular labor, & dolor in præceptorum obſeruantia. Et ædificauit turrim. Nil turris ſecum de vineæ natura ſubſtinet, ſed tantum vineam reddit digniorem; vt qui in vinea ſunt, turris inſignia videntes, dominum vineæ timeant; & qui forinſecus aſtant, vineam aliunde, niſi per oſtium, ingredi non præſumant. Ita quidem Prophetæ, Apoſtoli, Doctoreſque legem domini hominibus prædicantes, nil de natura legis habent, ſed ſcriptores tantum, & doctores ſunt; at qui intra legem viuunt, illos tam ſedulo legem obſeruaſſe inſpicientes, legis authorem Deum fore timendum intelligant; & qui forinſecus degunt, ſub nefarijs ſceleſtiſſimiſque ſectis, non aliunde ſciant ſacræ legis intelligentiæ aditus aperiri, niſi iuxta tantorum virorum orthodoxa interpetratione. Turrim igitur lex habet, ſcilicet, ſcriptorum, interpetrumque ſuorum excellentiam. Et locauit eam agricolis. Legis Dei Agricolæ, verbi Dei haud auditores tantum, ſed factores ſunt, vt enim agricola operatur, hyemiſque tempore laborat, æſtiuorum fruguum carpendi cupiditate illectus: ita dum mortalibus vita comes eſt, in legis obſeruantia laboret, vt beatitudinis vindemia ditetur. Et peregre profectus eſt. Quia in manu conſilij ſui, vt ſecundum legem viuat relictus eſt homo.

Præceptorũ Dei fructus vberrimi.

Exo. 20.

Pſalm. 30.

Legis interpetratio ſepis dicitur.

Torcular, legis obſeruantia eſt.

Legis excellentia deſignatur in turri.

Quòd Scriptura ſacra, in vinea quam Pater familias plantauit exactiſſime figuratur.

Gregorius.

Sacra Scriptura in vinea figuratur.

OFfertur quidem ſub vineæ nomine ſacræ Scripturæ allegoria, Gregorio teſte, moral. lib. 16. cap. 23. Quæ per ſententiarum veritatem, botros producit virtutum. Hinc Euangelicæ parabolæ litera, quomodo ſit ſacra aptanda Scripturæ ſpeculari licet. Nam Patrem familias vineam plantaſſe legentes; Deum ſacram Scripturã condidiſſe interpetrari fas eſt. Vinea itaque Scriptura ſacra eſt, cuius fructus vberrimi. Sicuti enim diuerſas vuarum ſpecies, quibus humanus delectatur guſtus vinea producit; ita vt intellectibus diuerſa inferat. Scriptura delectamen-

Digitized by Google

ſtamenta, varia mirabili dicendi lepore pertractat, diſcutitque. Qui etenim antiquarum hiſtoriarum cognitione oblectatur, Geneſeos librum legat: qui antiqua prodigia Exodum: qui leges, iuditia ceremoniaſque Leuiticum, Numerorum, & Deutorononiũ. Qui militares exercitus, librum Ioſue. Qui paſtoralia cupit, videat Abel paſtorem ouium; Abraham, Iſaach, & Iacob paſtores: videat Iudam ad tondendas oues in Tamnas aſcendentem: Ioſeph filium Iacob; qui cum ſexdecim eſſet annorum paſcebat oues cum fratribus ſuis: Moiſen interioribus deſerti oues paſcens Ietro ſoceri ſui: Dauidem, alioſque paſtores. Qui agrorum cultura delectatur, Iſaach videat meditantem in agro, Booz cum meſſoribus frumenta metentem, Gedeon in area frumenta triturantem, cultoreſque agrorum per multos. Qui virentibus vineis, hortiſque iucundatur, hiſtoriam videat Noe plantantis vineam: Nabaoth inſpiciat vineam, pro qua lapidatus eſt: hortum nemuſque videat Aſſueri regis; item viridaria, hortos, & nemora Salomonis: etiamque Suſannæ pomerium. Qui venationibus gaudet, montiumque ſublimia perambulare lætatur, Ieſum Dei filium inſpiciat, qui vt delectabili aucupio animas venetur, humanas, inferiora deſerens, montes ſæpius aſcendit. Videat & Balaam qui vt Iſraeli benediceret, montium cacumina petijt. Sic Elias alijſque plurimi montes incoluerunt. Quorum animus ad hominum viſendam fortitudinem gliſcit, Iacob inſpiciant, cum Angelo luctantem, Moiſen cũ Pharaone contendentem, Ioſue Chananæos percutientem, Sanſonem Philiſteos occidentem, Dauidem Goliath necantem; Iudam Machabæum fortiter præliantem, cæteroſque de quibus ſcriptura magna profert encomia. Qui mulierum fortitudinem noſcere optat, vxorem videat Heber Cinei, Siſaram clauo temporibus infixo perimentem. Iudith Holofernem proprio gladio obtruncantem. Nec deſunt in Scripturis ſacris amores ardentiſſimi, vt amor Amnon filij Dauid in ſororem Thamar, Amor Dauid in vxorem Vriæ, amor Salomonis in mulieres multas, amor Aſſueri regis in Heſter, multorumq; aliorum, quorum quidam caſti, quidamque execrabiles extitere, occulto tamen myſterio non carentes. Videntur etiam in Scripturis ſacris bellica multa, pietates, miſericordiæ, iuſtitiæ, miracula, & ſigna, quæ humanus non valet intellectus concipere; multaque ſacra Scriptura continet, quæ iam mortali lingua haud facile explicanda eueniunt. Ecce igitur quam præcioſa vinea Sriptura ſacra eſt, quæ vt ad ſui ſtudium ſingulos alliciat, diuerſos profert ſententiarum, hiſtoriarumq; fructus; cui bene aſcribitur, Pater familias plantauit vineam, ideſt Deus omnium pater ſacra condidit Scripturam. Et ſepem circundedit ei. Sepis proprium eſt, ſuis vineam claudere limitibus, eamque fortiorem reddere. At quæ nam ſacram Scripturã ſepis claudit, fortificatque? nonne veritas ob quam ipſa impugnari nõ poteſt? Si ergo veritas ſacram munit Scripturam, tantum eſt dicere: ſepem circundedit ei, ac ſi eſſet aſſere, omnia dominus ſacræ Scripturæ ſub fideliſſima veritate concluſit. Et fodit in ea torcular. Nonne ad hoc foditur in vinea torcular, vt depreſſæ vuæ affluẽter vinum emittãt? Iam aliud in ſacra Scriptura torcular noſcere nequeo, niſi vera eius interpetratio. Cũ etenim ſacræ Scripturæ ſentẽtiæ in veræ interpetrationis torculari premũtur, abſconditorũ arcanorũ exuberantius vinũ emittunt. Vinum ergo occulta ſcripturarũ arcana ſunt, at quia iſta aliunde non exeunt, niſi ex ſacra Scriptura, per veræ interpetrationis preſſuram; dicendũ quòd ſacræ Scripturæ torcular vera eius interpetratio eſt. Et ædificauit turrim. Num poteſt in inferioribus quiſquam rectè, quæ in vinea ſunt ſpeculari? Minime quidem, ſed turrim aſcendere oportet; ita qui inferioribus permanet literæ, haud vtique ſcripturam interpetrari valet, litera enim (teſte Paulo) occidit, ſpiritus autem viuificat. Deſerat ergo quiſque literam, & ad ſpiritus altiora conſcendat, vt occulta myſteriorum arcana proſpiciat. Ait enim Dominus. Scrutamini ſcripturam, & ipſa teſtimonium perhibebit de me. Ioan. 5. Nec ait legite ſcripturam, legere enim eſt tantum literam conſiderare; ſed ſcrutamini per ſpiritus eminentiam. Hæc igitur ſacræ Scripturæ turris eſt, ſcilicet, ſpiritus altitudo. Et locauit eam agricolis, Agricolarum munus eſt ſpinas euellere, & omnia quæ vineæ fructus impediunt tollere, vineamque

SacraScriptura diuerſa pertractat.

Veritas ceu ſepis ſcripturã claudit.

Ioan. 5.

Spiritus eminentia in turri deſignatur.

ſemper

Digitized by Google

ſemper bene cultam conſeruare. Sacræ Scripturæ vineam hoſtes aliquando ſuperſeminantes zizania, ſpinaſque plantantes accedunt; opiniones puta erroneas, hereſeſque prauas; at Catholici, ſanctique patres, veræ intelligentiæ ferro, falſa quotidie euellere ſatagunt, ne ſub his diabolus latens, animas mordeat fidelium, occidatque. Patres ergo quibus ſacræ Scripturæ dominus culturam commiſit, agricolæ ſunt quibus vinea locata eſt. Et peregre profectus eſt. Quia in excelſa maieſtate dominus ſedens, ſacræ Scripturæ publicationem prædictis commiſit agricolis.

Iſychius.

Quòd in parabola Euangelica vinea, tota Euangelica doctrina conſtructio, & prædicatio figuratur.

Euãgelica doctrina in vinea figurata.

HAud quidem Euagelium vineam vocari poſſe interpetrari conarer; ni Iſychij præsbyteri ſuper Leuit. 25. teſtimonio inniterer, cui & Euangelicam doctrinam in vinea figurari aſſerit: Quod quam lepide in Euangelij parabola, quæ de vinea eſt deſcribatur ſubtilius perſcrutandum occurrit. Nam pater familias Deus, inter alias quas, plantauit vineas, etiam & Euangelicam voluit plantare doctrinam. Quæ ex hoc vinea dicitur, quia veluti per vinum vinea bibentes inebriat, vireſque multiplicat, augetque, ſic & Euangelicæ doctrinæ potu, patiendi pro Chriſto voluptate ebrij. fideque fortes, quaſi ad epulas inuitati, ſancti Dei gaudentes ducebantur ad mortem.

Fructus Euangelici dulciſſimi. Matth. 5.

Quæ autem Euangelicæ vineæ vites ſint, è quibus vberrimi vuarum fructus emanant, præcepta, conſiliaue puto, atq; illorũ ſingula, quæ in Euangelio explicantur: vt ſunt, paupertas, manſuetudo, luctus eſuries, miſericordia cordis mũditia, pax, & perſequutio: è quibus dominus beatitudinis fructus emanare promiſit. Nam & ex paupertate regnũ Dei profluit, dicente Domino, Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorũ eſt regnum cælorum. Matth. 5. ex manſuetudine, incorruptibilis terræ poſſeſſio. Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram. Ex luctu conſolatio. Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabũtur. Ex eſurie, ſitique ſatietas. Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiã, quoniam ipſi ſaturabuntur. Ex inferiori miſericordia, miſericordia ſuperior. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Ex cordis munditia, clara Dei viſio. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Ex pace Dei filiatio. Beati pacifici quoniam filij Dei vocabuntur. Et ex peſequutionibus certa regni poſſeſſio. Beati qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.

Matth. 5.

Vetus teſtamentũ veluti ſepis noua legis eſt.

Hæ vineæ vites ſunt ex quibus hi fructus dulciſſimi profluunt: vnde recte Euangelica doctrina vinea dicitur, de qua in parabola; Pater familias plantauit vineam, quia Deus Euanlicam doctrinam plantauit in mundo. Et ſepem circundedit ei. Si vt ſæpius dixi, ſepis eſt, quæ vineam munit, quæ nam ſepis Euangelicam doctrinem circuncingens, & muniens eſt? Nonne vetus teſtamentum, per quod quicquid in Euangelio eſt comprobatur? Si ergo Euangelij omnia, veteris teſtamenti veritatibus figurantur, comprobanturque, ſepis Euangeliũ circuniungens vetus teſtamentum eſt, quod & dominus his verbis oſtendit. Non veni ſoluerelegem, ſed adimplere. Et fortaſſe nec aliquid in Euangelio eſt, quod prius vel figuratum, vel promiſſum in veteri teſtamento non eſſet. Erat ergo vetus teſtamentum ſepis intra quam Euangelica vinea erat plantanda. At quid in vinea fruſtus profert, ſepis an vitis? Vitis vtique, ſepis autem non. Nullum ad maturitatem vetus teſtamentum protulit fructum, quia Apoſtolo teſtante, nihil ad perfectum adduxit lex, ſed tantum quæ in Euangelio producenda erant occultabat. At quia Euangelium beatitudinis fructus parturit, Euangelica doctrina vinea dicitur, vetuſque teſtamentum, circuncingens ſepis. Et fodit in ea torcular. Si Euangelica doctrina tantum ſic in ſacris voluminibus conſcripta permaneret abſque interpretante, fortaſſe minorem fruguum exuberantiam qua ſolet, proferret; oportet igitur, vt in torcularibus ponatur, præmaturque, vt inde ſuauitatis fructus effluat: Nec aliud torcular eſſe puto, niſi doctorum, ac

verbi

Digitized by Google

verbi Dei concionatorum proclamantia ora, ex quibus Euangelicæ doctrinæ dulcedo profluit. Et ædificauit turrim. Turris profecto eſt, quæ vineam illuſtrat, cuſtoditque; verumenim vero quæ turris Euangelicæ vineæ doctrinam illuſtrat, defenditque? Nonne Chriſtus? Ergo ipſe huius vineæ turris eſt; & bene turris ædificata dicitur, quia in vtero Virginis Sancti ſpiritus operatione, corpus eius ſanctiſſimum edificatum eſt. Et locauit eam agricolis. Qui in Euangelica vinea laborant, fidelium ſunt multitudines, & hi huius vineæ agricolæ dicuntur, vt in ea laborantes ſalui fiant. Et peregre profectus eſt, quia in Euangelicæ doctrinæ fide, & operatione, ſuos Deus ſaluari dimiſit.

Turris Euangelij Chriſtus eſt.

Quòd prædicatores, ſeu verbi Dei concionatores, in vinea deſignantur, iuxta Euangelicæ parabolæ literam.

Gregorius.

VIneæ quæ per vinum mortalium pectora calefaciunt, prædicatores, ſeu verbi Dei concionatores figurant, qui diuino eloquio hominum corda caleſcere cogunt, vt Gregorio placet ſup. 1. Reg. 8. Qui nec incongrue in Euangelij parabola, quæ de vinea eſt ſignificantur. Nam ſicut tota vinæ dulcedo non ex rugoſo vitis cortice, aut nodoſo ramorum effluxu, lipposaue foliorum ſuperficie prouenit, ſed ex vuarum vndoſa vindemia: ita prædicatorum dulcedo, haud ex eorum vulgaritate, humilitateue prouenit, ſed ex prædicationis fructu, qua & impius pænitentiam agit, meretrix ad Deum reuertitur, auarus liberalis efficitur, iracundus humilis, luxurioſus caſtus, guloſus abſtinens, inuidus bonus, piger ſollicitus, hæc & alia bona ex prædicatione emanantia, dulciſſimi ſunt prædicationis fructus. Quoniam ergo hæc prædicator operatur, vinea Domini dici poteſt. Idcirco Pater familias plantauit vineam, ideſt, omnipotens Deus, vt peccatores ad regni deſideria alliciat, poſuit in medio eorum, verbi ſui prædicatores. Et ſepem circundedit ei. Fortiſſima prædicatorum ſepis loquutio eſt, quæ pungit, & delectat, vlcerat, & ſanat; nil enim veluti ſepe fortiſſima prædicatores munit, vt audacter populis ſcelera nuntient, niſi verbi Dei eloquium, quo ipſi pungunt, & leniunt. Quot ſtimulos peccatores, quot puncturas, ex prædicatorum eloquio ſentiunt, triſtantur, & dolent, cruciatuſque patiuntur internos. Verum ò quàm puncturæ iuuant. Contriſtantur aliquando eorum ſcelera in publicum manifeſtari audientes, & quiſque intus dicit, nunc pro me loquitur prædicator, nunc pro me clamat, nunc mihi Altiſſimi iras minitatur, quid faciam miſer, vbi me abſcondam à vultu iræ Dei, num mortem euadere potero? Num damnationem aufugiam? Num mea ſcelera coram Deo ſilent? Ecce quam mirabilis eſt eloquij diuini punctura, mærorem peccatorum inducit, futurorumque malorum lapſus præcauere cogit: quo ex ore prædicatorum manante, peccatores ad pænitentiam triſtantur, & dolent, tandiu à ſummo bono auerſos ſe eſſe noſcentes. At mira profecto verbi Dei virtus, quæ vlcerando ſanat, veluti cum medicus puſtulas vlcerat, & ferro quaſi crudeliter aperit, ſed in illo medicaminis vlcere, egrediente ſanie, carnis inducitur ſanitas: Sic vlcerat, & prædicator, cum Dei verbo impiorum hominum corda iaculatur, ad cuius ſonum illi puncturam ſentientes, peccatorum tabem per pænitentiam emittunt: vnde & anima à peccatorũ apoſthematibus curatur. Quoniam ergo ſpinoſa ſepis pungit & vlcerat, & hæc vineam defendit, verborumque Dei in ore prædicatorum pungit, & vulnerat, etiamque defendit, & ſanat, iam delictorum remiſſione adepta, recte dicitur: ſepem circundedit ei, ideſt, eloquio verbi Dei muniuit illos. Et fodit in ea torcular. Prædicatores vtique Scripturarum myſteria declarantes, quæ nec vtique declararent, ni prius profundiſſima cogitatione illa peruoluerent, torculari dotantur. Mouet enim prædicatorum cognitionem ad profundiſſima ſcripturarum myſteria enucleanda, Sancti ſpiritus illuſtratio: Zelus ſalutis animarum cogitationes præmit, vnde quæ mens excogitat lingua ad extra producit. Tria hæc ſunt, mens ſcripturarum myſteria reuoluit, illuſtratio Spiritus ſancti eadem myſteria menti oſtendit, &

Fructus prædicationis verbi Dei.

Prædicatores, vinea Domini ſunt.

zelus,

Digitized by Google

zelus, quæ in mente ſunt extra exire cogit. Torcular mens eſt, vuæ ſcripturarum myſteria; vuarum adunator in mente Spiritus ſanctus; at torcularis calcator aduenit zelus, quapropter in vinea prædicatorum fodit etiam Deus torcular. Et ædificauit turrim. Iam clarum eſt tutius præſidiū in vinea minime dari, vt operarij ab hoſtiū incurſibus defendātur, niſi turris. Prædicatores vinea Domini dicuntur, & Domini operarij, quibus omnipotens, vt ab hoſtium inſidijs defendantur ædificauit turrim, ideſt, ſacram Scripturam, qua prædicatores munirentur; cumque ſic ornatos munitoſque ædiderit, locauit eos agricolis, ideſt, poſuit eos in hominum medio, vt quiſque ex eis ſibi neceſſaria ſumat. Et peregre profectus eſt. Peregre Dominum perrexiſſe dicimus, quia prædicationis munus noluit per ſemetipſum complere; ſed Apoſtolos, Doctores, Prædicatoreſque in finem vſque ſæculi exercere.

Quòd iuſtus, vinea Domini dicitur iuxta Euangelij literā, in parabola.

Baſilius.

ACcedit & alud vineæ ſignificatum, quo ſcilicet iuſtum vinea denotat, vt Baſilius ſentit Excameron hom. 5. Euangelicæ literæ ſic aptandum. Pater familias plantauit vineam, quia Deus Pater omnium poſuit in Eccleſia iuſtos. Et ſepem circundedit ei. Sepe vinea circuncingi ſolet, vt tutius eius fructus ſeruentur, arborumque germina à feris ne diſſipentur. Haud vtique ex ſemetipſo iuſtus ſanctitatis dona ſeruare valet; niſi diuino ſit protectus auxilio, nec virtutum germina producere; niſi ei diuina aſſiſteret protectio. Iuſtus itaque ideo frugifer in bonis operibus eſt, ac bonorum operum fructus, virtutumque conſeruat, quia diuinæ protectionis tuamine dirigitur: vnde ſepis qua circumſeptus exiſtit, diuinam figurat protectionem. Et fodit in ea torcular. Ex torculari vineæ abbundantia dignoſcitur, cū etenim vini copia torcularia redundant, fructus vineæ vberrimi dignoſcuntur: ita cum vites in homine iuſto virtutes ſint; ac ex virtutibus ſanctitatis exempla profluant, in torcularibus poſita lucidiori fulgore promicant, Torcular quidem tribulatio eſt: idcirco cum tribulationibus iuſtum haud turbari cognoſcimus, imo tunc affluentius ſanctitatis exempla monſtrare, fruguum eius vberem eſſe copiam innoteſcit; affluentemque vineam, æquum eſt appellare. Fodit itaque Dominus apud iuſtos torcular, cum eos tribulationibus vexari permittit. Et ædificauit turrim, Turris fidei firmitatem deſignat, ex qua cuncta bona prodeunt; ſunt enim iuſti bonorum operum affluentes; ſed nulla eſſet in eis meritoria operatio; niſi fidei firmitate clarerent. Et locauit eam agricolis, & peregre profectus eſt. Poſuit Deus iuſtos in medio impiorum, vt ex eorum exemplis, impij ad viam veritatis reuertantur. Item & vinea iuſtus dicitur, teſte Bernardo ſup. Cant. ſerm. 63. cui virtus vitis, cui actio palmes, cui vinum teſtimonium conſcientiæ, cui lingua torcular expreſſionis. Has iuſtorum vineas demoliri nituntur vulpes, ideſt, diaboli, iuxta illud. Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas. Cant. 2.

Iuſtus vinea Domini dicitur.

Torcular tribulationibus aptatus.

Fidei firmitas in turri deſignata.

Bernardus

Quòd religio aptiſſime in vinea, quam pater familias plantauit, figuranda euenit.

NEc ab re abſonum puto, & religionem quoque in vinea figurari. Nam pater familias plantauit vineam, idem eſt, quod Deus religionem fundauit in ſæculo; ſed ſicut tria vineam perficiunt, videlicet, ſepes, torcular, turriſque, ſic & tria religionem ſummo decore venuſtant, ſcilicet, obedientia paupertas, & caſtitas. Sepis vineam claudit, torcular vuas præmit, & turris vineam nobilitat. Obedientia religioſos in religione concludit, paupertas illos præmit, & caſtitas illos dignificat, quia Angelis æquales efficit. Plantauit igitur Deus vineam, ideſt religionem. Sepem circundedit ei; cum religioſos obedientiæ terminis concluſit. Fodit torculari

Vinea Domini religio eſt.

Tria religionis vota

cular, eos in infima paupertate deprimens. Et ædificauit turrim, cum per caſtitatem eos ad Angelicam dignitatem euexit. Et locauit eam agricolis, ideſt, prælatis, & rectoribus, bonæ vitæ cultura, eam frugibus vberem ſubſtinere curent. Et peregre profectus eſt, quia Religioſos ſic prælatis ſubditos derelinquens; certos de ſua ſalute dimiſit.

Quòd Virginitas optima frugalitatis ratione, vineæ aſſimilāda ſe offert.

ADeo diuerſorum fruguum ferax Euangelica vinea eſt, vt & virginitatem etiam præſignare non timeat; quam nec ipſe virginitati referrem, ni Ambroſius adſtruere, in exortat. ad Virg. vbi vineam Nabaoth, quam diſſipare conabatur Acab, virginitatem interpetratur, cui diabolus ſemper inſidiatur, num fortaſſe eam diſſipare valeat. Hanc ſummo ſtudio plantauit Deus, qua adeo lætatur, quòd carnem aſſumere volens, non ad ſponſatam mulierem acceſſit, ſed ad deſponſatam virginem. Quam etiam virginem ante partum, in partu, & poſt partum habere voluit. Sepem virginitati circundedit, ſcilicet Dei timore, fodit torcular meritorũ, & ædificauit turrim altiſſimæ dignitatis. Locauit eam agricolis, ideſt, virginibus, vt illam attente cuſtodiant; & peregre profectus eſt, vt redeunte ad nuptias, prudentes virgines lampadibus aptatis exeant obuiam ei. *Ambroſius* *Virginitas vineæ comparata.*

Quòd vinea omnium altiſſima diuina Eſſentia eſt, vbi tres vites tantum vineam complent, cuius vini dulcedine, omnes inebriantur creaturæ.

QVoniam ad mundi fabricam, ſingularumque creaturarum productionem, in vineæ Euangelicæ parabolam, mens humana dirigitur, illa profecto iuxta humanum poſſe vinea explicanda, omnium altiſſima infinitorumq; fruguum vbertate redundans, diuina natura, ex qua omnium vinearum ſubſtantia profluit, & in qua omnium plantarum natura quieſcit. Verum vt libentius de ea aliquid explicare liceat, ſit quæſo ad Geneſeos noſter librum recurſus. Ecce quid cap. 40. legimus. Dixit pincerna Pharaonis in carcere. Videbam coram me vitem, in qua erant tres propagines, creſcere paulatim in gemmas, & poſt flores vuas matureſcere, calicemque Pharaonis in manu mea, tuli ergo vuas, & expreſſi in calicē quem tenebam, & tradidi poculum Pharaoni. Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo ad huiuſmodi intelligentiam, & requieſcam in ſanctuarium Dei? Ecce vitis vna eſt, palmites vero tres, quia vna eſt diuina natura, de qua Moiſes, Audi Iſrael Dominus Deus tuus vnus eſt. Deuto. 6. Tres autem perſonæ, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, quibus eſſentia vna ſemper eadem, tres ergo propagines vitem vnā, quæ vere vinea eſt, coram ſe habent; de qua Salomon. Vinea mea coram me eſt. Cant. 8. ideſt, eſſentia mea ſemper mihi vna eſt, ait propaginum Trinitas. Quomodo autem in vinea diuinæ eſſentiæ tres creſcant propagines ignoro, niſi fortaſſe diuinarum perſonarum emanationes intelligeremus. Nam & propago prima, quæ nullo plātatore operāte in vinea diuinæ naturæ ex ſemetipſa prumpit, æterni Patris pſona eſt, Athanaſio teſte; Pater à nullo eſt factus, nec creatus nec genitus. Ex quo generatiua virtute fecunda propago creſcit, Verbum Dei. Eodem Athanaſio aſſerente. Filius à Patre ſolo eſt, non factus, nec creatus, ſed genitus. Iam duabus propaginibus diuina hæc vinea non completur, ſed vtrarumque propaginum ſpiratiua vi, tertia prorumpit, Spiritus ſancti perſona: vnde & Athanaſius ait. Spiritus ſanctus à Patre, & Filio non factus nec creatus, nec genitus, ſed procedens. Ecce iam vinea completa eſt, prorumpitque in gemmas, & flores, & vuas. Nil vinea ignota prodeſt, voluit ergo Deus ſuis innoteſcere creaturis. Tres quidem vites ſunt, quæ ſimul in tria prorumpunt, videlicet gemmas, flores, & vuas. Et tres diuinæ perſonæ tribus nobis ſibi attributis innoteſcunt, potentia ſcilicet, ſapientia, & bonitate. Potentiam noui-

Eſſentia diuina inuinea figurata. *Deut. 6.* *Cant. 8.* *Tres vites diuinæ naturæ.* *Athanaſ.* *Diuina attributa hominib' nota.*

Digitized by Google

zelus, quæ in mente ſunt extra exire cogit. Torcular mens eſt, vuæ ſcripturarum myſteria; vuarum adunator in mente Spiritus ſanctus; at torcularis calcator aduenit zelus, quapropter in vinea prædicatorum fodit etiam Deus torcular. Et ædificauit turrim. Iam clarum eſt tutius præſidiũ in vinea minime dari; vt operarij ab hoſtiũ incurſibus defendãtur, niſi turris. Prædicatores vinea Domini dicuntur, & Domini operarij, quibus omnipotens, vt ab hoſtium inſidijs defendantur ædificauit turrim, ideſt, ſacram Scripturam, qua prædicatores munirentur; cumque ſic ornatos munitoſque ædiderit, locauit eos agricolis, ideſt, poſuit eos in hominum medio, vt quiſque ex eis ſibi neceſſaria ſumat. Et peregre profectus eſt. Peregre Dominum perrexiſſe dicimus, quia prædicationis munus noluit per ſemetipſum complere; ſed Apoſtolos, Doctores, Prædicatoreſque in finem vſque ſæculi exercere.

Quòd iuſtus, vinea Domini dicitur iuxta Euangelij literã, in parabola.

Baſilius.

Iuſtus vinea Domini dicitur.

ACcedit & aliud vineæ ſignificatum, quo ſcilicet iuſtum vinea denotat, vt Baſilius ſentit Exameron hom. 5. Euangelicæ literæ ſic aptandum. Pater familias plantauit vineam, quia Deus Pater omnium poſuit in Eccleſia iuſtos. Et ſepem circundedit ei. Sepe vinea circuncingi ſolet, vt tutius eius fructus ſeruentur, arborumque germina à feris ne diſſipentur. Haud vtique ex ſemetipſo iuſtus ſanctitatis dona ſeruare valet; niſi diuino ſit protectus auxilio, nec virtutum germina producere; niſi ei diuina aſſiſteret protectio. Iuſtus itaque ideo frugifer in bonis operibus eſt, ac bonorum operum fructus, virtutumque conſeruat, quia diuinæ protectionis tuamine dirigitur: vnde ſepis qua circumſeptus exiſtit, diuinam figurat protectionem. Effodit in ea torcular. Ex torculari vineæ abbundantia dignoſcitur, cũ etenim vini copia torcularia redundant, fructus vineæ vberrimi dignoſcuntur: ita cum vites in homine iuſto virtutes ſint; ac ex virtutibus ſanctitatis exempla profluant, in torcularibus poſita lucidiori fulgore promicant, Torcular quidem tribulatio eſt: idcirco cum tribulationibus iuſtum haud turbari cognoſcimus, imo tunc afluentius ſanctitatis exempla monſtrare, fruguum eius vberem eſſe copiam innoteſcit; affluentemque vineam, æquum eſt appellare. Fodit itaque Dominus apud iuſtos torcular, cum eos tribulationibus vexari permittit. Et ædificauit turrim, Turris fidei firmitatem deſignat, ex qua cuncta bona prodeunt; ſunt enim iuſti bonorum operum affluentes; ſed nulla eſſet in eis meritoria operatio; niſi fidei firmitate clarerent. Et locauit eam agricolis, & peregre profectus eſt. Poſuit Deus iuſtos in medio impiorum, vt ex eorum exemplis, impij ad viam veritatis reuertantur. Item & vinea iuſtus dicitur, teſte Bernardo ſup. Cant. ſerm. 63. cui virtus vitis, cui actio palmes, cui vinum teſtimonium conſcientiæ, cui lingua torcular expreſſionis. Has iuſtorum vineas demoliri nituntur vulpes, ideſt, diaboli, iuxta illud. Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas. Cant. 2.

Tocular tribulationibus aptatus.

Fidei firmitas in turri deſignata.

Bernardus

Quòd religio aptiſſime in vinea, quam pater familias plantauit, figuranda euenit.

Vinea Domini religio eſt.

Tria religionis vota

NEc ab re abſonum puto, & religionem quoque in vinea figurari. Nam pater familias plantauit vineam, idem eſt, quod Deus religionem fundauit in ſæculo; ſed ſicut tria vineam perficiunt, videlicet, ſepes, torcular, turriſque, ſic & tria religionem ſummo decore venuſtant, ſcilicet, obedientia paupertas, & caſtitas. Sepis vineam claudit, torcular vuas præmit, & turris vineam nobilitat. Obedientia religioſos in religione concludit, paupertas illos præmit, & caſtitas illos dignificat, quia Angelis æquales efficit. Plantauit igitur Deus vineam, ideſt religionem. Sepem circundedit ei; cum religioſos obedientiæ terminis concluſit. Fodit torculari

culari

cular, eos in infima paupertate deprimens. Et ædificauit turrim, cum per caſtitatem eos ad Angelicam dignitatem euexit. Et locauit eam agricolis, ideſt, prælatis, & rectoribus, bonæ vitæ cultura, eam frugibus vberem ſubſtinere curent. Et peregre profectus eſt, quia Religioſos ſic prælatis ſubditos derelinquens; certos de ſua ſalute dimiſit.

Quòd Virginitas optima frugalitatis ratione, vineæ aſſimilāda ſe offert.

A Deo diuerſorum fruguum ferax Euangelica vinea eſt, vt & virginitatem etiam præſignare non timeat; quam nec ipſe virginitati referrem, ni Ambroſius adſtruere, in exortat. ad Virg. vbi vineam Nabaoth, quam diſſipare conabatur Acab, virginitatem interpetratur, cui diabolus ſemper inſidiatur, num fortaſſe eam diſſipare valeat. Hanc ſummo ſtudio plantauit Deus, qua adeo lætatur, quòd carnem aſſumere volens, non ad ſponſatam mulierem acceſſit, ſed ad deſponſatam virginem. Quam etiam virginem ante partum, in partu, & poſt partum habere voluit. Sepem virginitati circundedit, ſcilicet Dei timore, fodit torcular meritorũ, & ædificauit turrim altiſſimæ dignitatis. Locauit eam agricolis, ideſt, virginibus, vt illam attente cuſtodiant; & peregre profectus eſt, vt redeunte ad nuptias, prudentes virgines lampadibus aptatis exeant obuiam ei.

Ambroſius

Virginitas vinea comparata.

Quòd vinea omnium altiſſima diuina Eſſentia eſt, vbi tres vites tantum vineam complent, cuius vini dulcedine, omnes inebriantur creaturæ.

QVoniam ad mundi fabricam, ſingularumque creaturarum productionem, in vineæ Euangelicæ parabolam, mens humana dirigitur, illa profecto iuxta humanum poſſe vinea explicanda, omnium altiſſima infinitorumq; fruguum vbertate redundans, diuina natura, ex qua omnium vinearum ſubſtantia profluit, & in qua omnium plantarum natura quieſcit. Verum vt libentius de ea aliquid explicare liceat, ſit quæſo ad Geneſeos noſter librum recurſus. Ecce quid cap. 40. legimus. Dixit pincerna Pharaonis in carcere. Videbam coram me vitem, in qua erant tres propagines, creſcere paulatim in gemmas, & poſt flores vuas matureſcere, calicemque Pharaonis in manu mea, tuli ergo vuas, & expreſſi in calicē quem tenebam, & tradidi poculum Pharaoni. Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo ad huiuſmodi intelligentiam, & requieſcam in ſanctuarium Dei? Ecce vitis vna eſt, palmites vero tres, quia vna eſt diuina natura, de qua Moiſes, Audi Iſrael Dominus Deus tuus vnus eſt. Deut. 6. Tres autem perſonæ, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, quibus eſſentia vna ſemper eadem, tres ergo propagines vitem vnā, quæ vere vinea eſt, coram ſe habent; de qua Salomon. Vinea mea coram me eſt. Cant. 8. ideſt, eſſentia mea ſemper mihi vna eſt, ait propaginum Trinitas. Quomodo autem in vinea diuinæ eſſentiæ tres creſcant propagines ignoro, niſi fortaſſe diuinarum perſonarum emanationes intelligeremus. Nam & propago prima, quæ nullo plātatore operāte in vinea diuinæ naturæ ex ſemetipſa prumpit, æterni Patris pſona eſt, Athanaſio teſte; Pater à nullo eſt factus, nec creatus nec genitus. Ex quo generatiua virtute ſecunda propago creſcit, Verbum Dei. Eodem Athanaſio aſſerente. Filius à Patre ſolo eſt, non factus, nec creatus, ſed genitus. Iam duabus propaginibus diuina hæc vinea non completur, ſed vtrarumque propaginum ſpiratiua vi, tertia prorumpit, Spiritus ſancti perſona: vnde & Athanaſius ait. Spiritus ſanctus à Patre, & Filio non factus nec creatus, nec genitus, ſed procedens. Ecce iam vinea completa eſt, prorumpitque in gemmas, & flores, & vuas. Nil vinea ignota prodeſt, voluit ergo Deus ſuis innoteſcere creaturis. Tres quidem vites ſunt, quæ ſimul in tria prorumpunt, videlicet gemmas, flores, & vuas. Et tres diuinæ perſonæ tribus nobis ſibi attributis innoteſcunt, potentia ſcilicet, ſapientia, & bonitate. Potentiam noui-

Eſſentia diuina in vinea figurata.

Deut. 6.

Cant. 8.

Tres vites diuinæ naturæ.

Athanaſi⁹.

Diuina attributa hominib⁹ nota.

Digitized by Google

mus in creatione orbis ex nihilo,& hoc in lege naturæ: ſapientiam tempore Moiſis in lege deſcripta;& bonitatem in lege gratiæ,quando propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos Deus filium ſuum miſit in mundum. Et quod mirum eſt, in omni temporis diſcrimine,fuit ex diuina potentia,ſapientia, & bonitate præparatus calix; in lege naturæ ante lapſum poterat homo non mori; ecce calix potentiæ dulciſſimus: in lege Moiſis, ſciebat homo Deum vnum, verumque colere: ecce calix ſapientiæ ſuauiſſimus,& in lege gratiæ homo gloriæ perfectione, bonitateque dotatur; ecce bonitatis calix ampliſſimus. O quam ſuauis eſt Domine ſpiritus tuus, cuius vinum omni vino fortius,hebetat quippe mentem, vt læti bibamus ſobriam ebrietatem ſpiritus. Hæc igitur vinea abſolutiſſima eſt, ex qua omnium vinearum eſſe profluit; vineæ autem creaturæ ſingulæ ſunt, vt latius infra patebit.

Quòd in Patre familias, Deus deſignatur, & vineæ plantatio vniuerſi creationem figurat.

MVlierem inducit Salomon, cuius prudentia, & fortitudo per ſæcula reboat,
Prou.31. quæ de fructu manuum ſuarum qlantauit vineam. prouerb.31. Diuinæ ſa-
Bernardus ſapientiæ profectò ſingularis effiges, Bernardo teſte, lib. de gratia. Quæ vnica in tribus operatione, omne plantauit orbis ædifitium. Tres huius mundanæ vineæ plantatores inducuntur,quorum vnica exiſtente eſſentia, vnica eſt omnium æqua in vineæ plantatione operatio, nam veluti brachium,manus,& digiti,eodem opus motu perficiunt, ſic & Patris, Verbi,& Spiritus ſancti vno voluntatis imperio mundanæ molis eſt perfecta conſtructio. Pater veluti brachium operatus eſt, de quo virgo cæcinit. Fecit potentiam in brachio ſuo, diſperſit ſuperbos mente cordis
Luc. 1. ſui. Luc.1. Verbum,vt manus;de quo Salomon. Manum ſuam,ideſt Verbum ſuum,mi-
Prou. 31. ſit ad fortia. prouerb.31. Et Spiritus ſanctus,vt digitus,de quo ſacra canit Eccleſia: Dexteræ Dei tu digitus. Quorum omnium vna extitit operatio completa: ideo Pſaltes; Ipſe dixit,& facta ſunt,ipſe mandauit,& creata ſunt,nec ait,dixerunt,ſed dixit,vt vnicæ operationis deſignetur imago, vniuſque plantatoris præmonſtretur effigies,recteque dicatur; Pater familias plantauit vineam. Quòd ſi iam ex prædictis Deum noſcimus plan-
Philo. tatorem, adeſt etiam & Philonis Iudæi teſtimonium.lib.de plantatione Noe. Plantator
Deus vineæ ille maximus, & arte perfectiſſimus, huius rerum vniuerſitatis rector eſt, planta vero,
plantator. mundus hic, non vnicum ſtirpis genus in ſe continens, ſed plures, ceu palmites, ex vna radice progerminans. Ecce Philo, ſicut & omnes Catholici, vineæ plantatorem maximum Deum fatetur. Nec immerito hoc ſibi Deus plantatoris nomen aſciſcit, cum iam à principio ipſummet aſciſciſſe ſibi comperimus. Legimus vtique: Plantauerat Deus
Gen.2. paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominem quem formauerat, Gen.2. Vt operaretur & cuſtodiret illũ. Vbi aptiſſime delitiarũ paradiſus mundũ figurat,& tunc ſenſus erit; plantaſſe altiſſima ſua potentia,ſapientia, & bonitate Deum,viſibilẽ hunc mundum, in quo poſuit hominem quem ex limo formauerat,vt operaretur,non fortaſſe corporis laboribus; ſed ſpiritus, cunctis reſiſtens aduerſariorum iaculis, quæ ſibi ſerpens ab initio homicida parauerat: tanteque in Deum amore flagraret,vt cuſtodiens præceptum Domini, nobiliorem ſibi vitam ante omnia ſæcula præparatam acquireret. Plantator igitur Deus eſt, qui mundum veluti delitiarum paradiſum plantauit. Nec quia paradiſus delitiarum mundus dicitur, electiſſimæ vineæ nomen amittit; nam ceu plura Euangelij vineam perficiunt, totidem & mundum perficientia videntur. Eſt in Euangelica vineæ parabola quidem Pater familias plantator,vt ſcriptum eſt. Homo erat Pater familias, qui plantauit vineam; reperitur & ſepes; & ſepem circundedit ei; torcular;& fodit in ea torcular. Turris;& ædificauit turrim; & agricolæ;& locauit eam agricolis. Pater familias plantat: Vinea fructus profert; Sepes illam claudit; Torcular vuas præmit: Turris

vineam

Digitized by Google

vineam defendit; cuſtoditque; & agricolæ illam colunt. Hæc omnia in huius vniuerſi ſtructura apertiſſime noſcimus. Pater enim familias Deus eſt, cui Angelicæ poteſtates, cæli, elementa, creataque omnia ſubduntur. Meus eſt (inquit) orbis terræ, & plenitudo eius; vnde & ampliſſimæ familiæ pater, patris familias nomine gaudet. Qui plantauit vineam, cum mundi huius fundamenta iecit; cuius vites ſecundum ſpecies ſuas vuas producentes, creaturæ ſunt cunctæ. Cælum etenim elementis influit, eaque in rerum generatione fæcundat. Ignis vitali calore rerum vitam conſeruat; Aer rerum formas viuificat, multiplicatque, in illo enim viuentia fructus complent, & ſemina ſpirationiſque habitum animantia ſumunt. Pontus piſcium ſpecies profert innumeras; & tellus cæli ambitum, elementa quæque, omniumque viuentium vitam ſuſtinet. Hi ſunt ergo fructus quos ſecundum ſpecies ſuas mundi vinea profert.

Mundus ſenſibilis paradiſus, & vinea dictus.

Et ſepem circundedit ei. Iam ſepis natura noſcitur, fit enim ex arbutis illa, quæ niſi agricolæ manibus ſtabilibus eſſent alligatæ lignis haud vtiq; tam decoro ordine vineam concluderent; ididem in huius maioris mundi vinea euenit, cuius ſepis cæleſtis eſt natura, duobus immobilibus polis, arctico, ſcilicet, & antartico, manu ſummi opificis innixa, qua propter ordine mirifico, omnem mundi machinam circumuoluuit.

Cæleſtis natura ſepi cōparata.

Et fodit in ea torcular. Tunc fruguum vineæ copia noſcitur, & vtile, quod illa parturit inuenitur, cum in torculari vuæ depræſſæ, copioſo vino reduntantes exuberant: ita tunc creaturarum fæcunda virtus noſcitur, quando ſibi ſimiles vi generatiua producunt, aut quomodolibet producere nituntur: nam etſi Angeli, Angelos, & Celi, cælos non gignunt, illi tamen notitiam, & iſti quos ſibi poſſibiles parturiunt influxus. Elementa mutua generatione ſeruantur. Lapides, & metalla occulta virtute multa producunt in natura mirabilia. Etiam & animalia, & plantæ, fæcunda ſibi inſita virtute congaudent. Quoniam ergo generandi virtutem Deus creaturis influit: haud ab re dicendum euenit, quòd fodit in eis generatiuæ virtutis torcular.

Omnia vim generatiuam habent.

Generatiua virtus torculari aſſimilata.

Et ædificauit turrim; poteſt quidem turris apud creaturas amorem deſignare, nam propter tria; turris amor figuram ſuſcipit, primo quia nobilis ex animi nobilitate reſultans: ſecundo quia altus, infera ſimul amore nectens, haud fatur eſt, ſed ad beatarum mentium ſedes ſe transfert, & quod mirabile eſt, æterni Dei pectus haud penetrare veretur. Et tertio, quia amor eſt vtilis, cuius benefitio omnis naſcitur vniuerſi concordia. Eiſdem & turris etiam perfectionibus gaudet, primo quia nobilis, in loco vineæ nobiliori conſtructa, ſecundo quia ſublimis, ex cuius cacumine omnis inſpecta vinea ſub ſui cuſtodia tuteſcit; & tertio quia vtilis, cuius cuſtodia vineæ copia ſeruatur. His igitur amor turri aſſimilatus, in huius mūdi vinea turrim ædificatā agnoſcimus; quia amorē in medio creaturarū afflagrantem contemplamur.

Amor in turri deſignatur.

Et locauit eam agricolis. Hoc profecto mirabile eſt, quòd licet omnes mundi creaturæ huius vineæ vites eſſe dicantur, agricolarum tamen ex eis aliquæ nomine fulgent. Quæ ferme homines eſſe dicuntur: quibus Dominus dixit. Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & ſubijcite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cæli, & vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram. Gen. 1. Et peregre profectus eſt. Locus iſte Moſaicis illis verbis lepidiſſime declaratur. Et requieuit Deus die ſeptimo ab vniuerſo opere, quod patrarat. Gen. 2. Ex quibus eliciendum adeſt, quod dum Deus mundum ad extra creabat; plantabat vineam dum cælorum orbes conſtituebat, ſepem formabat, dum cunctis creaturis generatiuam inferebat virtutem, torcular fodiebat, dum in eis amoris influxus operabatur, turrim ædificabat, cumque hominem in paradiſo locauit, dicens, Dominamini piſcibus maris, &c. locauit eam agricolis, & cum requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere, quod diſpoſuit Deus, vt faceret, peregre profectus eſt.

Mūdi agricolæ, homines ſunt. Gen. 1. Gen. 2.

At vbi, vel ſuper quos baſes vinea hæc plantata eſt? Cumque hoc ſcimus, diſtinctius vineam noſcimus. Iam quidem extra mundum, locum reperiri non poſſe ſcimus, quia tunc illum alijs corporibus plenum eſſe fateri oporteret: vel fortaſſe nec inconueniens eſſet, alium, vel alios ibi eſſe mundos. Nec extra mundi machinā vacuum conceditur, hoc enim eſſe, naturæ ordini repugnat. Doceat ergo Philo Iudæus, ſuper

Baſis huius mundi lex æterna Dei eſt.

Philo Iud.

Digitized by Google

Prou. 11.

quod fundamentum hæc eſt mirabilis vinea fundata: inquit vtique, Dei lex æterna vineæ baſis eſt, qua lege cunctæ ſibi inuicem compatiuntur creaturæ, ad omnia enim extenditur illa; quia certa lege & gyro vallauit abyſſos. Prouerb. 11.

Quòd Euangelica parabola, quæ de vinea eſt, electiſſimam ſibi vineam, quam Dominus Deus ex hominibus electurus erat, ſignificat.

Laborū diſtributio in vinea Domini. *Matt. 20.*

QVi Pater familias plantans orbem, creaturarum cetus ſibi plantauit in vineam, ad excolendam eam adhuc & operarios inuenit; quorum offitia diuerſa ex horarum varietate noſcuntur. Primo namque mane conuentio facta eſt cum operarijs ex denario diurno: hæc profecto prima hora eſt. Circa tertiam horam egreſſus pater familias, vidit alios ſtantes inforo otioſos, & dixit illis: ite & vos in vineam meam, & quod iuſtum fuerit dabo vobis. Iterum exijt circa ſextam, & nonam horam, poſtremo vero exijt circa vndecimam. Matth. 20. Horarum iam differentias habemus, quæ quinque ſunt numero, prima, tertia, ſexta, nona, & vndecima. Aſſiſtunt vtique operibus vineæ pater familias, ſimul & operarij, ratione tamen impari; quia pater familias, vt dominus, operarij vero mercedis amore conducti. Quorum aliqui vineam cuſtodiunt, alij colunt, alij vites innouant, putantque, & alij ſarmenta ligant, ne limites tranſmeent quos vinea ſuffert.

Hora prima, Trinitas ſancta operatur in vinea. *Gen. 1.*

Prima quidem hora operatus eſt Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, conuentione facta inter eos. Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. Gen. 1. Opus non fuit hoc ſeruile, operationis expectata mercede, operatus eſt enim Deus, ceu Dominus, nulla operarij, ſeu mercenarij ratione inuenta.

Angelorū vocatio ad opus vineæ.

Verum antequam ad opus deſtinaretur homo, ecce circa tertiam horam vidit Deus Angelos in foro ſuæ libertatis ſtantes ocioſos, ad nullius quippe cuſtodiam adhuc deſtinatos, quos ad opus cuſtodiæ creaturarum vocauit, hæc nempe fuit Angelorum offitium in vinea. Quorum vocationem verbis oſtenditur Baruch Prophetæ. cap. 3. Stellæ autem dederunt lumen in cuſtodijs ſuis, & lætate ſunt. & vocatæ ſunt, & dixerunt adſumus, & luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas. Tertiam autem hora Angelorum ordines vocati dicuntur, propter triplicem hierarchiarum diſtinctionem: ac

Dionyſius. *Angelorū tria offitia.*

docente Dionyſio trium inter eos adfuit offitiorum diſtributio, triumque apud homines. Siquidem & ſuperiores Angeli inferiores illuminant, purgant, perficiuntque. Ad hominum vero benefitia, cælorum aſſiſtunt motubus, animarum cuſtodiam agunt, creaturaſque inferiores benigniſſima protectione fulciunt, & hoc Thoma Aquinate docente.

S. Thomas. *Adam ſexta hora vocatus ad vineam.* *Gen. 2.*

Hæc igitur tertia hora eſt, circa quam ad vineæ opera cæleſtes ſunt auerſitæ mentes. Circa ſextam horam ad vineam excolendam auerſitus eſt Adam; cuius vocationem his verbis ſcriptura demonſtrat. Poſuit eum in paradiſo voluptatis, vt operaretur, & cuſtodiret illum. Gen. 2. Hora autem ſexta dicitur, quia & ſexta die creatus eſt homo, & ſexta hora per peccatum humanæ naturæ vitem eradicans, ad profunditatis terræ viſcera penetranda dannatus eſt. Cui Dominus vineæ improperans, non boni operarij functum munus, dixit. Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas & tribules germinabit tibi, & comedes herbas terræ, in ſudore vultus tui, veſceris pane tuo donec reuertaris in terram de qua ſumptus es; quia puluis es, & in puluerem reuerteris.

Gen. 3. *Noe hora nona vocatus eſt ad vineam.* *Gen. 6.*

Gen. 3. Circa nonam horam ad vites innouandas, & germinum ſuperflua putanda Noe iuſtus vocatus eſt: qui hora nona vocatus dicitur, nonus etenim ab Adam in generationibus eſt. nam prima generatio fuit Seth, ſecunda Enos, tertia Cainan, quarta Malaleel, quinta Iared, ſexta Enoch, ſeptima Mathuſalem, octaua Lamech, & nona Noe: ſub quo veteris vineæ deſtructio adfuit, nouarumque vitum optima innouatio. Deſtruxit quippe Dominus ſub eo veterem vineam, dicens. Delebo hominem quem formaui, à facie terræ, vſque ad animantia, & à reptili vſque ad volucres cæli. Gen. 6. Nouarum autem vitum multiplicationem Noe iuſto commiſit, de quo ſcriptum eſt. Cæpit

Noe

Digitized by Google

Noe vir agricola exercere terram,& plantauit vineam,bibenſque vinum inebriatus eſt, *Gen. 9.*
& nudatus in tabernaculo. Gen 9. Ecce iam circa vndecimam horam vocatus eſt Moi- *Moiſes vn*
ſes, qui & vidit botrum vuæ terræ Chananæorum: cui & lex data eſt, vt ea ligatæ vites *decima ho-*
à patre familias conſtitutos terminos tranſmeare non audeant. Operariorum iam vſque *ra vocatus.*
modo labores agnouimus, vinea vero quam pater familias plantauit adhuc non oſtendi-
mus: verum ecce quid Iſaias ait. cap.5. Vinea facta eſt dilecto meo in cornu, filio olei,
& ſepiuit eam, & lapides elegit ex illa, & plantauit eam electam. & ædificauit turrim
in medio eius,& torcular extruxit in ea & expectauit,vt faceret vuas, & fecit labruſcas.
& poſt pauca ſubdit. Vinea enim Domini exercituum,domus Iſrael eſt,& viri Iuda ger- *Vinea Do-*
men eius delectabile. Hæc igitur vinea eſt, de qua dicit Dominus. Pater familias plan- *mini dom'*
tauit vineam. Qui vero vites ſint ignoramus,ob Domini verbum. Ego ſum vitis vera,& *Iſrael eſt.*
vos palmites. Ioan. 15. Eiuſdem quippe naturæ, vitis, & palmites ſunt; idcirco quot- *Ioan. 15.*
quot fidem habuere Meſſiæ, palmites eius eſſe dicuntur; de quibus pſaltes. Filij eorum
ſicut nouellæ plantationes à iuuentute ſua. Pſal.143. Abraham igitur qui Deo credidit, *Pſal. 143.*
& reputatum eſt ei ad iuſtitia,prima vineæ plantula dignoſcitur,cuius plãtatio in Ebron *Palmes*
terræ Chananæorum. Hinc & Iudæorum populo ſit aliquando in Scripturis ſacris ex- *Chriſti A-*
probratio. Semen tuum de terra Chanaan,mater tua Cethea, & genitrix tua Amorrhea. *braham ex*
Non quòd in Abraham exprobraretur; ſed quia Chananæorum, Amorrheorumque inde *titit.*
ſequutus eſt impietates. Vt vero anguſtioris huius diſcrimina tolleret, & vinea amplio-
ris vitum multitudine augeretur, familiam Iacob Dominus tranſmiſit in Aegyptum,vbi
& vaſtauit eam aperde ſylua,& ſingularis ferus Pharao de paſtus eſt eam. Hinc Pharao *Hierem.*
ne perempto,tranſmiſit in deſertum, indeque plantauit in terra Chanaan. Hic ergo lo- *Ericius.*
cus eſt vbi Meſſiæ palmites,qui per fidem Chriſti vites dicebantur,in vineã ſibi electam *Hieronym.*
pater familias plantauit,iuxta verbum eius, Ego te plantaui vineam electam. Hierem.2. *Origenes.*
Populus igitur hebreorum vinea eſt, quod & Ericius, Hieronymus, Origenes, Euſebius, *Euſebia.*
emiſſenus,Gloſſ ord. cæterorumque patrum plurimi interpetrantur. Et ſepem circun- *Gloſſ ord.*
dedit ei.Sepem Hieronymus putat,Ciuitatem Hieruſalem vndique muris circunſeptam, *Origenes.*
vnde ſit,vt murorum Hieruſalem circuitus ſepis nomine deſignetur. Origenes autem in *Hilarius.*
Matth.hom. 19. Dei curam, attentionemque interpetratur, vt electus populus vndique *Sepis accep*
ſeruaretur; cui & Hilarius Can. 22 in Matth. aſſentire videtur, vtpote qui & Dei vigilan *tio diuerſa.*
tiam interpetratur, qua & Angelos ad cuſtodiam adhibuit: vt ſcriptum eſt. Super te *Baſilius.*
Hieruſalem poſui cuſtodes,tota die,& nocte non tacebunt laudare nomen Domini. Ba *Torcular*
ſilius vero exam. hom. 5. per ſepé legem interpetratur,cuius ſimilitudo optima. Sepis *altare ſacr*
enim ſeparat,& quæ intra ſepem ſunt Dominus poſſidet,quæ vero extra hominum cal- *ſitiorum ſi*
caneo, beſtiarumque ſubijciuntur: lex vtique Iudæorum populum complectens, eun- *gnat.*
dem Domini hereditatem præmonſtrabat, quos vero foris habebat, idolorum pedibus *Origenes.*
conculcatos eſſe ſignabat. Circundedit igitur eis ſepem, Iudæos Moſaica lege conclu- *Prou. 18.*
dens. Et fodit in ea torcular. Quod haud difficile interpetratu euenit,quandoquidem, *Meſſias in*
& Origenes,torcular,altare ſacrifitiorum deſignare fatetur. Et ædificauit turrim. Por- *turri vinea*
rò turris fortiſſima nomen Domini, eſt iuxta Salomonis dictum prouerb.18. Quod & de *deſignatur.*
filio Dei intelligentiam miniſtrat qui & nomen Domini dicitur,iuxta illud. Ioan.17. Pa- *Ioan. 17.*
ter manifeſtaui nomen tuum,ideſt,filium tuum hominibus: ædificauit ergo turrim quia *Ambroſius*
filium ſuum ex eis carnem ſuſcepturum promiſit. Ambroſius vero Exam 3.cap.12.Tur- *Turris pro*
rim quæ vineam ſpeculatur,cuſtoditque Prophetas autumat,idemque putat eſſe dicere, *phetas ſi-*
& ædificauit turrim, ac ſi dixiſſet,dedit prophetas. At Hieronymus,ſimul & Origenes, *gnat.*
Domini templum, per turrim ſignificari demonſtrant, quomodocumque ſit ergo turrim *Hieronym.*
ædificaſſe ſufficit. Et locauit eam agricolis,ideſt,pontificibus, & populorum magiſtra- *Origenes.*
tibus. Et peregre profectus eſt. Solebat ante altaris, & templi conſtructionem (ait *Templũ do*
Origenes) dominus hebreis in viſionibus apparere, vt in Sina ignis ſplendore fulgente, *mini turris*
& in tabernaculo, nubecula aduentante, conſtructo autem altari temploque oculis ho- *dicitur.*
minum

minum apparere deſijt; vnde & peregre perrexiſſe ſcriptura demonſtrat. Appropinquauit autem & fruguum tempus; & ecce à Domino prophetæ miſſi, in innocentia ſua lecti ſunt, trucidati ſunt, & lapidati, & veluti greges ducebantur ad victimam, de quibus Salomon. Capilli tui ſicut greges caprarum, quæ aſcenderunt de lauacro, ſcilicet, ſanguinis. Cantic. 6. Pluriores multiplicati ſunt Prophetæ, quibus & accidit ſimiliter. Nouiſſime autem miſit Deus filium ſuum, quem extra vineam agricolæ occiderunt. Quid ergo erit eis? Malos male perdet, & vineam ſuam locabit alijs agricolis, qui reddent ei fructum temporibus ſuis.

Cant. 6.

SABBATO DOMINICAE SECVNDAE IN QVADRAGESIMA.

TEXTVS.

Homo quidam habuit duos filios, & dixit adoleſcentior ex illis patri. Pater da mihi portionem ſubſtantiæ, quæ me contingit. & diuiſit illis ſubſtantiam. Et non poſt multos dies, congregatis omnibus adoleſcentior filius peregre profectus eſt, in regionem longinquam, & ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſe. Luc. cap. 15.

Quòd parabola hæc de patre, & duobus filijs, ineffabilem Dei miſericordiam figurat, quæ pænitentes ad ſe recipit peccatores: aptiſſimeque ad Angelos, & homines referri poteſt.

Chriſoſt.

VEre quidem tota parabola hæc (ait Chriſoſtomus hom. de patre & duobus filijs) ad ſummam Dei miſericordiam refertur: qua miſericorditer peccatores ad ſe reuertentes recipit. Quod liquido ex his fit apertiſſimum, quæ in toto hoc quintodecimo Lucæ capitulo legimus. Tres enim in eo Dominus parabolas infert. Prima eſt paſtoris nonaginta nouē in deſerto dimittentis oues, & ad perditam inueniandam exeuntis. Secunda mulieris, quæ decima iam drachma perdita, lucerna accenſa domum euertit, quouſque recuperaret amiſſam. Et tertia eſt patris familias, iuniori filio partē hereditariæ ſubſtantiæ diuidentis ac bonis conſumptis illum miſericorditer recipientis, quem pænitentem iam nouit. Veritatem in Chriſto ſiquidem omnes habent, fuit enim ipſe paſtor, qui Angelos ſimul habens, hominesque veluti centenarium ouium gregem; centeſima humanæ naturæ oue iam perdita, Angelos in cælorum deſerto relinquens, ad perditam inueniendam exijt, qua quidem inuenta, & ſuper ſuæ deitatis humeros locata, lætus illam in cælorum paſcuis reduxit. Nouem etiam Angelorum ordines, rationaliſque animæ decimus, drachmæ quippe decem ſunt, ex quibus mulier illa quæ diuinam figurat ſapientiam, decimam cum perdidiſſet, lucernam infinitæ prouidentiæ accendit, aduentanteque lumine illo, quod omnem hominem in hunc mundum venientem illuminat, deſtructis terræ idolis, domum huius mundi euertiſſe demonſtrat, quouſque inueniret, quod perdidit. Tandemque pater familias Dominus Saluator eſt, hominibus naturalium, ſupernaturaliumque bonorum dona diſtribuens, quibus per inobedientiæ reatum ab illis luxurioſe conſumptis, in ſemetipſos reuerſi, ad patrem, accurrentes benigniſſime recepti ſunt. In prima ergo parabola ſemetipſum Saluator animarum paſtorem oſtendit, in ſecunda ſapientia Dei prudentiſſima, & in tertia pater benigniſſimus, & Deus totius conſolationis. Pater familias igitur eſt, & quantum ad deitatis naturam, duos habens filios, creauit enim ſpirituales corporaleſque ſubſtantias, quæ numero duæ ſunt, duorum filiorum nominibus deſignatæ. Nam & de Angelis ſcriptura teſtatur. Vbi eras cum me laudabant aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei. Iob 38. Et de corporalibus ſubſtantijs filiorum Dei titulo decoratis, legimus. Videntes filij Dei filias hominum, quod eſſent pulchræ, Gen. 6. Vbi licet per filios Dei, Gloſſ. int. filios

Chriſtus paſtor ouium

Decem drachmæ Angeli, & homines.

Paterfamilias Chriſtus eſt.

Gen 6.

Gloſſ ord.

Seth

beth iuſtos, & religioſos interpetretur, & per filias hominum filias Chain, tamen in homine, omnium creaturarum natura fulgente, filias Dei creaturas omnes eſſe iam panditur. Quod & pſaltes Dei ſpiritu plenus oſtendit. Ego dixi Dij eſtis, ſcilicet, vos homines, & filij excelſi, creaturæ omnes. Pſal. 81. Habuit ergo Pater familias Deus duos filios, ſpirituales, ſcilicet, corporaleſque creaturas, quos Angelos, homineſque vocamus. Sic & pater Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera; ſed qui de ancilla Iſmael malignus, & ferus homo; at qui de libera Iſaach benignus, & Dei legibus obediens extitit: fortaſſe vt per hos Abrahæ filios intelligentia cauſetur: quòd & Deus etiam duos habuit filios, Angelos ſcilicet, homineſque. Verumenimuero Angelos quaſi de libera natos, quia de ſpiritali ſubſtantia, incorruptibili permanente, & immortalitatis gratia fulgente: homines autem ex lutea materia, quaſi de ancilla produxit, inſtabiles, corruptibiles, & ſi gratia immortales, quia poterant non mori, eorum tamen demerito mortales euaſerunt. Idcirco & Angeli Domino obedientes filij ſeniores dicuntur, in agro æternæ beatitudinis commorantes: quibus complacens ſibi Dominus ait. Filij, vos ſemper mecum eſtis, & omnia mea veſtra ſunt: homines autem quoniam inobedientes Domino euaſere, filij iuniores eſſe dicuntur: qui paterno relicto limine, bona munificentiſſime à patre data luxurioſiſſime diſſiparunt. de quibus in perſona filij bona patris diſſipantis dicitur. Peregre profectus eſt in regionem longinquam, & ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſe. Sed bonum eſt homini ad patrem regredi, nam miſericordia ille motus accurens cadit ſuper collum eius, & oſculatur eum.

Creaturæ omnes filiorũ Dei nomine ſignificantur.
Pſalm 81.
Filiorum Abrahæ myſteria.

Quòd priſcis patribus in figuris loquutus eſt Deus, nouiſſime autem loquutus eſt nobis in filio, qui & in parabolis aperuit os ſuum, ſuas propoſitiones loquens veteri teſtamento innixas. Quam autem parabolam de patre, & duobus filijs loquutus eſt, Iſaach patri aptanda euenit, in qua & eiuſdem filij Dei prodigalitas figuratur.

AEternum patrem omnia in figuris eſſe loquutum, ſufficit & D. Pauli authoritate probare. Omnia in figuris (dicens) contingebant illis. Nam & futuri Meſſiæ promiſſa nuntians, mulieris calcaneo figurauit. Ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius. Gen. 3. Eiuſdem Meſſiæ occiſionem in agno phaſe, Exo. 12. Eius crucifixionem in ſerpentis exaltatione, de quo, & ipſemet Ieſus apud Ioannem 3. Sicut Moiſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita oportet exaltari filium hominis. Reſurrectionem in his quæ legimus manu prophetarum vitam reſumpſiſſe. Aſcenſionem in Elia igneo curru in cælum euecto. 4 Reg. 2. Seſſionem ad dexteram patris in Salomone regale thronum Dauid patris ſui ſuperſedente. 4. Reg. 2. & ſic de cæteris quæ futuri Meſſiæ myſteria præſignabant. Cumque filius in terris viſus eſſet Meſſias, aperiam (dixit) in parabolis os meum, loquar propoſitiones ab initio ſæculi. Mar. 4. Iamque in parabolis loquens, veteris teſtamenti fundamenta carpebat. Nouimus quidem patris familias qui plantauit vineam propoſuiſſe parabolam, attamen cui veteris inſtituti fundamento adheret, non inueſtigauimus, & iam ſole lucidius Iſaiæ ſcriptura præmonſtrat, vbi & hebreorum plantationem, ſimul & euerſionem oſtendit. Ecce quid ait. cap. 5. Vinea facta eſt dilecto meo, in cornu filio olei, & ſepiuit eam, & lapides elegit ex illa, & plantauit eam electã, & ædificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in ea. Porro hæc plantatio vineæ eſt. Sequitur inde. Et nunc oſtendam vobis quid ego faciam vineæ meæ. Auferam ſepem eius, & erit in direptionem: diruam maceriam eius, & erit in conculcationem. Et ponam eam deſertam, non putabitur, & non fodietur, & aſcendent ſuper eam vepres, & ſpicæ, & nubibus mandabo ne pluant ſuper eam imbrem. Profecto totius vineæ euerſionem huiuſmodi ſcriptura demon-

Gen. 3.
Myſteriorũ Chriſti figuræ.
Exo. 12.
Ioan. 3.
4. Reg. 2.
Mar. 4.
Parabolæ Chriſti veteri teſtamento innixæ.

monſtrat. Sic & patrem familias legimus qui duos filios habuit, quorum vnus ſenior domi permanſit, adoleſcentior vero regionem petijt longinquam. Profectò hæc parabola eſt, verum cui antiquæ ſcripturæ fundamento innitatur, adhuc minime examinauimus: quod fortaſſe difficile non erit inuenire. Legimus quidem & Iſaach duos filios habuiſſe, Eſaù ſcilicet, & Iacob. Quorum adoleſcentior Iacob, patris hereditaria benedictione obtenta, in longinquam perrexit Meſopotamiæ regionem, vbi & amore iuuenculæ Rachelis laboribus ſubactus eſt. Nonne hiſtoria hæc fundamentum huiuſce parabole eſt? Sic & bene intuenti vndique patebit, quæ Chriſtus in noua lege loquebatur, in veteri quoddammodo tacta figurataue erant. Hinc & faſſus eſt; adimplere veni legem, non ſoluere. Age iam parabolæ patris familias, duorumque filiorum (vt opinor) fundamentum adinuenimus: videamus ergo quid ſignificati in ſe contineat. Profectò Guillelmus de Caillœ, ad filium Dei vnigenitum vnam parabolæ partem referri autumat. Quis ita (inquiens) prodigus (ſi ita fas eſt loqui) inuenitur, ſicut ille vnigenitus patris, qui portionem corporis, ſcilicet, & animæ quæ contingebat eum, & patrimonium (ſi dici debeat,) quod à matre contrahxit, diſſipauit, atque conſumpſit cum meretricibus. ideſt, cum peccatoribus, & publicanis, non luxurioſe, ſed laborioſe viuendo. Ipſe etiam eſurijt poſtquam ieiunauerat pro nobis, & ſitiuit cum peteret aquam à Samaritana, & diceret in cruce, ſitio. Sed quid moror? vſque adeo prodigus fuit, vt ſe daret in cibum, & cum cælum aſcendiſſet, mitteret Spiritum ſanctum ſuum, vt quos caro ſaturauerat, ſpiritus inebriearet. Hæc ille. Sit vtique doctoris prædicti tantum motiua ratio, quodque ſine diſcrimine fieri poteſt, quantum altera parabolæ pars in Domini Ieſu perſona deſignet inueſtigemus. Homo quidam habuit duos filios. Vtique hoc parabolæ fundamentum cenſeo, quòd pater Iſaach duos filios habuit, Eſaù, ſcilicet, & Iacob: de quibus Rebeccæ matri dixit Angelus Domini. Duæ gentes ſunt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur, populuſque populum ſuperabit, & maior ſeruiet minori. Iam tempus pariendi aduenerat, & ecce gemini in vtero eius reperti ſunt. Gen. 25. Sexagenarius Iſaach cui nati ſunt paruuli ferme Dei patris figuram præmonſtrat, qui ceu ſibi dilectiſſimos filios inuiſibilia, & viſibilia quæque creaſſe credimus. At hæc filiorum Dei titulo gloriantur, quia tantum eis ab omnium opifice creationis largitur acceſſus: verum ſubliniori ortu, alius extat nobilior Dei genitus filius: æternum, ſcilicet, Verbum, ab æterno ex infinita ſuæ deitatis medulla productum: de quo Dauidico ore iam canitur. Tecum principium in die virtutis tuæ, in ſplendoribus ſanctorum, ex vtero ante luciferum genui te. Pſalm. 109. Quo nihil antiquius, ſeniuſque reperiri poteſt, iuxta Danielis dictum, cap. 7. Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit. Verumeniuero quoniam verbi generatio æterna ſemper eadem perſeuerat, & noua; vt inquit pſaltes. Dominus dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te. Pſal. 2. Filius Dei iunior, ſeu adoleſcentior dicitur. in ſumma deitatis natura maxime dilectus: nam & Rebecca diligebat Iacob, qui vir ſimplex erat, & habitabat in tabernaculis. Gen. 25. Cuius dilectionis exceſſum ſic pater oſtendit. Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, Matth. 17. Qui licet in æternæ ſuæ generationis inſtanti, infinitis deitatis pater luminibus inſigniuit, ad aliam tamen ſubſtantiæ partem illum prædeſtinauit, ad corpus ſcilicet, animamque rationalem ſumendam, quæ ſubſtantiæ pars illum tantum contingebat, non patrem, nec Spiritum ſanctum, vt ab eis inconuenientiæ impoſſibilitas tolleretur. In cuius prædeſtinationis figura, ecce iam pater Iſaach qui primogenito ſuo hereditatis benedictionem promittit. Quoniam ergo ad partem hanc ſubſtantiæ vnigenitus Dei filius prædeſtinatus eſt; incarnationis aduentante tempore, non ſua neceſſitate, ſed ad humanos ſubleuandos labores, dixit patri ſuo. Pater da mihi portionem ſubſtantiæ, quæ me contingit. Ecce iam adoleſcens Iacob ad patrem ingreditur, hereditatis benedictionem poſtulans. Surge, ſede, & comede de venatione mea, vt benedicat mihi anima tua. Sic & verbum Dei hereditatis prædeſtinatæ petijt à patre ſubſtantiam: ac ſi diceret.

Guilelm.

Chriſti prodigalitas.

Gen. 25.

Iſaach Deum patrem figurat.

Pſal. 109.

Pſalm. 2.

Gen. 25.

Matt. 17.

Pars ſubſtātiæ Chriſti fuit humanitas.

Digitized by Google

et. Omnipotens pater, impletum eſt incarnationis tempus, corpus, & animam habere cupio, permitte me incarnari, & ſic partem ſubſtantiæ, quæ me contingit habebo. Et diuiſit illi ſubſtantiam. Dedit illi, quod petijt, quando ad virginem præuio Gabrielis nuntio, ſancti Spiritus operatione in Virginis aluo, Verbum caro factum eſt. Ecce iam in Iacob, Iſaach patris benedictionem compleri: cui dixit. Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini, & olei, & ſeruiant te populi, & adorent te tribus; eſto Dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ. Qui maledixerit tibi, ſit ille maledictus, & qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur. Gen. 27. Certe ſubſtantiam hereditatis obtinuit Iacob, cuius myſterium in Chriſti incarnatione completum eſt. Et poſt non multos dies congregatis omnibus, adoleſcentior filius peregre profectus eſt in regioné longinquam. Obtenta iam hereditate contriſtatus Eſaû natu maior, dixit. Venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meũ. Quod pia cum audiſſet mater, permiſit eum peregre proficiſci in Meſopotamiam Syriæ, donec Eſaû furor quieſceret; diſceſſitque Iacob, & abijt. En Iacob peregrinus, filium patris familias demonſtrat, qui poſt non multos dies congregatis omnibus peregre profectus eſt, in regionem longinquam. Bene profecto, poſt non multos dies, quia non ſtatim poſt quam Verbum caro factum eſt, in ſacro Virginis vtero inter homines homo apparuit; ſed congregata (Spiritus ſancti virtute in inſtanti, quo beata Virgo præbuit aſſenſum) humanitatis completæ ſubſtantia, poſt non multos dies, ideſt, nouem menſium curriculo tranſmiſſo, ex virginali aluo, Deus & homo egreſſus eſt. Et tunc in regionem longinquam abijſſe monſtrauit: creatura enim à creatore in infinitum diſtat, talis quidem inter homines filius Dei effectus eſt: à creatore creatura, ab æterno temporalis, ab immortale mortalis, & ſic de cæteris, quæ illum in longinquam regionem tranſmeaſſe demonſtrant. Cum autem in hac inferioris mundi regione Dei filius in carne apparuiſſet, diſſipauit ſubſtantiam ſuam, viuendo luxurioſe. En Iacob qui in Meſopotamia Syriæ iuuencule Rachelis amore captus eſt, bis ſeptennios labores pro ea diſſipare non curans: ardentiſſimũ filij Dei amorem præſignans, quo erga homines perdite flagrabat. Abhorret autem hoc auris humana audire, quòd ille qui omni gratia, & veritate plenus aduenit in orbem, quique peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius, luxurioſe ſubſtantiam diſſipaſſe dicatur. At ſi profundius ſermonis virtutem attendimus, Domini pietatem pleniſſime eluceſcere inſpicimus. Poterat enim Dominus nutu tantum vno ſuique oris tantum verbo vnico, mundum è malis eruere, verum qui in omnibus legem ſeruat, amoris tantùm menſuram ignorans, haud hoc tulit, ſed & carnem aſſumere voluit, in præſepio naſci, laboribus ſubijci, item & ieiunare, tentari, calũmnijs affici, vendi, tradi, flagellari, ſpinis coronari, ad mortem dannari, crucifigi, & mori. Nonne hæc amoris menſuram, haud eſſe ſeruatam oſtendunt? Ob quos autem admirabilem hanc amoris exuberantiam illum interrogabimus expendiſſime? Reſpondebit vtique, ob publicanos peccatores, & meretrices, pro quibus ipſe ardenter amoris ignibus æſtuabat. Nec cum alijs ita libentius conuerſari dignabatur, ſicut cũ peccatoribus, & meretricibus, cuius cauſam attulit. Quia non eſt opus valentibus medicus, ſed male habentibus. Cum igitur vt publicanos peccatores, & meretrices, imo vt omne humanum genus peccatis inuolutum ſaluum faceret, haud tantum labores, doloreſq;, eum ſubſtinuiſſe cognoſcimus; ſed & corpus & animam amoris abundantia, ad mortem tradidiſſe comperimus, totamque humanitatis ſuæ ſubſtantiam doloribus ſubactam quoddammodo diſſipaſſe; vtique vere dicendum eſt, quòd diſſipauit ſubſtantiam ſuam luxurioſe, ideſt, abundanter, idem enim eſt luxurioſe, quòd abundare. Facta eſt autem fames valida in regione illa, & ipſe cæpit ægere. Fames quidem ante verbi incarnationem erat in mundo; verum quæ fames? Deeratne panis? Deerat profecto, quia panis ille deerat; de quo ſcripttum eſt. Ego ſum panis viuus qui de cælo deſcendi; qua propter orbis totus famem patiebatur acerbam, quia tantum bona terræ comedebat, cæleſtia minime ſapiens: venit itaque filius Dei in hac famelica mũdi

Gen. 27.

Regio longinqua fuit incarnatio filij Dei.

Quid eſt diſſipare ſubſtantiã luxurioſe.

Chriſtus cæpit ægere.

M regio-

Digitized by Google

regione, & cæpit ægere: vt ſcriptum eſt. Pauper ſum ego & in laboribus à iuuentute
Pſalm.87. mea. Pſal.87. Ex quo etenim viuere cæpit, cæpit etiam & inopiam pati. Domũ naſcens
non habuit; ſed tugurium, lectulum non poſſedit; ſed præſepe, ſericos pannos non induit
ſed fracta linteamina, peregrinus ſemper in orbe fuit, tandemque vulpes foueas (dixit)
habent, & volucres cæli nidos; filius autem hominis non habet, vbi caput ſuum reclinet.
Verum enimuero in huiuſmodi fame, & ægeſtate naſcens, adheſit vni ciuium huius pauperrimæ regionis. Ecce quàm exacte hoc figurat Iacob: qui in aliena domo pauperem
vitam agens, dixit ad Laban. Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore ſeptem annis.
Gen.29. Gen.29 Adheſitque illi in ſeruitutem. Ita filius Dei pro anima quam diligebat humana,
ſubactus ſeruituti adheſit vni ciuiũ regionis huius mundanæ regionis. Verum quis iſte ſit
ciuis haud erit difficile inuenire, ſi recte ſecundum carnem, Chriſti genealogiam conſi-
Chriſt⁹ vni ciuium mũdanæ regionis adhæſit. derabimus. Ait Mattheus Euangel.cap.1. Liber generationis Ieſu Chriſti, filij Dauid, filij Abraham, Abraham genuit Iſaach, & ſequitur vſque Ioſeph virum Mariæ, de qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus. Vnde & Saluatoris genealogiam ex Abraham habemus incæpiſſe, & ad Mariam Virginem abſolutam: idcirco ex Abraham vſque ad virginem vna tantum familia texitur. Cum itaque Abrahæ familia vna ſit, ſolus Abraham,
& familia eius, poſt peregrinationem, ciuis in hoc mundo, & præcipue in terra Chananæorum fuit. Peregrinatus eſt Abraham in Aegypto, peregrinatus eſt Iſaach in Gerare,
peregrinatus eſt Iacob in Meſopotamia Syriæ, peregrinati ſunt filij eius in Aegypto, &
in deſerto, at peregrinatione abſoluta, poſſeſſionem habuerunt teerram Chanaan, ſemen
igitur Abrahæ, Iſaach, & Iacob, ciuis regionis huius dici poteſt. Gentes adhuc aliarum
orbis regionum ciues nominare fas eſt, nihil enim cæleſte ſapiebant, ſed tantum terrena
poſſidebant, adheſit autem filius Dei vni ciuium; quia ſemini Abrahæ ſemetipſum iunxit, ex Iſraelitica familia carnem aſſumens. Et miſſus fuit in villam paſcere porcos. Mirum eſt vtique, quòd mundi Saluator miſſus dicitur paſcere porcos; cum alibi dixerit ille.
Matt. 15. Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael. Matth.15. Vt Iacob impleretur
Gen.31. figura, qui ad oues miſſus eſt Labani. Gen.31 At ſi ouium naturam, porcorumque
conſiderabimus, recte Chriſtum paſtorem ouium inſpiciemus, qui etiam pauit & porcos.
Ouis quæ ſua ſunt non quærit, imo ſi luporum truculenta rabie quatitur, lamentum aſſumere neſcit, cumque aliquas ſibi ſocias in ore luporum inſpicit, timore perterrita fugit,
ouiumque ſocietatem ſi quando relinquere accidit, errans per montes, & campeſtria balat, audiens autem paſtoris vocem lætatur, eum ſequitur, totamque ſe ab omni aduerſi-
Porcorum & ouiũ diſparis natura. tate dignoſcit. At contra porcus quæ ſua ſunt quærit, aliena ſemper deuorare cupit, cumque aliquantiſper læditur grignit, nec vocem paſtoris amat, animal ſemper liberum eſſe cupiens. Chriſtus ad filios Iſrael tanquam ad oues miſſus eſt, qui ob impiorum Regum truculentiam, illorum plurimi, quæ ſua erant non curantes, montes, & deſerta petebant, balantes, & à Domino auxilium poſtulantes. Sic fugit Elias, & alij prophetarum
3.Reg.19. multi. 3.Reg.19. Sic & Matathias, & filij eius. 1.Macab.2. At omnes fere quo tempore
1.Mac.2. Chriſtus venit in mundum, errauerant à Domino Deo ſuo, praua ſuorum patrum, circa
idolorum cultus, iniquitate decepti. Hi profecto qui in ignorantiæ ſimplicitate errabant, vna tantum Saluatoris voce, ad ſuum paſtorem reuerſuri erant; ſicuti & Mattheus
publicanus reuerſus eſt, & Zacheus publicanorum princeps, & Maria Magdalene pecca-
Epiſ.1.c.2. trix, & alij Iudæorum plurimi; imo & gentium, de quibus Petrus. Eratis (ait) ſicut oues
errantes; ſed conuerſi eſtis ad Paſtorem, & Epiſcopum animarum veſtrarum. Vnde quoniam hos à via veritatis diſperſos collecturus erat Chriſtus, ad oues miſſus dicitur. At inter eas porcorum erant plurimi, quæ ſua erant quærentes, & aliena deuorantes; Pontifices, ſcilicet, Sacerdotes, & Scribæ, qui vt ouium paſtores ante Chriſti aduentũ dati erant,
ipſi vero inſatiabiles porci effecti ſunt; de quibus apud Exechiel cap.34. queritur Deus.
Veh paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos; nonne greges à paſtoribus paſcuntur?
Lac comedebatis, lanis operiebamini, & quod craſſum erat occidebatis, gregem autem
meum

Digitized by Google

meum non paſcebatis. Quod infirmũ fuit non conſolidaſtis, & quod ægrotum non ſanaſtis, quod confractum eſt non alligaſtis, & quod abiectum eſt non reduxiſtis, & quod perierat non quæſiſtis. Sed cum auſteritate imperabatis eis, & cum potentia, & diſperſæ ſunt oues meæ, eo quòd non eſſet paſtor, & factæ ſunt in deuorationem omnium beſtiarum agri, & diſperſæ ſunt, errauerunt greges mei in cunctis montibus, & in vniuerſo colle excelſo, & ſuper omnem faciem terræ diſperſi ſunt greges mei, & non erat qui requireret. Ecce quomodo quos paſtores ouium ſuarum dederat Deus, eos impios animaduertit, ouium diſperſores, occiſores, & porcorum more, cibis, & potubus vacantes. Hos porcos ſua doctrina voluit paſcere Chriſtus, vt eos in ouium naturam mutaret, & ad optimam frugalitatis formam redigeret. Idcirco nunc eis regnum Dei prædicabat, nunc eis conuitia inferebat, ita vt ex verbis ad verbera in templo manus imponeret. At quoniam illi peiores, oſtinatioreſque euadebant, teduit eum vitæ ſuæ, vnde dicitur, quòd implere cupiebat ventrem ſuũ de ſiliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat. Sed quid ſiliquæ iſtæ ſignificent, puto, quòd ſacrifitia, & oblationes, quibus ſacerdotes veſcebantur; quæ oblationes, Chriſtus optabat, vt ventrem ſuum implerent, ideſt, vt iuxta Dei voluntatem fierent: interiori animæ affectu; non exteriori tantũ corporis actu. Ob id enim maxime triſtabatur, dicens. Hypochritæ, bene de vobis prophetauit Iſaias dicens. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt à me. Matth. 15. Quoniam igitur ſacerdotes exteriori tantum actu ſacrifitia, & oblationes Domino offerebant, interiorem animæ affectum minime curantes, dicitur, quòd cupiente Chriſto implere ventrem ſuum de ſiliquis quas porci manducabant, nemo illi dabat. In ſe autem reuerſus. Sic & Iacob poſt diutinos labores quos apud Laban ſubſtinuerat, in ſe reuerſus eſt, animaduertens quòd facies Laban, non erat cum eo, ſicut heri, & nudius tertius: maxime dicente ſibi Domino. Reuertere in terram patrum tuorum, & ad generationem tuam, eroque tecum. Gen. 31. Animaduertit itaque Chriſtus, quòd impij Sacerdotes, Phariſei, & Scribæ ad viam veritatis accedere renuebant: vnde exclamans ait. O quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo. Domus quidem Dei in qua beati aperte beatificæ viſionis gaudia poſſident, Cælum eſt. Licetque Deus in vniuerſo ſit, totum maieſtate ſua replens orbem, tamen illi præcipua cæleſtis habitatio tribuitur, vt Saluator docuit. Pater noſter qui es in cælis. In hac itaque cæleſti domo mercenarij ſunt Angelici ſpiritus; ceu mercenarius enim iam labore peracto, mercedem à Domino recipit; ſic quia & Angeli illo expleto tentationis interuallo, quod Deus ad acquirendam beatitudinem eiſmet permiſiſſe conſtat, beatitudinis mercedem receperunt, ac mercenariorum nomen obtinuerunt. Quorum vnuſquiſque ſecundum ſui ſubſtantiam in domo Dei panibus abundat, in ſaturitate beatitudinem poſſidens. Pro quibus Chriſtus ait; O quanti mercenarij, ideſt, Angeli in domo patris mei, quæ Cælum eſt, abundant panibus, ideſt, impaſſibiles ſunt, & beati, ego autem licet ſim comprehenſor, ſimul & viator, ſecundum tamen inferiorem humanitatis portionem, fame pereo, ideſt, triſtor, & affligor tantam hominum vecordiam cernens. Ah generatio praua quãdiu vos patiar, quandiu apud vos ero? Expletis quidem huius ſæculi laboribus, ſurgam & ibo ad patrem, & quaſi alter Iacob, reuertar in domum natiuitatis meæ: quia exiui à patre, & veni in mundum, nunc iterum relinquo mundum, & vado ad patrem. Ioan. 16. Et ſurgens venit ad patrem, & facta eſt lætitia magna in cælo. Cætera quæ in parabola ſunt, pio lectori remittuntur.

Siliquarũ ſignificatio.

Matth. 15.

Angeli in domo Dei mercenarij dicuntur.

Ioan. 16.

DOMINICA III. IN QVADRAGESIMA.

TEXTVS.

Erat Ieſus eijciens dæmonium, & illud erat mutum; & cum eieciſſet dæmonium loquutus eſt mutus, & admiratæ ſunt turbæ. Luc. cap. 11.

Digitized by Google

Quòd paleſtritum more, qui poſt labores honoris pallium recipiunt, ſic Deus probauit Angelos, quoſque adorationis verbi humilitate obedientes reperit, inſigni gloriæ corona decorauit, quos vero inobedientes, expulit, vnde & textus Euangelij veritas comprobatur, quod erat Deus eijciens dæmonium.

LAudabilis profectò, omnique præconio dignus antiquiſſimus ille Romanorum mos extit, vt triumphales honores, & diademata, vnquam cuique concedere annuerint, ni prius quem fortem viribus, animoque audaciſſimum certo probaſſent experimento, vtputa ſi aliorum regna inuaſit, ſi hoſtium prouintias bello, obſidioneque afflixit, ſi inimicorum ciuitates igne ſuccendit, ſi aduerſariorum ſpolia viuendo diripuit, ſi proprium corpus gladijs, telis, hoſtilibuſque audacter incendijs expoſuit; bellica namque fortitudo è terrenis homines ad immortales perducit honores. Hinc & Plato in Menexeno altiſſimo dicendi ſtylo belligeros quoſq; his verbis extollere ſtudet. Videtur ò Menexene apud plurimas gentes præclarum eſſe in bello occumbere; etenim qui ſic è vita migrat, funere, & ſepulchro magnificentiſſimo honoratur, & ſiue pauper quis ita decedat, laudatione non caret. Siue etiam vilis quiſpiam, & ignauus, rurſus à ſapientibus viris extollitur, qui non temere, ſed multo tempore, compoſita, & conſulta oratione eggregie laudant. Etiam & adhæc vſque tempora mos iſte ſeruatur, vt nulli honoratioris pallij decor concedatur, niſi quem virtus ingenua: velocitas eximia, & fortitudo magnanima ſuper omnes homines clareſcere facit; vt inter ſolis ardores, telluris pulueres, & laborioſi curſus ſtadia, primus omniũ ſignum petat, ad quod cæteri properantes accurrunt. Huiuſcemodi fere præmiandi genere Altiſſimo placuit Angelos ſuos perennis gloriæ fulgoribus decorare: poſtquam enim Angelicam tàm mirabilem in ordine, multitudineque naturam creauit, illam glorioſiſſimis beatitudinis ſplendoribus illuſtrare cupiens, ſignum poſuit, quod ſi quis obedientia, humilitateque attingeret, ſtatim beatitudinis ſedem adipiſceretur. Signum autem hoc ſublimioris eloquij genere, Ioannes Apoſtolus reuelare ſtudet, Apoc. 12. Signum magnum apparuit in cælo, Mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim; & in vtero habens, & clamabat parturiens, & cruciabatur, vt pariat. Et viſum eſt aliud ſignum in cælo, & ecce draco magnus, rufus, habens capita ſeptem, & cornua decem, & in capitibus eius diademata ſeptem, & cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum cæli, & miſit eas in terram, & draco ſtetit ante mulierẽ, quæ erat paritura, vt cum peperiſſet, filium eius deuoraret. Duo quippe ſigna notantur, beatitudinis ſignum in cælo diuinæ eſſentiæ, & inobedientiæ ſeu tertiæ partis Angelorum rebellionis ſignum in cælo empyreo. Vt autem beatitudinis conſequendæ ſpiritalibus expoſitum mentibus oſtendamus; illud conſiderandum euenit, quod iam diuina eſſentia, ſpeculo exiſtente voluntario. quicquid Angelis reuelandum proponit, ſuimetipſius ſpeculũ illi aperit, vt ibi quod eſt illis ſcire neceſſe, perſpiciendum offendat. Cumque ſumme neceſſe in Deo actum fruitionis habere rationalibus eueniat mentibus, vt eo frui liceat meritorium Deus Angelis interuallum conſtituit, meritum autem futuræ conſequutionis, hoc eſſe præfigens, Verbum Dei incarnandum præmonſtrans, ſicque à cunctis cælorum ſpiritibus adorandum. Huiuſmodi vero aſſertio D. Pauli teſtimonio comprobanda ſe offert. Heb. 1. Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terrarum, dicit. Et adorent eum omnes Angeli Dei. Ecce præceptum Angelis pro filij Dei adoratione præſcriptum, quatenus primogenitus ſecundum carnem beatificandus in multis fratribus prædeſtinatus eſt. Incarnationis autem conſummatio profectò in muliere perficienda, quæ ſecundum æternam prædeſtinationem in vtero habebat, & cruciabatur, vt pariat. Hanc igitur vt ſignum in cæleſti diuinæ eſſentiæ ſpeculo Deus Angelis oſtendit, hinc Ioannes ait. Signum magnum apparuit in cælo. Signum vtique Mulier fuit amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim. quod omnino intelligere ignorarẽ, ni Bernardus dixiſſet.

Plato.

Bellica mors laudabilis.

Beatitudinis Angelorum ſignũ. Apoc. 12.

Verbũ Dei Angelis adorandũ proponitur. Heb. 1.

Bernardus

Digitized by Google

dixiſſet ſuper Apoc.12. quod mulier inter Solem, & Lunam, Maria eſt inter Chriſtum, & Eccleſiam conſtituta. Maria ergo ſignum in cælo apparuit, Sole deitatis amicta, cui Eccleſia veluti Luna, eiuſdem protectione fulcita ſubmictitur, cuique duodecim patriarchæ veluti ſtellæ, ſplendidiſſimum diadema conſtant. At qiud Deus iam ſigno adorationis exhibito expectabat? obedientiam vtique. Verum enim vero ecce ſignum aliud in cælo empyreo, draco magnus, & rufus, cauda deceptionis ſecum trahens tertiam partem Angelorum, ne filium Dei adorarent, imo quòd execrabilius, virginis partum deuorare parabatur incarnationi filij Dei, ſi poſſibile fuiſſet obſtacula proponens, os ad deuorandum aperiens, quod in adoratione, & laude, obmuteſcẽte clauſerat; vnde & muti dæmonis titulo labefactatus eſt. Hinc (ait Ioannes) factum eſt prælium magnum in cælo, Michael, & Angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat, & Angeli eius, & non valuerunt, neque locus inuentus eſt eorum amplius in cælo. Et proiectus eſt draco ille magnus, ſerpens antiquus, qui vocatur diabolus, & ſatanas, & hoc eſt quod Lucas myſterioſiſſime in Euangelio explicat. Erat Ieſus eijciens dæmonium, & illud erat mutũ. Quia iam increatum verbum priuſquam humanitatis linteamine operiretur dæmonium eiecit à cælo.

Maria in ſignum Angelis data.

Bellorum origo inter Angelos.

Quòd ſeptem capitalibus vitÿs diabolus irretitus peccauit in cælo, cunque Angelorum pacem quotidie turbaret, eÿciendus omnino putatur, vt inde exitus acta probarunt.

RAdix (ait ſapiens) peccati ſuperbia; quæ ſupra Dei caput militare cõtendens, ſub Dei pedibus miſerabiliter ſingula comprimit. Quod ſi Lucifer ſuperbia illaqueatus oſtenditur; haud tamen ei vitia defuere ſequentia. Superbia profecto arguitur apud Iſaiam 14. Quomodo cecidiſti de cælo Lucifer qui mane oriebaris, corruiſti in terram qui vulnerabas gentes. Qui dicebas in corde tuo, in cælum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, & ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus aquilonis aſcendam in altitudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo. Hæc ſuperbia eſt, hæc cordis elatio peſſima, quæ ſupra Deum euolare contendit, verum ecce quid Iſaias ait. Ad infernum detraheris in profundum laci. Hac igitur Lucifer labefactus, conſternatus corruit. Quid mirum ergo ſi eiuſdem ſuperbiæ virulenta ſanie, egrotans è paradiſo eiectus eſt Adam? Qui etenim ſupra Deum ſine lege, iuxta Deum ſine morte, & Deo æque ſapientia cõparatus viuere optabat, ſub lege, morte & ignauia truſus occubuit. Gen.2. & 3. Nec Lucifer auaritiæ expers oſtenſus eſt; quam etenim hæreditatem hominibus ab æterno prædeſtinarat Altiſſimus, veluti ſibi propriam ille vſurpare iam cupiens, æterni verbi ſecũ vnionis optabat ligamen. Hoc profecto ſpiritu Dei plena Sara ſignauit. Non erit (inquiens) heres filius ancillæ cum filio liberæ Gen.21. Idcirco Iſmael, ne Iſaac hæreditate potiretur, ac pene alienigena fugauit è domo. Luxuriæ item deliquio fæde Lucifer pollutus apparuit, charitatem quippe qui ordinatã peruertit, amoris incendia ſic pro ſemetipſo concipiens, vt vſque ad contemptum Dei flammas euomeret, tale ſit luxuriæ facinus, vt inordinatus amor luxuria dicatur. Quod ſi Phinees luxuriæ nefas haud paſſus eſt in caſtris perpetrari, quandoquidem pugione genitalibus infixo, mutuo fornicantes eodem impetu peremit; nonne Deus luciferianæ luxuriæ vltor, pugione ſuæ potentiæ quem cum ſemetipſo fornicantem inſpexit, iuſte peremit? Adeo etiam Lucifer ira efferbuit, vt & contra Deum inuehei poſſe putarit. Gulæ paſſus eſt afflictionem, cum pane illo iam ab æterno hominibus præordinato ſatiari concupiuit: qui poſtea è cælo miſſus dixit. Ego ſum panis viuus qui de cælo deſcendi. Io.6. Tunc inuidiæ liuore tabuit Lucifer cum longe ſibi inferiorem, ſupra ſe promouendam nouit eſſe naturam. Tandemq; accidia percuſſus, quem adorare debuit, penitus illi humiliari renuit. Ecce iam Lucifer ſeptem capitalibus deliquijs labefactatus in cælo permanere non poterat,

Eccl. c.10.

Sept. vitÿs capitalibus Lucifer peccauit.

rat,

Digitized by Google

Lucifer Angelorum pacem turbabat. rat, ne forte vniuerſum Angelorum ouile iniquitatis ſuæ inficeret ſanie. Imo quid pace iucundius neſcio cuipiam inueniri poſſe, quã in Angelis Luciferi præſentia quodamodo inueniendam fore, nec fuiſſet poſſibile. aderat nempe ita in inferiores ſpiritus tabeſcẽs, quaſi leo in ſylua, quotidie apud Deum illos iniquitatis arguens. Quod & Ioannis teſtimonio comprobatur. Iam enim impio è cælis eiecto dæmone, Angelorum ordines pace potiti, vt ſcriptum eſt. Poſuit fines tuos pacem. pſ. 147. alterius vocibus læti domino cæcinere. Nunc facta eſt ſalus, & virtus, & regnum Dei noſtri, & poteſtas Chriſti eius, quia proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum, qui accuſabat illos ante conſpectum Dei noſtri, die, ac nocte. Apoc. 12. Vt ergo perpetua lætentur Angeli pace, expediens fuit malignum dæmonem, è cælo eijci. Hinc Lucas Euangeliſta ſub energumeni liberatione, Angelorum beatorum naturam ab impij dæmonis tentatione liberatam figurat.

Quòd filius Dei veluti ſapiens, exorciſmatibus pluribus vſus, dæmonem eiecit ex anima rationali, per fidem, & circuncisionem, & legem: quẽ poſtea penitus ſua morte, eiecit ex orbe; Nunc autem Sacramentorum exorciſmatibus, adeo fugat, vt ei neque ingreſſus rimula maneat.

VEre Dei opus in impij dæmonis eiectione, ſicut venefici fuit incantantis ſapienter in aſpidem ſurdum obturãtem aures ſuas. Cum etenim vecordẽ Deus inſpexiſſet Adam ſub diaboli poteſtate redactum non longe continere volẽs in ira ſua miſericordias ſuas, memor propoſiti ſui, cõſilium, & auxilium ſuper genus humanum iam lapſum, eiſdẽ noſtris primis parentibus inſinuauit. Largiens ſpiritum ſalutaris fidei in Chriſtum futurum bellatorem, Saluatoremq; & ex tunc inimicitijs poſitis inter ſerpentem, & ſemen mulieris inicium cæpit eſſe Bellorum domini, initiumque bellorum iuſtorum, de quibus ſæpius ſcriptura loquitur. Ecce igitur ante Chriſtum incarnatum, vtpote à mundi primordijs, bellum fuit Verbi Dei, cum antiquo ſerpente, præliantis in omnibus hominibus fidem Meſſiæ habentibus, aduentumq; eius in carnem expectantibus, in Adam, & Eua, in Abel, in Seth, in Enoch, in Noe, & in omnibus ſanctis illius temporis. Atque eouſque fuit victoria per idem Dei verbum, ſupra ſerpentẽ; vt ipſe ſerpens interim neq; regnaret, neq; dominaretur iuſtis illis ad perditionem, & mortem ſempiternam. Talis erat profecto fidei Meſſiæ virtus, vt eiecto per eam originali peccato, dæmon fugã arriperet, nec amplius poſſet in animam præualere. Exorcizatio profecto hæc facilis fuit qua venturus Meſſias erat eijciẽs dæmonium. At qui ſemel fugam arripiens iterum redditum optat dicens. Reuertar in domũ meam vnde exiui. Adeo fidei obſtitit Meſſiæ, vt imperante Nembroth vix pene nominaretur in gentibus: idcirco fortiorem adhibuit incantator ſapiens exorciſmum, ita vt ſupra fidem Meſſiæ adderet, & circuncisionem in carne, quam pertimeſcens ſatanas abibat ab homine. Vtque fortius exorciſta inueheret in illum, addidit tempore Moyſis legem, cuius ſacrificiorum ſanctificato prius iam Sacerdote, dæmonis venenum auferebatur, quo ille ſingulos ad tartara trudere ſtudebat. Tametſi non dum erat aſpidis contritum caput, donec vna inter mulieres benedicta veniret, ex qua ſemen ſeu carnẽ aſſumens ipſum Dei Verbum, bellator fortis, princepſque totius belli, in perſona ſua, ac propria carne ad publicum prodiret, qui caput ſerpentis contereret, inferni clauſtra penetraret, ſemenque iuſtorum de poteſtate eius educeret, cæleſtiſq; regni ianuam aperiret, qui contra ſerpentem illum per vniuerſum mundum ſui belli vexilla protenderet. Qui prius inuiſibilis inuiſibiliter præliabatur per ſuos milites, ſtatuentes inimicitias per inuocationem verbi ſui, ſeu nominis bellatoris ſui futuri: ecce mundum ingreditur, factus viſibilis pugnaturus viſibiliter, vtens in toto congreſſu noua exorciſmi ſpetie, nihil diabolo extorquens violento cominatu, ſed in virtute ſpiritus, arte quadam illum fallens. Ipſe nempe quantũ

Bellorum Domini initium.

Fides Meſſiæ diabolũ expellebat.

Exorciſmata diuerſa aduerſus dæmonem.

Digitized by Google

vis callidus eſſet, dum ita occidere Chriſtum cupiuit, vt prorſus nomen illius periret fallebatur; putans quòd per mortem poſſet deuorare, ideſt ad ſuum regnum, barathrumqꝫ trahere, ſemen ſeu filium benedictæ mulieris, ſed ipſius ſpes ipſum fruſtrabatur: quia dū illi aduerſari conatur, magis illius propoſito famulatur; ſoluenti morte ſua Deo patri condignum pretium pro totius mundi peccatis. Vnde quòd in filio illo benedicendæ eſſent omnes gentes, ſic moriente; ſerpens ille quantum vis eſſet aſtutus, neſciebat quòd tali exorcizandi modo, qualē Chriſtum geſſit vincendus eſſet, foraſque eijciendus, propter humilitatem, patientiam, obedientiam, & paſſionem eiuſdem Chriſti ſeſe humiliantis vſque ad mortem crucis, ipſe dæmon ignorabat. Si ſatellites eius cognouiſſent, nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent. Si Leuiathan cetus ille magnus in mari hamum ferreum cognouiſſet diuinitus latuiſſe ſub mortali carne eius, nunquam carnem illam momordiſſet, qua ferrum tegebatur, vt caput illius contereret. Sciebat forſitan, aut ſaltem ſuſpicabatur, ipſum eſſe filium Dei, & ob ſalutem humani generis veniſſe, qui demonijs imperabat & obediebant ei, vt inquit Luc. 4. Exibant dæmonia à multis clamantia, & dicentia: quia tu es filius Dei, & increpans ait, non ſinebat ea loqui, quia ſciebant ipſum eſſe Chriſtum. Veruntamen ſecretum à ſæculis abſconditum neſciebant, quòd ſ. è morte vnius, omnium deberet vita renaſci. Hæc omnia in numeris Scripturæ ſacræ teſtimonijs declarantur, in quibus legimus beneficia per Ieſum Chriſtum nobis impenſa, eſſe remiſſionem peccatorum, liberationem è domo carceris, de captiuitate, de vinculis, de poteſtate diaboli: reconciliationem cum Deo patre, reſurrectionem à morte ad vitam, curationem ab infirmitate, mundationem à peccatorum maculis, reſtitutionem ſalutis, perſolutionem prætij pro peccatis, iuſtificationem etiam, tandemque plenam glorificationem. Quæ omnia exorciſmatis illi potentiſſimi virtute in nobis operata ſunt, paſſionis, ſ. Chriſti, qua erat Ieſus è mundo eijciens dæmonium, quod iam ipſe apertius explicauit dicens. Nunc iudicium eſt mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Ioa. 12. Audacter vero iterum dæmon in domum domini reuerti ſtudet, quæ anima quidem rationalis eſt: verum ecce exorciſmata omni virtute creata potentiora adſunt; Sacramenta, videlicet ſeptem, quibus penitus dæmon terrefactus aufugit. Baptiſmata quippe originale tollitur reatum, Chriſmate ſacro, anima in fide firmatur, Pænitentia, mortalia diluuntur facinora, Ordine luminibus potioribus, quibus impius dæmon inimicatur, anima decoratur. Euchariſtia, fortis in hoſtes redditur, Matrimonio, libidinis, qua poſſit dæmon ingredi rimula clauditur, & vntione nouiſſima, tentationum timor aufertur. Quis vnquā excogitauit hæc? his igitur ſapiens incantator Ieſus, erat eijciens dæmonium.

Sacramentorū virtus omne genus dæmoniorū extricat.

Quòd Deus antiquis Ducibus vſus, prælia conſtituit, vt idololatris deſtructis, dæmon eijceretur ex orbe, qui licet bella domini præliarentur, haud tamen penitus diabolum eijcere valuerunt, eo quòd quamuis mentali oratione Deo ſemper eſſent coniuncti, de ligno ſcientiæ in Adam comederant, & ſic non ieiuni; idcirco ieiunus Chriſtus & orans, dæmonium eiecit.

QVæ mulier æternam figurans Dei potentiam, in operibus manuum, digitorumque laudatur à Salomone, cum dicitur Manum ſuam miſit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fuſum. prouerb. 31. per digitos, manumque diabolum deijcere ex orbe contendit. Verum per digitos eiectionis opus incæpit, quos inde inualidos cernēs, manum ſuam miſit ad fortia. Digiti quidem Principes illi fuere militiæ fortiſſimi, quos Deus bellorum ſuorum duces conſtituit, quorum idolorum penitus ablatis cultoribus, dæmon expulſus omnino ſe diuina noſceret poteſtate. Primus mihi videtur, domini bellorum Dux Abraham, vt exactius ſcriptura commemorat: qui cum fratrem ſuum Loth

Antiqui patres digiti Dei dicti ſunt.

cap-

captiuitati ſubactum audiret; exercitus expeditionem aduerſus quinque reges conſtituit; numerauitq; expeditos vernaculos ſuos trecentos decem, & octo; cōmiſſoq; prælio, & Loth reduxit victorque redire meruit Gene. 14. Quod totum factum eſt vt fortaſſe figuretur; quòd agnoſcente Deo hominem captiuum factum, ac ſub vanis quinque ſenſuum erroribus conſtitutum, illū ex impia captiuitate in manu forti liberaturus erat. Quocirca dicendum eſſe credimus, quòd dum pater Abraham figuratiue præliabatur, & pro Dei honore certamen aſſumpſerat, erat eijciens dæmonium: infideles etenim à faciæ terræ deſtruere nitebatur, qui domicilium quoddammodo diaboli erant. Nec vitæ ſuæ pepercit Abraham, vt altiſſimi Dei honorem zelando defenderet, demoniumq; ſi poſſet, è mundo eijceret. Pro quo & Philo Iudæus lib. de migrat. Abrahæ relatu quædam digniſſima refert. Quod priſcis poſt cataclyſmum vniuerſalem temporibus, vt nomina ſua in terris primi illorum hominum phalanges magnificarent; turrim ciuitatemq; tante molis, vt ſi poſſibile fuiſſet cœlorum concaua cacumine pertingeret, conſtruere curarunt. Quinimmo & ſi poſſent etiam ſuperna deprimere. Noluit huic Abraham cum vndecim ſibi familiaribus prauo aſſentire conſilio: nouerat enim Dei contemptum exinde profluere; cui, quibuſq; ſimul ad deliberandum temporis ſic inſtituti interualla conceſſa fuere, quibus iam elapſis Abraham ad turris, ciuitatiſq; ædifitium adduci nequit; imperante vero Rege Nembroth, qui tunc potens erat in terra, in fornacem miſſus eſt; at flamma illum in ignem inijcientes deuorante, à Deo ereptus illæſus exiuit. Quem Deus inde in aliam tranſtulit oram, dicens. Egredere de terra tua, & decognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monſtrauero tibi, faciamq; te in gentem magnam. Ego enim ſum dominus Deus tuus qui eduxit te de Vr, ideſt de fornace Chaldeorū. Gen. 12. Agnouerat Deus Abraham altiſſimi honoris ſui zelatorem, idcirco inter peccatores illum dimittere noluit. Sed vt illum in plebem, ſeu populum multum conſtitueret, fortiuſq; aduerſus impios præliaretur, aliam ei conſtituit terram poſſidendam. Quoniam igitur ex primo ſuæ iuuentutis flore aduerſus impios dæmonum cultores præliari cæpit; dicendū quod Abraam nil aliud prælijs ſuis intendebat; niſi è muudo dæmonium eijcere: ſicque potenti manu Abrahæ in illo tempore erat Ieſus adhuc incarnandus eijciens dæmoniū. Age quòd decedente Abraham, omnis & eius poſteritas ad Moyſen vſque bella domini proſequuta eſt; licetq; militum agmina, bellorumq; inſignia vix eo temporis curſu ſcriptura commemoret, ſpiritualia tamen bella aduerſus Dei electos defuiſſe minime credendum eſt. Siue enim legimus Iſaac filium Abrahæ Iſmaelis odio aliquandiu oppreſſum, ſiue Eſau fratri ſuo Iacob inſidias multoties paraſſe, ſiue filios Iſrael adoleſcentulū Ioſeph alienigenis vendidiſſe, nonne diabolus machinationibus his Meſſiæ aduentui obſtare conabatur? At Dei conſilio quod dæmon dirigebat ad malum, in bonum verſum eſt Heres enim factus eſt Iſaach, vt mundam domini ſecundum carnem progenies haberet originem. Benedictus fuit in generationibus ſuis Iacob, vt domus domini ſuper Patriarcharū cacumina locaretur. Nil obfuit ſanctiſſimo Ioſeph fraterna maledictio, per eum etenim ſeruata eſt familia Iacob, vt ex ea dominus naſceretur. Vnde & hi prædicti omnes aduerſus diabolum ſpiritualiter fortiſſime dimicarunt: quocirca operibus Iſaac, Iacob, & Ioſeph, erat Ieſus eijciēs dæmonium. Poſt hos vero ceu gigas Dei zelo indutus ſurrexit & Moyſes, vt prælia domini ſtrenue præliaretur, diabolumque è mundo arceret: duritiē enim Pharaonis dignoſcens, à quo nec Deus agnoſcebatur, nec filij Iſrael libertate donabantur, miracula multiplicauit in Aegypto & ſigna: quæ ſummopere Dionyſius admiratus, putans fortaſſe eo tempore perituram Aegyptum, valde pertimeſcens, apud Indos ſe contulit, à quibus ob bonas regiminis leges, ac veluti Deus honoratus eſt, paterq; vocatus liber. Cunque Dei poteſtate è dura Pharaonis ſeruitute filios Iſrael eriperet, Pharaonem, & exercitum eius in mare proieciſſet, quid aliud ægit, niſi quod dæmonium eiecit? Euertit enim idolorum in deſerto cultores; vnde quoniam Moyſis manu impios è mūdo Deus dæmonum adoratores expulit, vere dicendum eſt quòd Moyſis digito erat

Abraham fuit eijciens dæmoniū.

Philo Iudæus.

Abrahā de fornace ereptus.

Bella ſpiritualia ſemper fuere.

Ieſus antiquis patribus vſus eſt aduerſus dæmones.

eijciens

eijciens dæmonium. Cumque in interioribus deſerti populum Domini intuliſſet Moyſes, maxima aduerſus eum bella ingruere cæperunt: nam ecce Amalechitarum innumerabilis populus, vno ore, vnoque ſpiritu aduerſus hebreos arma ſumpſerunt, vt eos è medio tollerent:cadit Moyſes ante dominum,gemit,flet,præcatur,exorat, & miro Dei iuditio, qui ſecundum Amalechitarum mentem quærebantur ad mortem,victores exiſtunt, diripiunt ſpolia,& inimicos fugant,occiduntq;.Quid igitur hoc prælio operatus eſt dominus?Nonne potentiſſima filiorum Iſrael manu erat eijciens dæmonium?Iterũ duce Moyſe,hebreorum milites ordinantur ad prælium, aduerſus Madian, eo quòd vnum hoc intendebat Moyſes; .ſ.,vt è terra dæmonium eijceret.Rebus tandem Moyſes ceſſit humanis, ſurrexitq; Ioſue filius Nun, Dei belli dux,mileſq; fortiſſimus, qui diuerſis bellorum congreſſubus dæmonium è medio eijcere ſtuduit. Primo vtiq; prælio ſepties Hierico ciuitatẽ,circumiens,ſolo tubarum ſonitu,pergama cæcidere diruta. Cunq; Hai ciuitatem obſediſſet,breuiſſimo temporis interuallo,eam ſolo æquauit,furcæq; illius Regem ſuſpendit. Iterum aduerſus Reges quinque apud Gabaon bellum init, cuius fortitudinem quaſi Sol,& Luna mirantes,medio ſtetere cælo, donec ſecundo prælij euentu victor ſumeret de hoſte triumphum.ac denique tantæ virtutis extitit aureis illis temporibus Ioſue, vt vnum,& triginta reges ſuo ſubderet imperio.Nec ad aliud prælia domini dirigebat, niſi vt dæmonium ex his orbis regionibus eijceret. Abſtulit autem communi hominum lege Deus,ex hac mortali vita exercitus ſui principem Ioſue.atq; vt dæmonium eijceret alios ordinauit duces.Ecce Iudas de quo Scriptura fatur, qđ poſt mortẽ Ioſue conſuluerunt filij Iſrael dominum,dicentes:quis aſcendet ante nos cõtra Chananæum,& erit dux belli? Dixitq; dominus,Iudas aſcendet,ecce tradidi terrã in manu eius. Iud. 1. Quem ſequutus inde Barach ſic ſtrenue aduerſus Siſarã dimicauit,vt ad tabernaculũ Iael vxoris Heber cinei confugiens ille perterritus,inter ſoporis grauamina clauo temporibus infixo vita fũctus abiret Iud.4. Adfuit inde Gedeon qui tubarum tantum clangore, lagenarumq; fractura,ac intempeſte noctis ſilentio,inimicis doloſo lumine,diuino monitu oſtenſo, tantã eius intulit horroris formidinẽ, vt abſq; ſui ſanguine,& ſudore omnes proſterneret hoſtes.Iud.7.Surgit poſt eum & Iephte,qui habita ex Ammonitarum exercitu victoria,crudeli voto,immaniorique vnigenitæ eius filiæ ſacrifitio,immenſas Deo gratias agere putauit.Iud 11.Cunque fortis,ſtrenuuſque Dei miles è medio cunctorum hominum diſceſſiſſet,ecce fatato capite Samſon inſurgit,qui Dei ſpiritu,& virtute, vno tantum impetu, mille hominum aſini maxilla peremit:ac Philiſtinorum theathri fracta columna, omnes fere illius regionis accolas impia ſimulacra venerãtes occidit.Iud. 15.& 16.Verum enim vero vt ſua dominus magnificaret bella,Reges exercitibus ſuis præfecit,quorum primus Saul prælium aduerſus Amalech bellatus eſt.1.Reg.15.Dauid etiam Rex aduerſus Goliath, & Philiſteos; nec à prælijs terra quieuit,protenſa etenim ſunt ad Machabeorum vſque tempora,& vltra,nec aliud intendebat dominus;niſi potentiſſima iſtorum principum manu dæmonium eijcere:ſic ſemper antiquis diebus erat dominus eijciens dæmonium. Verum licet maxima ſint principes illi fortitudine vſi,incredibiliq; ſtrenuitate pugnaſſent, victores haud tamen prorſus dæmonium è medio eijcere valuerunt, quia digiti erant fuſum apprehendentes,& mollia operantes. Rationem vero debilitatis altiſſimo contemplationis myſterio,Saluatoris noſtri verbis deſumptam habemus. Ait vtiq;. Hoc genus dæmoniorũ in nullo poteſt exire,niſi in oratione,& ieiunio.Mar.9.Vbi notandum, quòd eo tempore,quo Deus primum è limo terræ formauit hominem,eundem in paradiſo voluptatis poſuit,vt operaretur,& cuſtodiret illum.Gen.2.Vbi patris noſtri Adæ operatio haud vtiq; ad illius paradiſi fertilitatem erat dirigenda,vt. ſ.vberius ſolito fructus ille redderet;erat enim ſuapte natura omnium cuiuſq; generis fruguum ferax;ſub tali nẽpe aeris temperie,lociq; amenitate altiſſimus eum conſtituerat.Nec in eo operari tenebatur Adam, vt ſuorum laborum ſudore viuere quæat; labor enim, & ſudor aliquarum ſunt ſpecies pœnarum,quibus in ſtatu innocentiæ ille non erat dignus, quando alicuius

Ioſ.6. *Ioſ.8.* *Ioſ.10.* *Iud.1.* *Iud.4.* *Iud.7.* *Iud.15.& 16.*

Autoris doctrina notabilis.

Quomodo Adã tenebatur operari & cuſtodire paradiſum.

N deli-

deliquij genere adhuc non erat grauatus. Nec cuſtodia illa qua tenebatur Adam paradiſum domini cuſtodire, ad eiuſdem viridarij tutamen dirigenda erat, ne forte latrones illud depredarentur, omnia .n. ſub manibus eius conſtituta erant, nec ſi ipſe in ſua iuſtitia permanſiſſet, vnde oriundi latrones eſſent ſemen aderat: ſed Adæ operatio pro virtutum exercitatione intelligenda eſt: .ſ, quòd exiſtente Adam in illo delitiarum horto ad virtutum opera ſemetipſum exercere tenebatur, vt quarto de Paradiſo intelligere videtur Ambroſius, & Philo Iudæus primo Allegoriarum. Item & Baſilius ſup. pſ. 14. & Origenes ſup. Matth. hom. 10. & 18. & Auguſtin. ſup. pſ. 103. & Iſychius ſup. Leuit. 23. & alij quàm plures idem intelligunt operari, quòd & virtutum opera exercere. Cuſtodiam vero nil aliud pro nunc deſignare puto, niſi domini mandata ſeruare, & omni ſtudio naturæ præcepta colere. Et hoc modo intelligere videtur Ambroſius ſup. pſ. 118. & Rupertus ſup. Malach. 2. Vnde iuxta huiuſmodi intelligentiæ methodum, illorum verborum ſenſus eſt, quod Adam ad virtutum exercitium, & ad mandatum domini cuſtodiendum tenebatur, & ob id ſtatim poſt verbum illud; vt operaretur, addidit Deus, & cuſtodiret illũ Præceptum autem domini facile, ac omnino leue fuit, quod his verbis à domino prolatum eſt. Ex omni ligno paradiſi comede; de ligno autem ſcientiæ boni, & mali ne comedas, in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris. Gen. 2. Quocirca ex omnibus verbis hoc vnum colligimus, quòd domini mandatum obſeruantia fuit ieiunij. Verum enim vero, huic minimè obtemperauit mandato Adam, accepit enim de ligno, & comedit, ob quod deliquium impius dæmon in eum ingreſſus eſt, quandoquidem ſuæ illũ ſubiecit ſeruituti, ingratus namq; Deo factus, originalem iuſtitiam amiſit. Vt igitur tale ab humano genere dæmonium arceatur, duo ſunt opportuna remedia, duobus illis quæ cõmiſit Adam contraria deliquijs. Peccauit ille mentis vanitate diabolicis fidem adhibens fictionibus, & contra legem Dei, eſu; contraria vero mentis vanitatis oratio eſt, eſui vero ieiunium. Illis duobus in genus humanum dæmon intrauit, qui per hæc duo prædicta creditur eijciendus. Conati ſunt princeps illi, fortiſſimiq; omnium primi patres dæmonium eijcere, ſed mentis vanitatem ex ſemetipſis non abſtulerant, omnes enim in Adam peccauerant: nec ieiuni erant, omnes etenim in Adam de ligno comederant, quapropter inſufficientes erant dæmonium è mundo eijcere. Licetque prælia multa commiſerint, maximoque aduerſus eum ſint vſi conatu, haud tamen illud eijcere valuerunt, tantum illius potentiam quoad fieri poterat in mundo coercebant. Alius igitur quærendus erat princeps, & dux militiæ potens, qui dæmonium ſit eijciens; à cibo veteris Adæ ieiunus, & mente Deo ſemper vnitus: quem qui videre cupit, in Euangelio deſcriptum habet, cui nomen eſt Ieſus, de quo Lucas. Erat Ieſus eijciens dæmonium. Eiecit quidem in oratione, & ieiunio Oratione ſic, quia Deus exiſtens, alienus à Deo fieri erat impoſſibile, ſẽper igitur erat in oratione perſiſtens, quia Deo ſemper vnitus: vt alibi dixit. Ego & pater vnum ſumus. Io. 10. & ieiunio ſic, quia Adæ peccato non fuit maculatus. Hinc patriarchæ, & cæteri duces digiti molles dicuntur Adæ crimine debilitati, quibus iam dæmoniũ eijcere non valentibus, Deus pater manum ſuam miſit ad fortia, ideſt, verbum ſuum ad fortiter operandum deſtinauit; fuitq; aduerſus dæmonem talis filij Dei operatio fortis, quod ipſe ſolus erat eijciens dæmonium. Quo eiecto loquutus eſt mutus, & admiratæ ſunt turbæ. Vbi & hominum laus deſcribitur in Deum, omniumque creaturarum admiratio.

Ambroſius. Philo Iud. Baſilius. Origenes. Auguſt. Iſychius. Ambroſius: Rupertus.

Gen. 2.

Duo eijciũt dæmoniũ, oratio, & ieiunium.

Quare primi patres non potuerũt eijcere dæmoniũ.

Quòd pluribus ex cauſis bellum ingruit inter Ieſum, & Satanã, quodq; Ieſus ſeptem dæmoniorũ principes eijciens, omne dæmonum genus eiecit: quorum fuga ſeptem Hebreorum prælijs figuratur.

CVnque iam fortem viribus principem filium Dei oſtendiſſemus, qui & manus Dei ad fortia miſſa dicitur, operæ pretium eſt ad robuſtiſſimos eius reſpicere ictus, quos aduerſus hoſtem validiſſime incutit. At primum illud conſiderandum euenit, quòd pluribus

ribus

Digitized by Google

ribus ex cauſis contra diabolum Ieſus prælia ſumpſit. Solent quippe ſæpius pluribus incitamentis bella conſurgere, quorum nec vnum ſanè in Chriſto defuit. Atque illud in primis notandum eſt: bellum potiſſime oriri quando alicuius rei iniuſta detinetur poſſeſſio, cuiuſmodi Dauidi accidit potentiſſimo, aduerſus Philiſtim prælium concitanti, quos vicit, redegitq; ſub tributa, eo quod illi antea filios Iſrael vicerant, ſibiq; tributarios effecerant. Huiuſmodi ferme inter diabolum, & Chriſtum fuit occaſio belli: præliatus enim fuerat rebellis hic dæmon aduerſus homines, eoſque vicerat, ac ſub tributo peccati compulerat, mortiſque; quod Ieſus ſubſtinere non auſit, ſed vt ex hominibus impij tributi ſolueret onus, aduerſus dæmonem maxima bella commiſſurus acceſſit. Secundo, prælia committi ſolent ne occaſionem ad ſeducendum milites aduerſarij ſui hoſtis deſumat, eiſque armatus, fortiſque viribus factus, contra illum pugnare contendat, vt iam ſæpius accidit, quòd militiæ dux, ob multa ſibi ab aduerſario rege facta promiſſa, proprio regi deſeruire negligit. Et hæc profectò promptiſſima erat occaſio, qua dominus Ieſus prælia contra ſerpentem ſumere debebat: haud tantum etenim ille maiorem hominum partem ſuo ſubderat imperio, verum, & electum Dei populum ſeducere nitebatur, ad inanium Deorum cultum inducens. Tertio iuſte quidem bellum committitur, ſi frater fratrē. ex hoſtili manu eripere cupit hoc nempe fecit Abraham, exercitu ſuo quinque Reges deprimens, filium fratris ſui, Loth .ſ, ex illorum captiuitate eripere ſtudens. Gene. 14. Hoc ſimiliter ſui Patris Verbum aduerſus humani generis hoſtem arma ſumere impulit, vt fratrem ſuum. ſ. hominem ab hoſte liberaret. Quarto ſolent aliqui ad bella procedere, cū ex hoſte bona repetunt, quæ ſibi iure debentur: cuiuſmodi bellum extitit inter Dauid, & Isboſeth filium Saul, repetebat enim ab eo Dauid, quod ſibi à Deo Samuelis manu conceſſum erat regnum. Et hoc etiam ad bellandum Chriſtum impulit; promiſerat nanque illi Deus ſuper vniuerſum orbem principatum maximum, cum ei prophetico dixit ore. Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuā terminos terræ. pſ. 2. Hæc igitur quæ ſibi iure debebatur hæreditas, iniuſte à diabolo occupabatur, vnde vt quòd ſuum erat repeteret dominus ad præliandum egredi decreuit. Quinto ad alicuius iniuriæ vindictam ſæpiſſime bella conſurgunt: vt apertiſſime legimus, quòd nuntijs Dauid, Rex filiorum Ammon illuſit, & poſt barbæ tonſuram, eis vſque ad medium veſtes præcidit; quare non iniuſte Dauid aduerſus eum arma ſumpſiſſe ſcriptura teſtatur. Aliud adhuc ſimile Chriſto accidit, nam & Deus hominem creauerat, quem omni pulchritudinis decore venuſtarat: Rex tenebrarum adfuit, capillos gratiarum deſtruens, veſtemque innocentiæ omnino deuaſtans, vnde nec leuis in Deum iniuria ſurrexit: qua propter ad vlciſcendum Chriſtus egreditur. Ac denique quotquot maximorum bellorum cauſæ reperiūtur, huiuſmodi Chriſti bello, varijs figurarum deſignationibus conſpici poſſunt: hinc rationabiliter, erat Ieſus eijciens dæmonium. Maxima vero ad illud eijciendum induſtria vſus. Primum etenim ex fortibus caſtris in quibus fidebat eiecit, vt fælicius ex vniuerſo terrarum orbe eijcere valeat. Sed quod nam illud caſtrum erat, in quo ſummopere diabolus fidebat? quod illud atrium? quæue ciuitas? & quæ domus? Caſtrum quidem, atriū, ciuitas, domuſq; homo erat; in ipſo enim quieſcebat. Tunc ferme in atrijs ſuis, ſemetipſos Reges, cæterique mundi potentes cuſtodiunt, cum prope inimicum adeſſe dignoſcunt. Auſpicabatur fortaſſe diabolus prope humanæ redemptionis tempus eſſe, hominumque corpora ingrediebatur, ac ibi ceu in forti munitoq; ꝓpugnaculo ſeſe cuſtodire nitebatur, & hæc forſitan potiſſima ratio eſt, quòd quamplures à malignis ſpiritibus obſeſſi, fœliciſſimis Chriſti temporibus reperiebantur, vt iam Euangelica hiſtoria teſtis eſt fidiſſima; habemuſq; præ manibus cum legimus; erat Ieſus eijciens dæmonium, & illud erat mutum. Verum enim vero Dominus Ieſus dæmonium eijciens, aduerſus ſeptem principes ſpiritus arma ſumpſiſſe iam nouimus, quibus eiectis, vniuerſum dæmonum exercitum eieciſſe credimus. Septem autem præcipui ſpiritus ſunt, qui ad ſeptem capitalia vitia mortales inducere contendunt; quorum eiectiones in ſeptem prælijs filiorum Iſrael figurantur.

Bellorum Chriſti, & Satanæ cauſe vrgentiſſimæ.

Gen. 14.

1. Reg. 3.

Pſal. 2.

Reg. 2. c. 10

Septē præcipue ſpiritus maios Chriſtus eiecit.

Lucifer in Pharaone figuratus ſpiritus ſuperbiæ.

Num. 20.

Mammona ſpiritus auaritiæ.

Primum nempe prælium Hebreorum fuit contra Pharaonem Regem Aegypti, quando ad Moyſis vocem inter rubeos ſeri maris fluctus Aegyptus fere tota deperijt. Superbus Pharao ſuperbum deſignat Luciferum, ad ſuperbiæ elationem homines inducentẽ hunc veluti Moyſes, ſed longe fortiſſimus Ieſus eijciebat, dum ad humilitatem, & manſuetudinem cunctos hortabatur, dicens. Niſi efficiamini ſicut paruuli non intrabitis in regnum Cælorum Matth. 18. Secundum Iſraelitarum bellum, contra Arad Regem Chananæorũ commiſſum eſt. Interpetratur Arad deſcendens, & Chananæus poſſidens, ac negotians, ſiue negotiator, figuratque Mammona ſpiritum auaritiæ homines ſemper tentantem, vt à cæleſtibus bonis ad terrena deſcendant, & circa illa negotientur, vt ea poſſideant: aduerſus quem præliabatur Chriſtus, inopiam, paupertatemq; docens. Niſi quis renuntiauerit omnibus quæ poſſidet non poteſt meus eſſe diſcipulus Luc. 14 Tertium Iudæorum bellum fuit contra Amalech, de quo ſcriptum eſt. Venit Amalech, & pugnabat contra filios Iſrael in Raphidim Exo. 16. Interpetratur Amalech gens bruta, figuratque Aſmodeũ ſpiritum luxuriæ, aduerſus quem Chriſtus præliabatur continentiam docens. Si quis viderit mulierem ad concupiſcendam eam, iam mechatus eſt in corde ſuo. Matth 5 Quartum filiorum Iſrael prælium fuit contra Balaach Madianitarum Regem, quem duodecim millibus hominum ſuperauit Moyſes. Interpetratur Balaach deuorans, & præcipitãs, Madian vero interpetratur iniquitas, & contradictio, figuratq; Satan ſpiritum iracundiæ, contra quem præliabatur Chriſtus, vnicuique pacem, mentiſque tranquillitatem ſuadẽs, Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Matth. 5. Quintum Hebreorum prælium, aduerſus Og Regem Baſan commiſſum eſt; de quo ſcriptũ legimus. Et occurrit eis Og Rex Baſan, cum omni populo ſuo, pugnaturus in Edrai. Nu. 21. Interpretatur Og congregãs, & Baſan grauitas, ſiue pondus, figuratque Beelphegor ſpiritum gulæ, contra quem præliabatur Chriſtus, ieiunium docens. Tu cum ieiunas vnge caput tuum, & faciem tuã laua, ne videaris hominibus ieiunans. Matth. 8. Sextum Hebreorum prælium fuit contra Seon Regem Amorrheorum, de quo ſcriptum eſt: quòd cum ad Seon Regem miſiſſet Iſrael, vt per terram ſuam tranſitum concederet, haud tantum renuit, ſed & armatus cõtra illũ egreſſus eſt. Num. 21 Interpetratur Seõ inutilis loquutio, & Amorrheus amarus, figuratq; Beelzebub ſpiritum inuidiæ, contra quem præliabatur Chriſtus, quando inter diſcipulos contentione orta, quis eorum videretur eſſe maior, illum coercuit. Et ſeptimum Hebreorum prælium fuit contra Regem Edom, de quo legimus Iſraeli dixiſſe. Non tranſibis per me, alioquin armatus occurram tibi ſtatimque egreſſus eſt obuius cum infinita multitudine, & manu forti. Num. 20. Iterpetratur Edom terrenus, figuratque maligniſſimum accidiæ ſpiritum, qui ſpiritualia, & diuina abhorrere facit, & quæ ſolum carnis, & ſanguinis ſunt diligere, quem etiam acerrime debellauit dominus, ad ſpiritualia ſolertiam docens. Operamini dum lucem habetis, quia veniet nox quando nemo poteſt operari. Io. 9. Vtq; dominus hos omnes ſpiritus è mundo eieciſſe oſtenderet, Mariam ſeptem ſpiritibus obſeſſam liberauit. Luc. 7. Ac ſi diceret ſeptem dæmones hominum naturam conturbant, & à ſeptem Maria vexabatur; à ſeptem illa manu mea liberata eſt, vt vere ſignum detur, quòd ne vltra aduerſus hominum cetum præliarentur, hos ſeptem è mundo eieci cæterorumque capitibus confractis pœnitus è mundo dæmon eiectus eſt.

Aſmodeus ſpiritus luxuriæ.

Num. 31.

Satan ſpiritus iracundiæ.

Beelphegor ſpiritus gulæ.

Beelzebub ſpiritus inuidiæ.

FERIA SECVNDA DOMINICAE III. IN QVADRAGESIMA.

TEXTVS.

Quanta audiuimus facta in Capharnaum fac, & hic in patria tua. Ait autem; amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus eſt in patria ſua. Luc. 4.

Quòd

Quòd occulta Dei iuditia quærere non eſt laudabile, nam & aliquando ſanctis ſuis illa manifeſtare Deus nec abnuere voluit; cunque inſulſe Chriſto Domino, hæc à Nazareitis poſtularentur, haud tantum negauit Ieſus, ſed & illos increpatione redarguit. Quia nemo propheta acceptus eſt in patria ſua.

Rectiſſime dictum agnonimus, altiora te ne quæſieris, quæ & Sanctos Dei aliquando quæſiſſe comperimus, curioſitatis gratia minime; ſed profundius bõnitatis Dei vias fortaſſe indagare cupientes. *Eccl.3.* Legimus vtique adeo iuſtũ Dauid, vt de eo omniũ fæliciſſimus ille titulus dominico ore in Scripturis præmonſtretur. Inueni hominem ſecundum cor meum, qui faciet omnes volũtates meas. Cunque tam Deo carus exiſteret, aliquid profundiſſimorum, & incomprehenſibilium iuditiorum eius agnoſcere poſſe putans impios. ſ. fœliciter cur ſic proſperari, pauperibus iam quotidie, ita miſerrime deiectis, oppreſſiſque. Auſus quidẽ eſt ad Deũ ora laxare. *Dauid occulta Dei iuditia ſcire deſiderat.* Ecce quid pſ 72. ait. Quam bonus Iſrael Deus his qui recto ſunt corde. Mei autem penè moti ſunt pedes, penè effuſi ſunt greſſus mei, quia zelaui ſuper iniquos pacẽ peccatorum videns. Quia non eſt reſpectus morti eorum, & firmamentum in plaga eorum. In labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Ideo tenuit eos ſuperbia, operti ſunt iniquitate, & impietate ſua. Impiorum, iuſtorũq; differentias pſaltes agnoſcit, quorum vitæ progreſſus agnoſcere nequit. Stupet pedibuſque firmatur, zelotipia ſuper iniquos vehementer afficitur, pacem in eis videns, à quibus, & mors, & plaga, & labor, & quæcunque ad mortalium flagella deputari queunt, aufugiunt, abſuntq;. Iuſtorum vero innocentiam, quòd lauant inter innocentes manus ſuas, cunque pace frui optant, flagellantur tota die, & eorum caſtigatio in matutinis. Extimabam (ait Dauid) vt cognoſcerem hoc, veruntamen labor eſt ante me. Nouimus & Hieremiam adeo ſanctitate claruiſſe, vt adhuc ex vtero matris ſuæ, ſanctitatis lumina præmicarent. Cui ſic & Deus affatus eſt. Priuſquam exires de vulua ſanctificaui te, & profetam in gentibus dedi te. Iere. 1. Cunque ad ſuperiora ſe verteret, iuditiorum Dei aliquid propinare confidit, dixitque Deo. Iuſtus quidem tu es Domine ſi diſputem tecum, verumtamen iuxta loquar ad te. *Ier.* Quare via impiorum proſperatur? bene eſt omnibus qui inique agunt? Plantaſti eos, & radicẽ miſerunt, proficiunt, & faciunt fructũ prope es tu ori eorũ, & longe à renibus eorum. Iere. 12. *Ieremias à Deo quærit occulta.* Eſdras quoq; quem Angelus Vriel de iuſtitia commendauit, Baboloniorum impietates, Hebreorumq; iuſtitias æqua proportione conferens, agnoſcenſq; illorum poteſtatem, iſtorumque ſeruitutem, occultum Dei iuditium perſcrutari fortaſſe conatus, & Deo vti que loqui his auſus eſt verbis. *Eſd.4.c.3.* Nunquid meliora facit Babilon quam Sion? aut alia gens cognouit te præter Iſrael? Aut quæ tribus crediderunt teſtamentis tuis ſicut Iacob? Quarum merces non comparuit, neque labor fructificauit. Pertranſiens.n. pertranſiui in gentibus, & vidi abundantes eos, & non memorantes mandatorum tuorũ. Nunc ergo pondera in ſtatera noſtras iniquitates, & eorum qui habitant in ſæculo, & nõ inuenietur nomen tuum niſi in Iſrael. Aut quando non peccauerunt in conſpectu tuo qui habitant terram, aut quæ gens ſic obſeruauit mandata tua? Hos quidem per nomina inuenies ſeruaſſe mandata tua, gentes autem nõ inuenies. 4 Eſd. cap. 3. Ecce quid viri ſancti quærunt: quæ aut Deus enarrare diſtulit, aut penitus negauit, diſtulit ſiquidem Dauidi, & Ieremiæ, vt quid aliqua bonitate dotantur, in Dei timore permaneant. Negauit Eſd. vt qui Dei timorem adepti ſunt, curioſitatis gratia non perdant. Super iniquos zelo afflictus eſt Dauid: cui Dominus. Intra in ſanctuarium Dei, & intellige in nouiſſimis eorum. Sic & Ieremiæ. Quòd ſi non audierint euellam gẽtem illam euulſione, & perditione, ait Dominus. Quid ergo curioſius quærenda Dei occulta iuditia ſunt, cum ſtatim exitus omnia demonſtrans? *Eſdræ quæſtiones ponuntur ab Angelo. 4 c.4.* Acriori vero fuit Eſdras reſponſione donatus, cui dixit Angelus. Vade pondera mihi ignis pondus, aut menſura mihi flatum venti, aut reuoca mihi diẽ quæ præterijt. Quæ cum ſuaptæ natura ſint impoſſibilia factu, dixiſſetq; Eſdras. Quis natorũ pote-

poterit facere, vt me interrogas de his. Reſpondit Angelus ſi eſſem interrogans te dicēs Quantæ habitationes ſunt in corde maris, aut quantæ venæ ſunt in principio abyſſi, aut quantæ venæ ſunt ſuper firmamentum, aut qui ſunt exitus paradiſi; diceres mihi fortaſſis, in abyſſum non deſcendi, neque in infernum adhuc, neque in cælum vnquam aſcendi. Nunc autem non interrogaui te niſi de igne, & vento, & die, per quem tranſiſti, & à quibus ſeparari non potes, & non reſpondiſti mihi de eis. Tu quæ tua ſunt tecum coadoleſcentia non potes cognoſcere, & quomodo poterit vas tuum capere Altiſſimi viam? 4. Eſd. cap. 4. Sic ergo reſponſio quibuſcunq; fit curioſius occulta Dei iuditia perſcrutantibus. Quocirca & Paulus docet. Nolite ſapere pluſquam ſapere. Si & dilectis Dei occulta quærentibus redargutionis increpatio adfuit, quòd aliquando & Petro in Apoſtolatu accidit; nil ferme mirum eſt Nazareitis miraculorum apud Capharnaum cauſas ſciſcitantibus. (Quanta audiuimus facta in Capharnaum fac & hic in patria tua) haud tantum de negata poſtulatio, verum & mitiſſima ſit data reſponſio. Quia nemo propheta acceptus eſt in patria ſua. Cunque Dei verbum penetrabilius ſit omni gladio ancipiti, & his verbis, malitioſe poſtulata negat, & cordis duritiam modeſta increpatione reprehendit.

Quòd iam facta in Capharnaum, mirabilia quæ Dominus in creatione fecit orbis deſignant, prout Capharnaum ager pinguedinis interpetratur. idcirco & nos quærimus quibus regulis opera fecit mirabilia Deus in his quæ ad creationem pertinent, & redemptionem.

CVm iam altera punctandi ratione his qui hebraicam linguam norunt, Capharnaum ager pinguedinis interpretari conſtet, fortaſſe ad huiuſmodi ſenſum mundum hunc maiorem ſignificare nil prohibet: quandoquidem incomprehenſibilium operum domini ſuperabundat, pingueſcitque. Verum quibus regulis opera creationis ad extra iam facta ſint, quis nouit vnquam? Sufficit tantum noſſe, & credere, quanta audiuimus facta in Capharnaum, ideſt in creatione orbis, & patres noſtri narrauerunt nobis. Sed quid Abrahā ben Azra in libro qui ſepher iezira dicitur, doceat, audiamus. Ait vtiq; duarū & viginti literarū numero, vniuerſum cōflari hebraicū alphabetū, quibus & quibuſdā additis vſq; ad duorū & triginta numerū creationis Orbis in triginta, & duabus ſemitis à Deo figurā præmonſtrant; verū quæ duæ & triginta ſint ſemitæ, ita difficile eſt enarrare, ſicut, & impoſſibile perfecte ſcire. Cū etenim omnia ex diuina potentia, ſapientia, & bonitate profluant, qui plene illa nouit, nouit & ſemitas, idcirco ſoli Deo notas eſſe fatemur. At vt diuini luminis aliquali fulgore decoremur, ad illud accedamus, & illuminabimur: quo & Theologiæ noſtri Doctores participes effecti, quatuor adinuenere regulas, quibus Deus in omnibus operatur. Prima eſt, Deum quæ ſuapte natura ex paſſiui parte impoſſibilia ſunt non operari. Secunda ex poſſibilibus, quæ ſibi ſunt placita facit. Tertia, ex placitis meliora producit. Et quarta, ſi quod permittere malum videtur, exinde bonum ſemper ſe collecturum oſtendit. His ferme regulis, interrogantibus nobis; Quanta audiuimus facta in Capharnaum, ſilenter dominus reſpondebit, quippe qui fide, & dilectione, non curioſitate iam quærimus. Dicamus ergo, quare mundum, æternum eſſe, ſiue ab æterno fieri noluit? Ecce iam prima regula notitiam miniſtrat, quia quæ ſuaptæ natura ex parte paſſi impoſſibilia ſunt, Deus non operatur, veluti triangulum facere ſine tribus lineis, ex parte trianguli impoſſibile eſt: ſic & impoſſibile ex parte mundi fuit ab æterno fieri: quod enim ſecundū totum æternitate gaudet, & partes eius æternitate fulgere neceſſe ſit. Partes vtique orbis, & cæli, & elementa, & animalia, & plantæ, & cætera, quæ ſenſibus percipiuntur ſunt, quorum nec aliquod æternum eſſe poſſe dignoſcimus; quandoquidem & cælorū motu, temporis germina profluunt, eſt enim tempus numerus, ſeu mēſura motus; vbi tēpus, & tēporalitas nulla poteſt æternitas reperiri. Itē & elementa, & animalia, & plan-

Capharnaū ager pinguedinis dicitur.

Abraham ben Azra.

Quatuor regulis Deus in omnibus operatur.

Quare mūdus non eſt æternus.

Tempus ex motu naſcitur.

Digitized by Google

plantæ, mutua generatione, corruptioneue ſeruantur, quomodo ergo æternitas vbi generatio, corruptioque fit reperienda euenit? impoſſibile ergo ex parte orbis fuit ipſum æternitate pollere. Cunq; creatio opus ſit infinitæ potẽtiæ, cur tantum vnũ creauit Deus mundum, & non plures? Ecce quid ſecũda regula dicit. Ex poſſibilibus, quod ſibi plus placet, Deus operatur. Poſſibile quippe fuit eo temporis initio, quo Deus orbem tantũ creauit vnum, plures creaſſe, ſed in vno tantum ſibi complacuit: vt quia & Deus ipſe vnus, & cauſa vniuerſalis vna, ex effectu vniuerſali ipſius vno, eius vnitas fieret à creaturis agnoſcenda. Atque ſi Deus vnico effectu, potentiam, ſapientiam, bonitatem, iuſtitiamq; potuit oſtendere, ad quid mundi plures? Superfluum eſt vtique per plura fieri, quod poteſt per pauciora, & æque bene. Quòd ſi quærimus quanta fecit Deus in Capharnaum, ideſt, in creatione Angelorũ, adeo inſcrutabilia ſunt, quòd ferme nec intellectus quiſpiã creatus valet concipere; verum enim vero hoc vnum me præmit. Quid eſt quòd Deus Angelos quos ſibi miniſtros optima bonitate naturæ crearat, in malum corruere ſua libertate permiſit? Ecce iam quarta hoc regula ſoluit: quòd ſi malum aliquando Deus permittere videtur hoc exinde ſit, vt & bonum ſemper ſe collecturum oſtendat. Bonos quidẽ creauit Angelos omnes, quos omni perfectione naturæ ſpiritus concernente donauit: qđ ſi in malum illorum aliquos irruere permiſit, quod prohibere poterat, non prohibens, ex quorundam malo, multorum bona parturienda cognouit. Nam per impiſſimum hoſtem diuinæ iuſtitiæ miniſteria in eos primũ, & in omnes à Deo reprobatos exercenda erat, & per tentationem flammas Sanctorũ in cælis augenda præmia. Vnde Auguſtinus ſup. Geneſim, illud Iob exponens. Hoc eſt initium figmenti Dei, quod fecit Deus vt illudatur ei ab Angelis eius Iob. 40. Quòd etiam habetur in pſalmo Draco iſte quem formaſti ad illudendum ei. Inquit; Figmentum Dei dicitur diabolus, quia cum ſciret eum Deus cum voluntate malum futurum, vt bonis noceret, creauit tamen illum, vt de illo bonis prodeſſet. Hoc autem fecit, vt illudatur ei: illuditur enim ei, cum ſanctis proficit tentatio eius. Sicut & mali homines, quod Deus malos futuros præuidens, creauit ad ſanctorum vtilitatem, illuduntur, cum præſtatur ſanctis eorum tentatione profectus. Ecce quomodo ex Auguſtini verbis ſit nobis aperta cognitio, quòd malum permittit Deus, vt bonum inde ſequatur. Si vero quærimus quanta fecit Deus in Capharnaum, ideſt, in hominis creatione, nam & Capharnaum cum ager, ſeu villa conſolationis interpetretur, facillime hominem deſignat, cum quo delitias Deus ab æterno concupiuit abunde: Agnoſcemus vtique Deum, hominem impeccabilem potuiſſe creare: cur autem peccabilem fecit? Hæc eadẽ quarta regula, quod ſub difficultate proponitur ſoluit; vt videlicet ex vnius mali permiſſione, plura bona conſurgant Impeccabilem Deus vtique hominem creare potuiſſet, nã & Dei perfecta ſunt opera, viditq; cũcta quæ fecerat, & erant valde bona; perfectũ quidẽ eſt, & valde bonũ illud dicitur, cui nihil ad perfectionẽ neceſſariorũ deeſt, cunq; impeccabilitas homini deeſſet, quæ ſũmi fuiſſet ornamẽti, ſicut in electis eſt hodie, eã profecto tribuere potuiſſet. Imò qđ gratiæ Angelis in cõfirmatione datũ eſt, quòdq; ſanctis datur; & quod datum fuit Apoſtolis in die pentecoſtes ne peccare cõtingeret, hoc idem protoplaſti fuit poſſibile dari, vt exinde maior futuræ gloriæ ſecuritas oriretur. Cur ergo quod facile Deo faciendum aderat ceu quoddam difficile facere renuit? At ſiquidem peccabilem hominem fuiſſe, malum non fuit; ſed quòd facile erat Deo dare, penitus tribuere nõ auſit, debilitatem illam ſinens, vt inde bona multa ſequantur: abſtulit quod puſillum, vt daret quod magnum. Parum certe impeccabilitas erat, quã concedere noluit, vt fortaſſe cadente homine id quod maius eſt concederet, incarnationem ſcilicet, verbi redemptionemque. Hinc ſacra canit Eccleſia; ò felix culpa, quæ talem, ac tantum meruit habere redemptorem. Iterumque: ò certe neceſſarium Adæ peccatum, quod Chriſti morte deletũ eſt. Impeccabilitatem ergo abſtulit, vt ſemetipſum nobis hypoſtatice communicaret, communicatumq; in ligno crucis pro ſæculi delictis offerret. Talis quippe naturæ Deus eſt, vt ex infirmitate ſalutem faciat affluere, & ex ſic u permiſſo malo, multa bona conſur-

Quare Deus vnũ creauit mũdum & nõ plures?

Angelos labi Deus permiſit.

Iob 40.

Capharnaũ hominem deſignat.

Quare Deus hominem non fecit impeccabilem.

Aliorũ opinio, nõ Authoris.

Digitized by Google

ſurgere. Ecce quam malum in Ioſeph fratrem, filij Iacob operati ſunt, inuident, occidere conſulunt, in foueam trudunt, quem inde extrahentes, alienæ ſeruituti pretio ſubmittũt Verũ .n. vero, quæ bona inde ſurrexerint, quis tã purgatæ linguæ ignito reperitur Iſaiæ calculo, vt illa ſigillatim explicare contendat? Ioſeph exaltatur vt princeps, Aegyptus præſeruatur à fame, Iacob cum filijs in terram deſcẽdit Geſſen, populi Dei progermina creſcunt, ſigna per Moyſen in Aegypto monſtrantur, maris rubri fluctus aperiuntur, populus Iſrael aufugit ab hoſte Pharao cum militibus ſuis mergitur in profundum, populus domini manna cibatur, idolorum cultores eradicantur è terra, lex Dei ſæculo innoteſcit, gentium tellus per templum ſanctificatur, auctoque populo Dei, fit æterni verbi hypoſtatica vnio. Quid plura? peſſima fuit proditoris Iudæ auaritia, qua irretitus nec dominũ omnium, eſt vendere veritus; at ex venditione illa quid profluit? dicat profecto, Sanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti inſtitutio, acerbiſſima filij Dei paſſio, omnium hominum redemptio, portæ cæli apertio, ſerarum inferi deſtructio, ſanctarum animarum è vinculis ſolutio, corporis Chriſti per Reſurrectionem glorificatio, omnium Sacramentorum inſtitutio, Spiritus ſancti ſuper diſcipulos Domini miſſio, & Euangelij per vniuerſum prædicatio, ecce igitur quæ nouit Deus, è malis bona colligere: permittit ergo malum vt bonũ inde redũdet; idcirco & impeccabilitatẽ Adæ negauit, vt q̃ bona enumerauimus, queq; nõ noſcimus affluẽtius elargiretur. Interpetratur quoq; Capharnaũ ager pænitentiæ, ſeu propitiatio pœnitentis, deſignatq; redẽptionus opus, quo Chriſtus, & pro nobis paſſus, nobiſq; propitiatus eſt. Quanta audiuimus facta in Capharnaum, ideſt, in redẽptionis opere, manu filij Dei potentiſſime operata? Verum enim vero ſi ei infinita non deficiebant media, vt humanæ redemptionns opus conſummaretur, cur non miſit Angelum incarnari, mundumque redimere? Ecce quod proponimus prima regula ſoluit. Deum ad impoſſibilia ex parte paſſi manum ſuam minime extendere. Impoſſibile vtique erat ex parte Angeli, humanæ naturæ hypoſtatice vniri, propter rões iã ſæpius à Theologis aſſignatas, & mundũ redimere, nam infiniti debiti infinita eſt ſolutio, quomodo ergo Angelus qui finitus eſt infinitam Adæ deliquij culpam expiare poterat? Alia igitur infiniti meriti erat inuenienda perſona, & hæc, ſcilicet, filius Dei. At ſi vniuerſi redemptio opus eſt potẽtiæ, & amoris, potius quam ſapientiæ; cur non incarnatus eſt pater potens, aut Spiritus ſanctus amor, ſed filius ſapiens? Quia Athanaſio teſte, minimum etiam inconueniens apud Deum eſt impoſſibile, inconueniens enim erat Patri carnem aſſumere, cuius natura eſt vt ſit innaſcibilis, innaſcibile vero naſci non poteſt, tunc enim eſſet pater & filius, quod Deo patri inconuenientiæ gratia, eſt impoſſibile dari. Item & de Spiritu ſancto dicendum qui ſi carnem aſſumpſiſſet, vtique natus fuiſſet, quod naſcitur, filius eſt, ergo naſcente Spiritu ſancto, in diuina natura, duo filij fuiſſent, quod inconueniens fuiſſet omnino, hac igitur ratione nec Spiritus ſanctus carnem aſſumpſit: ſed bene filius qui cum in cælis patrem haberet, poterat in terris & matrem habere, atque à patre natus, à matre naſcens, filij rationem optime ſemper poſſideret. Cunque per prophetas ſit olim Meſſiæ aduentus ſemper prædictus, cur ad Virginem non fuit propheta miſſus à Deo ſed Angelus? Ratio quidem facilis, quam Dauid optime proponit. Dies diei eructat Verbum, & nox nocti indicat ſcientiam pſ. Nox, ſeu tenebra à luce diuiſus Satanas dicitur, noxque per peccatum Eua, indicauit profecto nox nocti ſcientiam, dicens; in quacunq; hora comederitis ex eo eritis ſicut Dij ſcientes bonum, & malum: conueniens ergo fuit, vt dies, ſeu Angelus lucis, diei, ideſt virgini, Verbum eructaret ſeu nunciaret incarnandum, vt vnde mors orta eſt per dolum, inde vita reſurgeret per veritatem. Hæc & alia inſcrutabilia fecit Ieſus in Capharnaum, ideſt, in redemptionis opere, quæ tãtum admirari, & in eis Dei bonitatem laudare ſufficit.

Ex malis bona orta.

Capharnaũ redemptionis opus deſignat.

Impoſſibile fuit Angelis mundũ redimere.

Quare Pater, et Spiritus non sũt incarnati.

Athanaſ.

Virgo quare ab Angelo ſalutatur, & non à propheta.

TEX.

TEXTVS.

In veritate dico vobis,multæ viduæ erant iu diebus Eliæ in Iſrael,quando clauſum eſt cælum annis tribus,& menſibus ſex,cum facta eſſet fames magna in omni terra,& ad nullam illarum miſſus eſt Elias,niſi in Sarepta Siponiæ,ad mulierem viduam. Et multi leproſi erant in Iſrael ſub Eliſeo propheta , & nemo illorum mundatus eſt , niſi Naaman Syrus. Luc.vbi ſup.

Quòd vidua illa,ad quam miſſu' eſt Elias,Eccleſiam gentium deſignat, ad quam miſſa fuit Euangelica prædicatio;& Leproſus Naaman ablutione mundatus,populum gentium baptiſmate lotum. Miracula vero in eis operata,naſcentis Eccleſiæ miraculorum abundantiam præmonſtrant. Quæ in Eccleſia huius temporis quare non fiant, ratio redditur.

RAtionem quippe nos fortaſſe elicimus,quare Chriſtus tanta fecit in Capharnaum,
quæ in patria ſua facere noluit. Cum etenim Capharnaum propitiatio pæniten- *Capharnaū*
tis interpetratur,Eccleſiæ ſanctæ ſtatum deſignare nil prohibet; in qua propitiatorem fi *primitiuā*
deles habent Dominum Ieſum. Miracula vero in Capharnaum,adeo coruſcauere digniſ *figurat Ec-*
ſima,vt & Nazareitæ aduerſus miraculorum authorem inſurgere non vereantur, dicen- *cleſiam.*
tes. Quanta audiuimus facta in Capharnaum,fac & hic in patria tua? Verum enim vero
interius perſcrutantibus,fortaſſe quid miracalorum operationes in Capharnaum,quæ in
exordio naſcentis Eccleſiæ operanda erant deſignabant,innoteſcet. Quod & Chriſtus
exemplo confirmat,nam ecce miſſus Elias ad mulierem viduam , forſitan ab ea, vt pro-
pheta non recipiendus,niſi quod eius fuit fides,multiplicationis olei,farinæque miraculo
confirmata . Nec Naaman Syrus vero Deo per Eliſeum oſtenſo inde crederet , ni prius
mundationis ſuæ miraculo ad verbum prophetæ,iuxta Iordanis fluenta,vere fidei funda
menta deſumeret. Fuerunt ergo in Capharnaum miracula quorum Nazareth penuria la
borauit;quia in Eccleſia gentium Euangelica prædicatio per miracula erat approbanda,
fideique fundamenta miraculis fulcienda,quibus toruo ſpiritu arrepta Iudæa priuanda.
Verum hic oritur quæſtio,quæ etiam fuit Auguſtini temporibus,Chriſtianis hominibus *Quare nūc*
obiecta;cur ea quæ prædicamus facta fuiſſe miracula, modo non fiant, quando plurimū *tēporis mi-*
fides proficeret,ſuccreſcenteſque hereſes omnino labaſcerent . Eadem (aiunt) eſt nunc *racula non*
edendi miracula ratio,fidei profectus,infidelitatis deiectio,peccatorum cohibitio,&c. *fiant.*
Cur ergo ſi olim Deo authore facta fuerunt, modo cum idem ſit Deus, eademque ratio
faciendi non fiant?Cui quæſtioni reſpondet Auguſtinus,neceſſaria quidem fuiſſe miracu
la,priuſquam crederet mundus,ad hoc vt mundus crederet;eum autem qui adhuc pro- *Auguſt.*
digia, vt credat,inquirit,magnum eſſe ipſum prodigium,qui mundo credente non credat.
Quæ ratio alto animi receſſu librata,vniuerſas profecto tentationū procellas in hac par-
te ſedabit. Legimus Moſaicæ legiſlationis initio, ingentia facta fuiſſe miracula, quæ po-
ſtea, ſemel eadem lege recepta,cuncta ceſſarunt , eorum tantum in mentibus hominum
ſeruata memoria,qua quoties ad Deum reuocandi eſſent, commoniti peccare deſiſte-
rent. Nil enim in ſacra Scriptura frequentius reperitur,quam priorum miraculorum re-
petitio; quòd ea ſine nouis miraculis,ad fidem,& legem ſemel ſuſceptam colendam,diui
no iuditio viderentur ſufficere. Quòd & in cæteris rebus humanis videmus contingere,
in quibus noua incæpta aliquandiu duratura, ſolennibus quibuſdam ceremonijs, & no-
bili pompa principio firmantur;non item poſtea quam hominum, aut reipublicæ con-
ſenſu ſunt comprobata. Eligitur Imperator,aut Pontifex,ingentique ceremoniarum ap-
paratu,populo palam adorandus proponitur, iungitur & per matrimonium magna ſolen
nitate vxor noua marito,nec tamen ſiquis deinde, dé Imperatore, Pontifice, aut Regiæ

poteſtatis titulo ambigeret, rurſus illa vniuerſa ſunt repetenda; ſed ſufficit populo, aut reipublicæ credenti credere, ſed neque ſi de aliquorum matrimonio quis dubitet, rurſus coniugales tædæ obeundæ ſunt: ſatis enim ſit, publica populi acclamatione initum matrimonium fuiſſe probari. Miracula ſiquidem Euangelica, ſigilla quædã verbi diuini ſũt, *Miracula ſigilla verbi Dei ſunt.* quibus cæleſtem doctrinam, quaſi Regia, aut imperatoria reſcripta firma eſſe cognoſcimus. Poſtequàm igitur parentibus noſtris, reipublicæque Chriſtianæ primioribus, initio naſcentis Eccleſiæ, Apoſtolico officio innotuerunt, haud iterum profecto, propter quorundam infidelem dubitationẽ reiteranda eueniunt. Semel ſufficit miracula oſtenſa fuiſſe, vt prædicationis robur, integramque fidem demonſtrent. In Eccleſiaſtico nempe ædificio miracula quædam fulcra fuere, quæ, dum ſtruebatur, molli, ac tenero erigendo operi neceſſaria erant, poſtea vero abſoluto ædifitio, diruta ſunt, quoniam nulla eorum ſuberat neceſſitas. *Miraculorum nunc nulla neceſſitas.* Ceu ædifitio materiali peracto, ligna, & trabes, quæ operi ſtruendo ſupponebantur, quoniam potius impediant, quàm proſint, è medio tolluntur. Qui .ſ. ſcripturæ quam ſcit, tot miraculis olim cælitus robur accepiſſe, cõmonitione non credit, aut à peccatis non recedit, neque ſi coram illo profecto miracula fierent, eſt crediturus. Vnde diues ille auarus qui impia vitæ mollitie, fuit in gehennam detruſus, cum ad commonefaciendos fratres mitti deſideraret, ne eius imitati veſtigia, pari quoque ſupplitio plecterentur; eo quòd poſtulabat denegato, reſponſum accepit; Moyſen habent, & Prophetas. *Luc. 16.* Luc. 16. Cunque ille repeteret. Non pater Abraham, ſed ſi quis ex mortuis ierit ad illos, pœnitentiam agent: rurſus audiuit Si Moyſen, & Prophetas non audiunt, neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent. Quod .ſ. quem ſcriptura non conuincit, neq; miracula emolliant. Anguſtiſſima profecto miracula Phariſei viderant, & Iudæi omnes cognouerant, neque tamen ad meliorem frugem conuerſi, peccare, ceſſarunt, aut à Chriſti nece patranda deſtiterunt. Imo ſua iniquitate tabeſcentes peiores effecti, ac ſi iam facta miracula nulla fuiſſent, vt & miraculorum authorem calumniandi anſam haberent; ad noua petenda deſcendunt. Quanta audiuimus facta in Capharnaum fac, & hic in patria tua? ac ſi nulla ſint illa dicerent fac nunc noua, vt videamus, & credamus. Sic & magna vidit Pharao prodigia, & ſigna fieri, videruntque Aegiptij, ſed nihilo meliores effecti, nec à populi Dei ꝑſequutione quieuerunt. Magna fecit Eliſeus, Achab, Ioran regibus Iſrael, & tamen tunc maxime idololatria deſeuit, nimirum, quòd peruerſi difficile corriguntur. Eccleſ. 7. & quẽ *Eccl. 7.* Deus deſpexit nemo poſſit corrigere. Sat ergo homini Chriſtiano ſit, ſi ad antiqua miracula mentẽ conuertat, non item noua curioſe requirat, ne forte deſpectui habeatur à Deo, ceu qui eum deſpiciebant, deſpecti ſunt; Quia nemo propheta acceptus eſt in patria ſua. *Miracula in primitiua Eccleſia neceſſaria erant.* Neceſſaria ergo miracula erant in Eccleſiæ naſcentis exordio, vt quæ in arido iſtius mũdi agro, atque ſabuloſo pullulabat, in Euangelicæ prædicationis perſuaſione firmaretur, non tàm Spiritus ſancti miſſione debuit colluſtrari, & diuerſarum linguarum donis decorari, quàm & miraculorum multitudine irrigari, donec fidei plantula, quæ vt germen ſinapis erat, creſceret in arborem. Nunc autem benigniſſimi Dei gratia creuit, ita vt & volucres cæli, qui fideles ſunt in illa quieſcant, non eſt ergo neceſſe ad infidelium vota iterum miracula renouari.

Quòd miracula his temporibus, ſanctorum interceſſionibus à Deo prouenientia, potius ad deuotionem augendam, quàm ad fidem confirmandam credenda ſunt. Quæ vero differentia inter miracula legis Moſaicæ, & Euangelicæ ſit aſſignatur: & quare Deus malignorum ſpirituum illuſione, per magos aliqua mira operari permittit, declaratur.

Cum

Digitized by Google

CVm tam admirabilis Deus ſit in Sanctis ſuis , vt & ſigna, & prodigia magna
per ipſos hominibus oſtendat,quod & Chriſtus apud Marcum confirmat di- *16.*
cens. In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, ſerpentes
tollent, & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit , ſuper ægros manus
imponent, & bene habebunt: noluit, profecto nos diuina miſericordia deſe-
rere;ſed poſt Apoſtolica tempora,ſemper cæleſtibus miraculis noſtram voluit ignauiam
iuuare,elargitam gratiam confirmare,& pietatem,deuotionemque augere . Multa qui-
dem miracula Auguſtinus enumerat, quæ ſuo tempore contigiſſe narrat . Item & Am-
broſius, Hieronymus,& ante hos Tertullianus,Cyprianus,Irenæus,Euſebius,& cæteri Ec-
cleſiaſtici patres, tum contra gentes diſputantes, tum vt Sanctorum gloriam miraculo-
rum veritate extollerent . Verum de his miraculis, quæ poſt Euangelij prædicationem
edita ſunt, ſic D. Auguſtinus ait. Etiam nunc miracula fiunt,ſiue per Sacramenta,ſiue *Auguſt.*
per orationes,vel memorias Sanctorum;ſed nō eadē claritate illuſtrantur,vt tanta,quan
ta illa priora gloria diffamentur. Canon quippe ſacrarum Literarum, quem diffamatum
eſſe oportebat,illa facit vbique recitari,memoriæque cunctorum inhærere populorum :
hæc autem vbicumque fiunt ſciuntur ibi,vix à tota ipſa ciuitate,vel quocumque comma
nentium loco . Nam plerumque etiam ibi pauciſſimi ſciunt ignorantibus cæteris,maxi-
me ſi magna ſit ciuitas,& quando alibi,alijſque narrantur,non tanta ea cōmendat autho
ritas,vt ſine difficultate,vel dubitatione credantur,quamuis Chriſtianis fidelibus,à fide-
libus indicentur. Hæc Auguſtinus,in quibus doctiſſime explicari rationem, noſcimus ,
qua ea,quæ Euangelicam prædicationem ſequuta ſunt miracula,ſicut vetera illa non ce
lebrentur . Verum inter ea quæ legem Euangelicam præceſſerunt, & quæ in lege Euan- *Miraculo*
gelica facta ſunt, maxima differentia verſatur . Quæ enim ſub legiſlatione Moſaica facta *rum anti-*
ſunt,in hoc tota erant;vt eius ſæculi hominibus,quos propter cordis duritiam iugo ſerui- *quæ legis,*
tutis contineri oportebat,timorem incuterent. Quæ vero in lege Euangelica facta præ- *& nouæ*
dicantur,non aliud quàm amorem,& curam paternam inſinuant. Vnde illa in hoſtilium *differētias.*
nationum quarundam conterenda ceruice;hæc in grauiſſimis morbis leuandis homini-
bus, vniuerſa ſunt ſita. In illis potentia,in his præcipue miſericordia exercetur , atque
adeo illa legalia,hæc Euangelica recte vocātur,quòd illa terreant,hæc bona denuntient.
Quod ſcilicet,Chriſtus ſciat,velit,ac poſſit langores noſtros expellere,modo nos ſanan-
do per veram cordis obedientiam proſtituamus, quo nihil iucundius. Hoc igitur nobis
neceſſe coram Deo humiliari,nam & qui miracula quærit,infidelitatis arguendus euenit,
quo nil peius,execrabiliuſque. Quòd vero & per magicas incantationes aliquando mi-
racula fieri contingit,ſicut & iam facta ſcriptura commemorat : haud quidem miracula *Magicæ*
dici licet,ſed potius mira,miraculorum enim,quod edere natura non valet dicitur,vt eru *operatio-*
tos oculos iterum refacere,ad vitam mortuos ſuſcitare,& cætera ſimilia mirum autem il- *nes nō ſunt*
lud eſt,quod ſi aliqua temporis diuturnitate natura ederet,actiuorum,paſſiuorumque oc *miracula,*
culta applicatione impij dæmones breuiſſimo temporis curriculo complent,miraculum *ſed mira.*
igitur naturæ opus excedit,& hoc à ſolo Deo fit, qui ſupra omnium naturam eſt,mirum
vero naturam non ſuperat,ſed quod poſſet natura, aut artibus adiuta, vt in pharmacis,
aut temporis diuturnitate edere, magicarum præſtigiationum dæmones citiſſime abſol-
uunt. Cur vero hæc à Deo optimo maximo permittantur,Auguſtinus lib.3.de Trinitate, *Auguſt.*
rationem aſſignat dicens. Video infirmæ cogitationi quid poſſit occurrere, cur ſcilicet
iſta miracula etiam magicis artibus fiant, nam & Magi Pharaonis ſerpentes fecerunt,&
alia,ſed illud eſt amplius admirandum,quomodo Magorum potentia, quæ ſerpentes fa- *Quare ma*
cere potuit,vbi ad muſcas minutiſſimas, ſcilicet, cinifes ventū eſt omnino defecit : qua *gi mirabi-*
tertia plaga Aegyptus cædebatur.Ibi certe defecerunt Magi dicentes.Digitus Dei eſt hic. *lia faciāt.*
Vnde intelligi datur,nec ipſos quidē tranſgreſſores Angelos,& aereas poteſtates in imam
iſtam caliginem,tanquam in ſui generis carcerem,ab illius ſublimis æthere puritatis ha-
bitatione detruſos, per quos magicæ artes poſſunt quicquid poſſint : non autem aliquid

Digitized by Google

valere poſſunt, niſi data deſuper poteſtate. Datur autem, vel ad fallendum fallaces, ſicut in Aegyptios; & in ipſos etiam Magos data eſt, vt in eorum ſpirituum operatione, viderentur admirandi, à quibus fiebant dannandi; vel ad monendum fideles ne tale aliquid facere pro magno deſiderent: propter quòd etiam nobis in ſcriptura ſunt prodita, vel ad exercendam, probandam, manifeſtandamque iuſtorum patientiam.

FERIA III. DOMINICAE III. IN QVADRAGESIMA.

TEXTVS.

Si autem peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te, & ipſum ſolum. Matth. cap. 18.

Quòd ab æterno Deo, vno trinoque ſemper ſibi in eadem Trinitate, & vnitate conſono, hæc vnica mundi creatura in principio temporis creata, maxima concordantiæ ſuauitate decorata fuit, nam, & ſupera, & infera amoris ligamine primo conſona, veteris Adæ facinore diſſona euaſere, quæ tandẽ verbi Dei correctione ad veræ ſimphoniæ modulos redacta ſunt.

MIrum quidem hoc, quod vnitrinæ deitatis numen, tot adeo ſæculis in Scripturis Sanctis proclamatum adhuc, & in operibus eius eluceſcat. Quòd etenim Deus trinus, & vnus ſit primum ſcriptura nos docet, inde opera eius mirabilia quoddammodo ſecundum figuram declarant. Quærimus vtique quomodo Deus vnus ſit? quia ſic ſcripura proclamat. Audi Iſrael Dominus Deus tuus vnus eſt. Deut. 6. & quia Dei opera idipſum præmonſtrant, omnia etenim propria vnitate complentur, nec ens eſſe poteſt niſi vnitate polleat, ens nempe eſt, quia vnum eſt, quandoquidem entis, vniuſque natura conuertitur. Quomodo autem cum ſit vnus in eſſentia Deus trinus ſit etiam in perſonis, & hoc ſcriptura declarat, quia pater filium ſuum miſit in mundũ; ecce hic patris, & filij apertiſſima mentio, & Spiritus ſanctus omnilinguarum genere corda repleuit hominum. Act. 2. Ecce & Spiritus ſancti teſtimonium præclarum. Quòd vero hãc vnitrinam deitatem creatura præſignet; eccce Deus vnus æterna ſibi ſemper vnitate conſonans, mundũ creauit vnum æque in omnibus ſuis partibus conſonantiſſimum, vnitas enim ſibipſi diſſona eſſe non poteſt; & quia trinus eſt, trinum hunc abſolutiſſime creauit orbem. Nam & natura Angelica tota ſpiritus eſt, quæ & ſpiritualis mundus dicitur, & quæ infra cælum ſine dicurſu, tota corpus, quæ & corporeus mundus eſt, & quæ ratione viget, ſpiritu, corporeque donata, microcoſmus eſt, qui & paruus mundus nominatur, hæc omnia cum tria iam ſint, vnũ abſolutiſſime mundum conſlant. Sic igitur & ſcripturarum teſtimonio, & diuinorum operum proclamatione, Deum vnum, trinumque credimus, prædicamuſque. Hinc & inanium Deorum pluralitas execratur, quandoquidem omnia quæ in mundo ſunt ad diuinam vnitatem mentem dirigunt. Idcirco & gentium deteſtabilis inſania noſcitur, qui ad diuinorum effectuum multitudinem, & numinum pluralitatem auxerunt; ita vt & igni Iouem, aeri Iunonem, ponto Neptunnum, terræ Cibelem, tartaro Plutonem, generationi Venerem, corruptioni litem, aliſque alia aſcriberent numina, adeo vt tanta creuerit inſania, quòd & Deos fugitiuos, & ſcenicos, & epulones, & cetarios, & minturnos, & ebrioſos, & nebulones, aliorumque generum quàm plurimos autumarent. Placet mihi ſiquidem id quod à quibuſdam diuerſis voluminibus circumfertur, quod licet à Nino Belijouis filio imaginum cultus cæperit, tunc tamen & plurium Deorum multiplicatio cæpit, cum grandi miraculo Moyſes Aegyptios in mare demerſit. Cum etenim omni Aegyptiorum ſupellectili aurea, argentea æreaque, & generis cuiuſque onuſtus Iſrael ex Aegypto diſcederet, tanquam furti reos perſequi Pharao auſus eſt cum omni exercitu ſuo. Ferme ſuper hoc buccina intonuit, quam audientes Aegyptij arma ſumere aduerſus Iſrael haud dubitarunt, quorũ ali-

Deut. 6.

Ens & vnum, idem ſunt.

Act. 2.

Deus vnitrinus mũdum vnitrinum creauit.

Deorum pluralitas apud antiquos.

Idolorum origo.

Digitized by Google

qui aut plantandi gratia, aut ædificandi, aut ſuendi, aut coquẽdi, ſeu comodolibet ſumpta retardationis cauſa, Pharaonis currus ab exercitu alienati minime ſequuti ſunt; cũ vero Aegyptiorum agmina in mari rubro apparuere demerſa, luctus & clamor in Aegypto inualuit; tunc mulieres, quæ aut ſuendi ſubuculã aut coquendi gratia, donec indumentum, aut prandiũ marito pararent, maritorũ retardationis cauſa fuere, dixerunt intra ſe; Maritus meus ad præliũ non abijt, quia olla pulmentũ non cito decoxit, hæc igitur mariti mei ſalus, & vita fuit: adorauitq; ollam, tanquã ſui mariti Deam; alia adorauit ſubuculã, cuius gratia maritus nõ perrexit ad præliũ; & ſic de cæteris, tàm feminis, quàm maribus quod cumq; non pergendi ad bellum impedimentũ fuit, vitæque reſeruatio pro Deo adoratũ eſt, ſiue porrus, aut cæpa quæ plantabantur, ſiue vitis quæ putabatur, ſiue equus qui non erat ad prælium aptus, tanquã dij à fluctibus maris ægyptios liberantes adorati ſunt, hinc igitur inaniũ numinũ multiplicatio inualuit. At qui veriori diſciplina inſtruebantur, vnũ vt ſæpius Deum autumabant: nam & Arcades qui deorum pluralitatem non admittebant, vt vni Deo tantum omnis tribuatur effectuum productio, Deum adorabant nomine Pan, totum, vel omne ſignificans: cuius figura hæc apud eos monſtrabatur, ſenex ſemper ridens, prolixioris barbæ decore perfulgens, quem ſtellata tegebat veſtis, in capite eius cornua duo, in dextera baculus, in ſiniſtra ſeptem cannis fiſtula concordans, cuius pedes hyſpidi, & reſonantis echo inter ſaxorum antra gaudebat. Quid vero figmentum hoc ſignificaret explicatum habebant. Pan vocabatur Deus tanquam omnium Dominus, ſenex ſemper ridens, quia ab æternitate ſua ſecum beatitudinem habuit, cuius barba prolixa; quia in cælo ſedens, vſque operatur ad ima; ſtellata veſtis, cælorum naturam qua tegitur demonſtrat, cornua in capita regnum, baculus poteſtatem, fiſtula ſeptem cannis concordans, ſeptem planetarũ conſonantiam, pedes hyſpidi, effectus in hoc mundo corruptibiles, & reſonantis echo gaudens, quia creaturarum amore in ipſo refelctente Deus ipſe lætatur. His itaque ſignificationibus Arcades, qui adhuc rudes, & paſtores erant, ſolo naturæ inſtintu Dei vnitatem proclamabant. Nos vero meliorem adepti fortunam in ſcripturarum lucida claritate incidentes, Deum vnum trinumque credimus, qui ſemper ſibi in vnitate, & Trinitate conſonus, conſonantiſſimum in omnibus hunc creauit orbem. Quòd & Plato in Timeo docuit, ideo ſcilicet, mundum hunc eſſe vnum, quia à Deo vno profluit. Et Ariſtotiles illud Homeri vſurpans, Iliados ſecundo, vbi Vliſſes principum multitudinem in exercitu deteſtatur, altioribus verbis ad Deum referens inquit. Multitudo principatus mala, vnus ergo princeps. Etiam D. Hieronymus cum Ruſtico diſputans, ait, quòd haud ſcriptura tantum Dei vnitatem proclamat, verum idipſum creaturæ teſtantur: nam & grues in aere volitantes ducem ſibi vnum aſſumunt, & cerui flumen tranſmittentes, vnum ſibi ducem eligunt, & in alueari apes regem ſibi cõſtituunt vnum; vnus eſt in regno Rex, vnus in Ciuitate rector, vnus in naui nauclerus, & quæcumque vnitatem optant, ab vno gubernari cupiunt, & ideo mundus hic à ruina ſeruatur, quia ab vno tantũ dependet Deo. Imo & Aſtrologiæ ꝓfeſſores cælorũ motus (aiunt) nulla inordinatione alterari, quia ab vno primo mobili rapiente regulantur. Hinc & nos aſſerere decet, ideo orbis conſonantiam ſeruari, quia ab vno ſibi ſemper conſonantiſſimo Deo in Trinitate dependet: qui ſimul ſupera, & infera creans amoris, & concordantiæ ſpiritu ligauit. Nam & Angeli cælis, cæli elementis, & elementa mixtis conſonant. Quod facile oſtenſu fit à ſuperioribus Angelorum agminibus incipiendo, quandoquidẽ Seraphim primi nominantur, qui à nulla ſuperiori mouentur intelligentia, teſte Iſaia. Et ecce vnus de Seraphim volauit ad me, nec miſſus eſt dicit: hi profecto primo conſonant mobili, qui à ſeipſo non ab alio ſuperſidente cælo rapitur. Cherubim (Abraham ben Azra interpetre) ornamentũ interpetrantur, qui ſtelliſero reſpondent cælo, quod profecto totius mundi ornamentum, & decor eſt. Throni qui & exaltati, & Dei ſedes dicuntur, Saturno concordant, qui & à terra cunctis planetis ſublimior eſt, eique ob motus tarditatem requies ſcribitur. Dominationes Ioui dominium influenti reſpondent; Virtutes pro nobis aduerſus

Pan Arcadum Idoli figura.

Plato.

Ariſtoteles.

Hieronim⁹ Omnia principem vnũ habent.

Mũdus vnus eſt, qa Deus vnus

Creaturæ omnes ſibi inuicẽ correſpondent

uerſus inuiſibiles hoſtes præliantes, calidiſſimo Marti reſonant. Principatus qui & tenebrarum principibus aduerſantur, Soli tenebras fuganti conueniunt. Poteſtates nos à malis præſeruantes Veneri coæquantur corporis dotes ſeruanti. Archangeli Dei nuntij, Mercurio linguæ præſidenti concinunt. & Angeli in inferioribus morantes, inferiori Lunæ modulantur. Sic igitur inferis ſupera conſonare uidentur, Idemque iuditium interius perſcrutanti euenit, ad cælorum cum elementis, elementorumque cum mixtis concordiam; omnia etenim conſona, & ſibi correſpondentia creauit Altiſſimus. At qui nobilior inter corporalia viget homo, & ipſe omnibus conſonans habebatur, cumque peccaſſet, à ſingulis diſſonans effectus eſt. Verumenimuero domum Dei fugiente diſcordia, iterum ad ſymphoniam reduci neceſſe fiebat, quod per verbum ſuum edere propoſuit Altiſſimus, cui & ſingula reconciliare dedit; Apoſtolo atteſtante. Complacuit Deo in eo reconciliari omnia. Reconciliatio vero correctione mediante perfecta eſt, qua & verbum ſibi iungens hominem, illius in ſemetipſo errata correxit. Correctionis autem modum, perfectionemque infra dicemus.

Quòd fraterna correctio iuxta Saluatoris mandatũ mitiſſimis eſt exercenda verbis, vt fratris animam quiſque facilius lucretur; correctio vero quæ inter Verbum Dei, & homines fuit, vniuerſorum ſalutem operata eſt.

DVlciſſimis aliquando vocum modulis cytharedus perſonat, cui diſſona erumpente voce, ne diſplicentia cauſetur, ad chordæ manum habens eleuatiori nota cõcordat, quæ depræſſiori tono harmoniæ concordiam turbabat: ita & Deus huius mundi ſyphonam in ſtatu innocentiæ perſonabat cytharam, cumque laudis vocem prima chorda relaxante totius orbis confuſio ſucceſſit, ad correptionem Altiſſimus manum deſtinans eleuato homine, totius mundi concordiam renouare decreuit. Idcirco & quod ab æterno decretum, & quod inde completum, & quod nos completuri quotidie obligamur, his verbis Saluator oſtendit. Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te, & ipſum ſolum, ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Cuius literæ ſenſus eſt, vt fratris deliquio nobis innoteſcente, dulci verborum affatu, vt ille potius emendetur ad vitam, quam exaſperetur ad iram, adeſt ſecreta perficienda correctio. Cuius modum ſatis concinne Salomonis prouerb. 31. verba præſignant; cuius capituli inſcriptio eſt. Verba Lamuelis regis, viſio qua erudiuit eum mater ſua. Initium vero. Quid dilecte mi? quid dilecte vteri mei? quid dilecte votorum meorum? Ne deberis mulieribus ſubſtantiam tuam, & diuitias tuas ad delendos reges. Noli regibus ò Lamuel, noli regibus dare vinum, quia nullum ſecretum eſt vbi regnat ebrietas. Et infra ſequitur. Mulierem fortem quis inueniet? procul & de vltimis finibus præcium eius, &c. At quis huiuſce literæ ſenſus ſit, ſatis fidiſſimi ſacræ Scripturæ patres oſtendunt. Salomonis etenim tanta religio in ſui regni primordio floruit, vt ſacro Dei Iſrael conſummato templo, vt attentius Sacerdotes ſacrifitiorum ceremonias perſoluerent, veſpere clauſo templo, regia manu templi fores ſequenti mane aperiendæ expectabantur, vt præſente Rege promptius Deo ſuo Sacerdotes inſeruirent: nec ſine regis præſentia quotidie iuge ſacrifitium offerebatur. Accidit autem cum concubina dormiente Rege, vinique potu ſuperfuſo, vt iam mane quoddam fere ſacrifitij hora præteriret, Sacerdotibus, vniuerſoque populo ante fores templi commorantibus, quouſque Rex excitetur à ſonno, nec qui regem excitare valeret inueniebatur. At ne ſacrifitij hora pertranſeat, & Salomonnis ſopor populo ſcandalum inferat, Berſabe mater eius, omni timore dimiſſo, aulam Regis ſub ſilentio ingreditur, cumque illum commonere vellet, vt ab eo videretur quòd mater ſua eſſet, excitauit, hinc in titulo dicitur. Viſio qua erudiuit eum mater ſua. Commonefactura vero dulcibus, ac ſi blandiri potius vellet, quàm obiurgare,

Prouer. 31.
Correctionis fraternæ modus.

verbis

Digitized by Google

verbis cæpit. Quid dilecte mi? quid dilecte vteri mei? Quid dilecte votorum meorum? Ac ſi diceret quid mali tibi accidit, vt contra morem, adeo cubares? Fortaſſe nihil ſibi accidiſſe reſpondit, niſi quòd puellulæ gratia tandiù moraretur in lecto; vnde mater proſequuta ſermonem, dimiſſis dulcioribus, ad modeſtam obiurgationem deſcendit, dicens. Ne dederis mulieribus ſubſtantiam tuam; quaſi dicat; malum eſt Regi, ſe totum mulieribus tradere, ipſarũ nempe cauſa labeſcit regia maieſtas. Noli regibus dare vinum, quia nullum ſecretum eſt, vbi regnat ebrietas, ideſt, non bene te habuiſti Rex exuberantioris vini potu madeſcere, vt ſupra mulieris malum, adhuc & ebrietatem adderes. Nouit ſtatim Rex Salomon, hiſce verbis à matre corripi, quia iam populo expectante, ſacrifitij hora ferè præteribat, ſtatimque commonefactus aſſurgens, dixit. Mulierem fortem quis inueniet? ideſt, quis vnquam mulierem adeo, audacia, fortitudineque pollentem inueniet, vt aulam Regis ingrediens, & maxime quo tempore ſua Rex iucunditate perfruitur, Regem ipſum obiurgare audeat, ſicut Berſabee mater mea, omniũ fortiſſima mulierum, quæ virtutũ diuitijs ſupergreſſa eſt vniuerſas? Correptus eſt igitur à deliquio Salomon, nec vtique indignatus, quia mitibus, verbis veluti blandimentis quibuſdam fuit in eum operata correctio. Sic & peccante fratre, cuius nobis facinus innoteſcit, mitibus eſt corrigendus verbis, vt in eum correctio operetur ad vitam, quæ fortaſſe acrioribus incitamentum eſſet ad iram. De hac profecto iuxta literam Saluator ait. Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te, & ipſum ſolum. Quid autem profundioris myſterij huiuſmodi verba præſignent indagare liceat. Hominem Deus ita creauit, vt omnibus ſuaui concordia creaturis amicaretur; Deo primum in imagine & ſimilitudine quam gerebat, concordis effectus; ad imaginem quippe Dei creatus eſt homo, Angelis amicabatur, vt frater, quibus æterni regni coheres, inferendus erat ad vitam. Concors erat beſtijs, quibus dominabatur vt Rex; & adeo ſibi ipſi conſonus, vt nec ſenſus rationi, & econtra, vlla eueniret turbatio. Inobedientiæ facinus adfuit, & ecce à Deo abſonus, eiectionem quam non prænouerat patitur, mortemque quam illi Deus prædixerat incurrit. Angelis odibilis euaſit, qui diuino nutui omnia obtemperare deſiderant. Beſtijs inimicus, quem ſibi non regem, ſed in eſcam fortaſſe paratum putarunt. Ac ſibi ipſi inconſonans, ſenſibus ratione luctantibus. Num igitur vniuerſa hæc mundi machina, tali perpetrato facinore deſtruenda? abſit. Reparanda ergo infinita Dei bonitate ab æterno prænoſcitur. Hinc docte Franciſcus Obſunenſis, Euangelica verba, ad æternã Dei prædeſtinationem referre nititur, nam cum ad fraternitatem noſtræ carnis aſſumendæ pro humana gloria, æternus Dei filius ab æterno eſſet prædeſtinatus, ſuccedente Adæ deliquio, fuit etiam & ad redemptionem prædeſtinatus. Cumque peccati tempeſtas pro filij Dei ſapientia vſurpanda eſſet orta, iuxta illud Ionæ 1. Propter me orta eſt hæc tempeſtas, certum eſt Adam potius contra Verbum Dei, quam contra Patrem, & Spiritum ſanctum peccaſſe. Hinc Filio ſuo æternus Pater ait (iuxta Franciſci Obſunenſis gloſſam.) Si, pro quia, frater tuus, ſcilicet Adam, paccauerit, ideſt peccabit, in te, contra te, vade per incarnationem, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum, ideſt, naturam eius aſſume, & in tua perſona patiendo, peccatum eius contra te commiſſum corrige. Sitque huiuſmodi correctio ſecretiſſima inter te, & ipſum ſolum, alia nulla interueniente natura, vt ſicut anima rationalis, & caro vnus eſt homo, ita Deus, & homo vnus ſit Chriſtus. Qua correctione completa, quia te audierit lucratus eris fratrem tuum. Quod quidem totum Chriſti incarnatione, paſſione, morte, Reſurrectione, & in cælis Aſcenſione completum eſt.

Salomonis correctio.

Homo omnibus concors creatus eſt.

Franciſcus Obſunenſis.

Ionæ 1.

Adam contra Filium Dei immediate peccauit.

Quòd Chriſti Filij Dei correctio, per ea quæ ad vniuerſorum redemptionem pertinebant, operata; haud tantum perditum hominem lucratus eſt; verum & mortem vicit, inimicum carceribus truſit perpetuis, animas cælo reddidit, Sacramentorum medicinam inſtituit,

& illa

Digitized by Google

& illa abſtulit falſitatis numina, quæ iterum hominem diabolicæ captiuitati ſubÿcere ſatagebant.

IAm inter Deum, & hominum correctione completa, haud tantum Filij Dei frater ſaluatus eſt homo; ſed & bona ex correctione illa fluxere quamplurima: quandoquidem ſua poteſtate, Filius Dei mortem moriendo deſtruxit; quocirca & Paulus prædicat. Abſorpta eſt mors in victoria. Præclarum profecto Eccleſiæ ſanctæ Doctores plurimi, iam morte Chriſti, mortuæ mortis exemplum referunt, ex Plinio deſumptum, qui de animalium proprietatibus, & natura differens, Elephantis mortem hoc modo patrari refert. Dormit Elephas arboris trunco innixus, quem nocte ſoporis medio venenoſus aggreditur draco, ſubtuſque carnis mollia perfodiens, ſanguinem abſorbet, quo deficiente, & Elephantis vita conſummatur; cadens autem moribunda belua, draconem opprimendo perimit: ſic & Dei Filius in arbore crucis innixus, quo per vniuerſum orbem tenebræ factæ ſunt tẽpore, iam mortis ſopore aduentante, in eo mors incutit ictus, moribundus cadit, cum inclinato capite emiſit ſpiritum; cuius caſu mors corruit oppreſſa, hoc igitur fraterna Filij Dei correctio, primum eſt operata miraculum, ſcilicet, quòd morti, mortem, ſua morte parauit, vt & mors in victoria abſorpta dicatur. Truſit etiam, & inimicum in carcerem, decipiendi potentiam omnino coercens: quod ſic Ioannes oſtendit. Apoc. 20. Et vidi Angelum deſcendentem de cælo, habentem clauem abyſſi, & catenam magnam in manu ſua. Et apprehendit draconem, ſerpentem antiquum, qui eſt diabolus, & Satanas, & ligauit eum per annos mille, & miſit eum in abyſſum, & clauſit, & ſignauit ſuper illum, vt non ſeducat amplius gentes, donec conſummentur mille anni. Cuius myſterium de potentia Chriſti, in carcerem inimicum trudentis, Doctores interpetrantur. Animas patrum trahxit ab inferis; vt ſcriptum eſt. Tu quoque in ſanguine teſtamenti eduxiſti vinctos tuos de lacu in quo non erat aqua. Sacramentorum medicinam inſtituit, quibus cuncta mala purgantur. Nec aliunde ſanandi (Auguſtino teſte) virtutem Sacramenta deſſumunt, niſi paſſionis Chriſti poteſtate fulciti. Tandemque illud abſtulit, quo facile ſerpens, adhuc peccatorum vinculis, idololatriæ deliquio, irretitos mortales ſua calliditate deceptos, ſuſtinere potuiſſet. Hæc nempe, qua vni ſoli Deo cultus daretur erat præmonſtranda ſemita, falſorum numinum adorationes tollere. Abſtulit ſiquidem, cum quæ falſo creaturis numina aſcripta, ſibi Ieſus iuſte vendicaſſe monſtrauit. Cui nomen datum eſt ſuper omne nomen, vt in nomine eius omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum. Age quid impie numinum adorabat antiquitas. Apollinem, Eſculapiumq; medicinæ deos: Mineruam ſapientiæ numen: Eolum ventorum, fretique Deum; Baccum vini, Cimotoen Amphitriten Neptunnum, Oceanum, Tetim, Glaucum, Dianam, cæteroſque plurimos, aquarum, fluuiorum, fontiumque deos, quotque res in orbe, tot eis aſcripta numina putabant. Verum ecce qui numina deſtruit, ſolumque ſibi numen eſſe monſtrauit. Quippe qui verbo ſuo ſanauit omnes, ipſe eſt medicinæ Deus; in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, veræ ſapientiæ Deus adoratur; qui vitis ego ſum (dixit) & vos palmites, vini Deus eſt; cuius verbo venti, & mare obediunt, limphæque in vini naturam mutantur, ipſe Deus aquarum eſt; tandemque cuius omnia nutu mouentur, & ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt obediunt, verus omnium Deus, creditur, extimatur, & colitur. Hæc omnia profecto mirabilis illa correctio operata eſt, de qua & Pater Verbo dixit. Corripe eum inter te, & ipſum ſolum; noſque per prophetam docuit. Propter ſcelus populi mei percuſſi eum. Nec proprio filio ſuo pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, vt quos caro infirmitate corruperat; correctione mirabili, verbi deitas ſanitati reſtitueret.

Plinius.

Mors Chriſti Elephantis morti cõparata.

Mors Chriſti mortem vicit.

Apoc. 20.

Omnes deitates in Chriſto ſũt.

TEXTVS.

Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum, vel duos teſtes, vt in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbum. Quòd ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ: ſi autem Eccleſiam non audierit ſit tibi ſicut ethnicus, & publicanus.

Quòd vnus teſtis à Chriſto in ſuæ veritatis confirmationem adductus, ſuæ deitatis oſtenſio fuit; duo autem eius doctrinam, & miracula ſignant. cumque ante incarnationem in ore duorum ſtetiſſet, nunc in ore ſtat trium; Euangelicamque prædicationem Eccleſiæ commiſit: qua à Iudeis reiecta, & ipſi velut ethnici, & publicani reiecti ſunt.

OPtime quidem æternus Pater prænouerat, haud omnes Chriſtum audientes, eius prædicationi creditum iri: Hinc & filio proteſtatur dicens; quia te humana mens licet facile audiet, non tamen prædicationi facile credet, adhibe tecum adhuc vnum, vel duos teſtes. Teſtis quippe vnus, vt Filius Dei crederetur, ſuæ deitatis oſtenſio eſt; vt quæ ſibi deitas erat, euidentiori ſigno quàm loquutione monſtraretur. Deum vtique Meſſiam prophetæ futurum prædicarunt. Vocabitur nomen eius (dixit Iſaias 9) admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, Pater futuri ſæculi, princeps pacis. Omniumque prophetarum præconijs eius deitas proclamata eſt, quam ſignis & miraculis oſtendit, & ipſe, ita vt de eo dicerent: ſi non eſſet hic homo à Deo non potuiſſet facere opera quæ facit. Vt vero fortius in ſuæ deitatis credulitate Apoſtoli firmarentur, licet eius teſtimonium Petrus diuina inſpiratione proferret. Tu es Chriſtus Filius Dei viui. Matth. 16. Vt tamen & Petri confeſſio vera probetur, ac in deitatis veritate euidentioris ſigni fide Apoſtolorũ corda perſiſterent, ecce teſtimoniũ ipſe deitatis oſtendit, transfiguratus ante eos, cuius facies ſole lucidior euaſit, & veſtimenta niue candidiora. Cumque vnum hoc debuerit eſſe teſtimonium, ſemel tantum transfigurationis claritate deitatis inſignia monſtrauit. At quia nec omnibus notum, nec publice ante Chriſti mortem prædicari permiſſum eſt: ecce duo adducuntur, & teſtes, miraculorum ſcilicet operatio, qualem nec vnquam alius propheta floruit, doctrinæque inſtitutio, quam nec alius antea propheta inſtituerat. Teſtimonium ſiquidem deitatis optimum fuit miraculorum operatio, vt quæ ſupra naturam fiebant, & miraculorum authorem ſupra naturam oſtenderent. Nec obeſt prophetarum plurimos miracula feciſſe præclara, ceu de Moyſe legimus in Aegypto, deſertique regione vniuerſa; & de Elia & de Eliſeo, cæteriſque. Cui vnquam Angelorum obſequio lectulus in natiuitate coruſcauit? cui nouum ſydus emicuit? cui & mare, & venti, creaturæque ſingulæ ſic promptiſſime obtemperarunt ſicut Chriſto Domino? ita vt & cæci reuocentur ad lumen, mortui reducantur ad vitam, diuerſarum que ægritudinum languentes reſtituantur ad ſanitatem. Mortuos quidem Elias, Eliſeuſque ſuſcitarunt, quibus tamen haud deitatis poteſtas eluxit; nam & Deum obſecrantes, ſemetipſos flectentes, in mortuorum facies obſcitantes, & qua oportebat humilitate coram Deo corruentes, quod petitum obtinuerunt; non autem ſic de Ieſu prædicamus qui ſuæ deitatis imperio operatus eſt cuncta. Vnde & de ſua deitate incredulis aiebat: ſi mihi non creditis, operibus credite: ipſa enim deitatis ſubſtantiam optime in Chriſto monſtrabant. Quam etiam doctrina docuit, deitatem in illo eſſe prædicauit; Soli etenim legum conditori conuenit, & iura mutare; nec poterat Moyſes, qui legis tantum erat præco, illiuſque ad populum delator. Et tamen ſi Moyſis doctrinam laudibus extollere decet, quia per moralia mandata mens Deo gratitudine firmabatur, per ceremonialia Dei cultus rite exoluebatur, & per iuditialia, pax in populo vigebat dulciſſima; longe altioribus Domini Ieſu lex eſt eleuanda præconijs, qui Moyſis legem aut deſtruens, materia eadem perſiſtente, in meliorem formam redegit. Ceu cum figulus vaſis cuiuſ-

Teſtis Chriſti Deitas fuit.

Iſaias 9.

Matth. 16.

Miracula teſtimoniũ deitatis Chriſti dederunt.

Chriſtus Moyſis legẽ mutauit in melius.

P

cuiuſpiam ſibi forma non complacens, materia eadem vaſis manente, pulchiorem illi aptat figuram. Idcirco Saluator dixit. Non veni ſoluere legem, ſed adimplere. Matth. 5. Haud quidem ſoluit, quæ enim lex erat eſt, ſed in aliam, & præclariorem mutans figuram, impleuit. Quomodo autem ſit hoc, ſubtilius ſpeculemur. Decem ſunt legis per Moiſen data præcepta; Euangelij vero volumina quatuor: impletur denarius per quaternarium hoc modo, iuxta ſupputationis naturam, 1.2.3.4 quibus omnibus in ſummam redactis, denarius abſoluitur. Vnitas enim dualitati iuncta ternarium conflat; cui ternario addito, ſenarius reſultat; adde quaternarium, ſitque denarius. Ecce igitur denarius quaternario impletur, ſic & præceptorum denarius, per Euangeli quaternarium conſummatur, vnde recte dicit, ſe non legem ſoluere, ſed implere. Vacua lex erat, nil ad perfectum adducens, quam beatitudinis largitate Ieſus impleuit. Quis vnquam talia in mundo perduxit? Miracula igitur, & doctrina, duo deitatis Ieſu teſtimonia fuere fidiſſima. Vt in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbũ. Mirabile hoc vtique eſt, quòd deitatis Meſſiæ veritas, ante aduentum eius fuit in ore duorum, nunc vero incarnationis abſoluto myſterio, in ore trium eſt: fuit nempe in lege, & prophetis, hinc & ipſe legis prophetarumq; teſtimonia proferens dicebat. Scrutamini ſcripturas, & ipſa teſtimonium perhibebit de me. Ioan 5. Nunc autem in lege, prophetis, & Euangelio, eius ſit conclamatio deitatis: ad quod fortaſſe adhuc non Dei ſpiritu plenus reſpiciebat Petrus dicens. Si vis faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum Moyſi vnum, & Eliæ vnum. Matth. 17. Quaſi diceret, placeat tibi Domine, vt de tua nunc, in hac transfiguratione deitate certis, in tribus eiuſdem deitatis prædicatio fiat, in lege ſcilicet, per Moiſen deſignata, in prophetis per Eliam figurata, & in Euangelio qui optimũ omniũ tabernaculũ eſt; ſic in ore trium teſtimoniũ verbũ illud ſtabit, quod eſt omne verbũ de quo, verbum erat apud Deũ, & Deus erat verbum ſcriptura proclamat. Quod ſi non audierit eos dic Eccleſiæ. Ab æterno quidem æternus Pater prænouerat Euangelicam prædicationem haud per Chriſtum fore complendam, ſed Apoſtolis, diſcipuliſque Domini commitendã; hinc & dilecto Filio æternus Pater ait. Si pro quia vniuerſum hominum genus, miracula tua non videbit, nec doctrinæ prædicationem tam breui vitæ tuæ curſu audiet; dic Eccleſiæ, ideſt Euangelij publicationem, Apoſtolis, diſcipuliſque committe, qui Eccleſiæ nomine deſignantur Quod inde completum eſt, acceptis Spiritus ſancti chariſmatibus. Nam & eiſdem à Domino dictum noſcimus. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Matth. 28. Si autem Eccleſiæ non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus, & publicanus. Hoc in hebreorum populo adimpletum eſt, qui Euangelicæ doctrinæ aduerſans ſicut ethnicus, & publicanus per vniuerſum reiectus, Dei gratia pererrat.

Matth 5. — *Quomodo Chriſtus legem impleuit.* — *Teſtimoniũ Chriſti in ore duorum ſtetit, & trium.* — *Matth. 17.* — *Euangelij prædicatio Apoſtolis commiſſa.* — *Matth. 28.*

FERIA IIII. DOMINICAE III. IN QVADRAGESIMA.

TEXTVS.

Tunc acceſſerunt ad eum ab Hieroſolimis Scribæ, & Phariſei dicentes. Quare diſcipuli tui transgrediuntur traditiones ſeniorum? non enim lauant manus ſuas, cum panem manducant. Ipſe autem reſpondens ait illis. Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter propter traditionem veſtram? Matth. cap. 15.

Quòd Chriſtus tanquam ſilex ferro tacta ſcintillat in Scribas, & Phariſeos. Cumq; ſilex diuinæ vltionis iram præſignet, quomodo ex prima origine Hebreos ſemper afflixerit, declaratur.

CVm Prophetarum ſpiritus tali claritate perfulgeat, vt & ventura veluti præſentia nuntient, nec ad propheticum adipiſcendum lumen ſanctitatis fulgor omnino neceſſarius extimatur, quãdo quidem, & Balaam magicis addictus artibus, ſpiritu Dei in Iſrael futura

Spiritus prophetiæ aliquando peccatoribus datur.

Digitized by Google

futura prædixit, quin & de Meſſiæ aduentu elegantiſſime loquutus; haud vtique mirum, ſi eliphax themaniten adhuc futura prædicentem agnoſcimus, qui (vt ſua verba indicant) alienus à Dei cognitione probatur. Siquidem apud Iob cap. 22. in hæc verba prorumpit. Dabit pro terra ſilicem, pro ſilice torrentes aureos. Nec ferme dubitandum aduenit, quæ Hebreornm populo ventura erant his verbis deſignari: quorum ſenſus in his forte conſiſtit: Terram vberem, lacte, melleque manantem priſcis Deus patribus poſſidendam promiſit, quam Ioſue ben Nun duce, ſub eorum poteſtate redegit: impio tandem euadente populo, ad correctionem & ſalutem expectabatur Meſſias, ſilicis, ſeu lapidis nomine deſignatus, in ruinam poſitus, & reſurrectionem multorum, iuxta Simeonis prophetiam. Luc. 2. Quo in cælum aſcendente, Spiritus ſancti donis, corda hominum illuſtranda expectabantur omnino, quæ per flumina figurantur, iuxta Saluatoris dictum. Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de vêtre eius fluent aquæ viuæ, hoc autem dicebat de ſpiritu quem accepturi erant credentes in eum. Ioan. 7. Ait ergo Eliphaz, quaſi cum Sinagoga Iudæorum loquens. Promiſit tibi Deus terram ſpecioſam, vberemq; omnis huius temporis boni redundantem, at quia te poſſidente Dei deſpectus inſurget, dabit pro terra ſilicem, ideſt Meſſiam mittet, lapidem probatum angularem, qui & duritiam tuam confringet, quoſque reperiet humiles, quos torrentibus irrigabit aureis, Spiritus ſancti, ſcilicet miſſione. Ecce iam nũc omnia cõpleta; verũ quòd ſilex ſit confrigens Meſſias, Euangelici textus litera docet. Nunquid non ſilex ferro percuſſa flammas euomit? Silex Chriſtus à ferreis Scribarum, Phariſeorumque obſtinationibus percutitur. Nam acceſſerunt ad eum (textus ait) ab Hieroſolimis Scribæ, & Phariſei, hi profectò ferri vicem agunt, dicentes: Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum? non enim lauant manus ſuas cum panem manducant. Hæc vtique percuſſio eſt. Quibus & Ieſus reſpondet. Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram? ecce iam reprehenſionis coruſcare ſcintillas, imo & flammas. Verumenimuero lapidis, ſeu ſilicis ſignificatione, vltionis diuinæ aſperitas deſignatur Hieronymo teſte ſup. Iſa. 10 qua ſemper à ſuæ formationis exordio afflictus eſt hebreorum populus. Quo circa queſtio ſit apud plurimos; cur ſine culpa hebreos in Aegypto Deus affligi permiſit? innocens enim populus in Iſaia prædicatur. Hæc dicit Dominus Deus. In Aegyptum deſcendit populus meus in principio, vt colonus eſſet ibi & Aſſur abſque vlla cauſa calumniatus eſt eum. Iſa. 52. putantque ſatis reſpondere cum aſſerunt, pænam tunc inflixiſſe Deum, vt venditionis Ioſeph expiaretur iniquitas; vindacat enim temporaliter Deus iniquitates patrum in filios, vſque ad tertiam, & quartam generationem. Deut 4. At vtique Deus non bis punit idipſum, ſatis etenim venditionis Ioſeph in Scripturis ſacris, expiatum nouimus eſſe delictum, cum & carceribus mancipatus eſt Simeon, & Beniamin in captiuitaté quaſi, p alimonijs redactus eſt quæ Ruben Iacob natus maior, omnia pro faternæ venditionis deliquio accidiſſe dignoſcens, dixit ad fratres. Merito hæc patimur quia peccauimus in fratrem noſtrum, videntes anguſtiam animæ illius dum deprecaretur nos, & non audiuimus, idcirco venit ſuper nos iſta tribulatio. Gen. 42. Sicque aſſerebant, & fratres. Ecce igitur iam delinquentibus delictum nouimus expiatum. Hinc filiorum Iſrael alia eſt afflictionis reperienda cauſa, quæ fortaſſe ex patris Abrahæ operibus elicienda euenit. Nam & Gen. 14 Eiuſdem patris bellum ſcriptura commemorat, quo tantum trecentis decem, & octo expeditis vernaculis ſuis, quatuor confractis regibus, è captiuitate Loth filium fratris ſui eripuit: ac præda onuſtus optima, mulieres ſibi tulit populumque multum in ſeruitutem. Cumque victor à cede reuerteretur, Rex Sodomorum in occurſum egreſſus, captiuorum animas gratioſe propoſuit, dicens. Da mihi animas, cætera tolle tibi. Cui & Abbraham reſpondit. Leuo manum meam ad Dominum Deum excelſum poſſeſſorem cæli, & terræ, quòd à filo ſubtegminis, vſque ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus quæ tua ſunt, ne dicas. Ego ditaui Abram: exceptis his quæ comederunt iuuenes, & partibus virorum qui venerunt mecum. Aner, Eſchol, & Mambre,

Iob c. 22. *Luc. 2.* *Ioan. 7.* *Chriſtus ſilici comparatus.* *Diuina vltio in lapide figurata.* *Hieronim.* *Iſa. 52.* *Quare populus Iſrael fuit in Aegypto afflictus.* *Deut 4.* *Gene. 42.* *Gene. 14.*

Abraha de liquiã quoddam.

bre, iſti acciperent partes ſuas. Dediſſet animas quas potuerat. Num omiſſionis deliquio, [illegible] Abraha [illegible] quoddam modo deliquiſſe credendum eſt. Poterat ſub tenebris idololatriæ [illegible] ad lumen veræ adorationis inſtruere, quos docere dimiſit non inſtruens. [illegible] Abrahæ, quos ad veri Dei cultum inducere poſſet, inducere. Hinc iuſſit [illegible] Dei [illegible] exiret de terra ſua, & de cognatione ſua, & de domo patris ſui: eum [illegible] ſcriptura refert, & animas quas fecerat in Haran tuliſſe. Quas ergo fecerat animas, cum adhuc ex Sarai vxore filios non habuerat? Animas quippe regionis illius, quas ad veri Dei cultum ex idololatria trahxerat. Potuiſſet ergo iuxta ſuiipſius more Sodomorum accolas illos ad viam veritatis adducere, quos iterum in eorũ errore dimiſit. Hinc forte omiſſionis facinus Abraham perpetraſſe contingit, quod, tertiæ, quar æque generationis filiorum afflictione expiari in Aegypto Deum credimus permiſiſſe. Quo circa etiam in progerminante radice Iudaici populi diuinæ vltionis ſilex deſeuit. Imo quòd grandi admiratione humanum afficit pectus, ſimul & terrore, talis vltionis Dei monſtratur natura, quòd nec minimũ quid punitione dignum, ſine punitione dimittit. Legimus ſiquidem & eiuſdem generis pœna Iacob afflixiſſe, quo ille deliquij facinore, in fratrem deliquiſſe quoddammodo ſcriptura demonſtrat. Certe (Auguſtino teſte) Iacob Eſaù fratris hereditatis benedictionem ſurripuiſſe hedorum pelliculis, Eſaù faciem, manuſque fingentibus, mendacium fuiſſe non credimus, ſed myſterium: attamen fraudis ſpecimen, quoddam verborum vſu ſcriptura demonſtrat. Iacob ille erat, matris conſilio acquieſcens, hedorum pelliculis, manus, colliq; nuda cooperuit, veſtibus Eſaù corpus obuoluit, primogenitum Eſaù nomine, patri ſe eſſe reſpondit, quem ille non cognoſcens, domus conſtituit heredem. Nonne fraudis hæc, ſpecimina offerunt? hac eadem fraude Iacob à filijs illuſus, ſuæ quondam fraudis (ſi fraus dici poteſt) pœnas exoluiſſe videmus. Ecce inuident filij Iacob, Ioſeph natu minorē, aut quia ſui futuri principatus inſomnia narrauit, aut quia apud patrem fratres ſuos accuſauit crimine peſſimo, quòd aut pro inuidia, vel odio, aliqui interpetrantur, quorum vtique doctrina non multum mihi conſonat, cum iam peiora odio, inuidiaue facinora occurrant: vnde aliter dicendum eſſe cenſeo, crimen ſcilicet, peſſimum apud mortales idololatria, ſiue idololatris acquieſcere eſſe, quo nihil peius reperiri poſſe. Cumque antiquis patribus, commercia, connubiaue cum filiabus Chanaan fuiſſet ſemper inuiſum, vt apertiſſime ſcripturæ textus indicat, cũ Rebecca apud Iſaach dolens dixit. Tedet me vitæ meæ propter filias Heth, ſi acceperit Iacob vxorem de ſtirpe huius terræ viuere nolo. Gen. 27. Obſeruauerat enim eas idololatriæ crimine deditas eſſe: vnde ſcriptura teſtatur. Eſaù quadragenarius duxit vxores duas, Iudith filiam Beeri Hethæi, & Baſemath filiam Elon eiuſdem loci, quæ ambæ offenderant animũ Iſaach, & Rebeccæ. Gen. 26. Offenderant quippe idololatriæ facinore, quocirca connubia earũ cum progenie ſancta patres euitabant: accidit & filijs Iacob ex mulieribus loci illius amaſias ſibi eligere; cumque idolis illæ ſacrificarent, ſacrifitiorum diſpendia meretricum more, ex amantibus filijs Iacob exigebant; quid igitur in mundo peius, quàm idololatris communicare? hoc ergo crimen peſſimum fuit, quo fratres ſuos apud patrem accuſauit Ioſeph, qua propter vitæ illius inſidiantes illi mortem machinabantur. Verum vt ſaltem illum è medio eorum tollerent Iſmaelitis mercatoribus vendiderunt, intinctaque eius tunica in ſanguine hedi, ad patrem Iacob miſerunt, cui diceretur; Vide ſi tunica filij tui eſt an non? quam videns Iacob exclamauit. Fera peſſima deuorauit filium meum Ioſeph. Gen. 39. Ecce igitur veſtibus Eſaù, hedorumque pellibus Iſaach patrē decepit Iacob; & veſtibus Ioſeph, & hedi ſanguine filij Iacob patrem Deus decipere permiſit, ne leue illud fraudis ſpecimen dimitteretur impune. Talis quippe naturæ eſt diuina vltio, vt ne minimum quidem ſine punitione dimittat. Eadem Dei vltio ſemper apud hebreos ad vlteriora pertrãſijt, ita vt die vna viginti tria millia fornicationis cauſa in deſerto caderent, rebelleſque terræ hiatu in deuorationem fierent; tunc autem ardentiori ignē Dei ira deſeuit, cum filij eius ſacrilega hebreorum manu morte

Animæ quas fecit Abrahã in Harã quæ ſint.

Auguſt.

Quare Iacob tunica ſanguine tincta deceptus eſt.

Crimen peſſimũ quid eſt apud filios Iacob.

Gen. 27.

Gen. 26.

Gen. 39.

Digitized by Google

mortis perpetrat, Titi, & Veſpaſiani temporibus, tam varijs cladibus Iſrael affectus, interemptiones vltimas proprij ſanguinis effuſione commeruit, ita vt fame tantum ex eis (Ioſepho flauio Iudeo teſte) mille millia, & centum millſe perirent. Vere igitur Eliphas themanites, pro terra lacte, & melle fluentem, ignitã ſilicem, Iudæis tam longe ante prænuntiat. Atquia ſilex lapis eſt, lapiſque angularis Chriſtus. Apoſtolo teſtante. Bibebant de ſpirituali, ſequente eos petra, petra autem erat Chriſtus: ad vnius phariſaicæ obiurgationis tactum ſcintillat acerrime. Tangunt impij dicentes. Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum? non enim leuant manus ſuas cum panem manducant. Scintillat ipſe reſpondens. Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram? *Iob hui ſtu-dius.*

Quòd Ieſum calumniandi ſtudio Scribæ, & Phariſei, in diſcipulorum Domini obiurgationem prorumpunt; quàmq; peſſimum malum murmuratio ſit, oſtenditur.

ADmirationis ferme cauſam illa ſacræ Scripturæ loquutio inducit, qua & Adam ſimulque Euam vxorem nudos in paradiſo ante lapſum fuiſſe declarat; nec ſe nudos eſſe nouerant, niſi aduentante peccato, vt ſcriptum eſt. Aperti ſunt oculi amborum, & cognouerunt ſe eſſe nudos Gen.3. Numquid & ante lapſum fortaſſe clauſis perambulabant oculis in paradiſo? num quæ ſibi vereда erant non agnoſcebant? Sed ecce quantæ vis huiuſmodi ſit ſcripturæ loquutio: poſt lapſum cognouerunt, quod antea non cognouerant: nam lumine Solis aperto, ſydera fulgere non audent, aperti quidem erant contemplationis oculi, & Deo ſic mente coniuncti, vt corporalis oculus mundanæ molis nil videre curaret; cum autem à Deo mens ſeiungeretur, vanitati dicata, quod ſine diſplicentia non viderat oculus ſuperiore mentis clauſo, cum rubore vidit aperte, vnde & ſe eſſe nudos cognouere dicitur. Talis quippe hominũ mens imbecillis ſit, vt cum à Deo relaxatur, quæ ſemetipſam vituperant ignorans, aliorum maculas inquirit actente. Quid facinoris in Scribis, Phariſeiſque deficiebat? & tamen ad aliorum inquirenda deliquia confugiunt. Apoſtolorum ſanctitatem agnoſcentes ſi quid vituperij inueniendum eſt inquirunt; cumque tantum in manducando, ſe manus non lauaſſe reperiunt, ad incuſationes obiurgationeſque accurrunt, diſcipulorum deliquium præceptoris vituperium eſſe putantes, dicuntque. Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditionem ſeniorum? non enim lauant manus ſuas cum panem manducant. Huiuſmodi vero obiurgationis cauſam, Hieronymus venari contendit: ſæpius inquiens Scribas, Phariſeoſque Chriſtum obiurgandi cauſam quæſiſſe ſubtiliter, cumque inuenire poſſe deſperarent, in diſcipulos Domini oculos inijcere non dubitarunt; accidit autem Apoſtolos aliquando die Sabbati per ſata diſcurrere, quibus deficiente pane, ex legis indulto licuit ſpicas euellere, manibuſque confricare, vt comedere aliqualiter valerent, quòd cum Scribæ, & Phariſei vidiſſent, aut delictum magnum hoc putantes, aut vt in diſcipulos præceptorem arguerent, cum iam ſæpe filiorum crimina in patrum iniuriam reſultent, tanquam de traditionum tranſgreſſione reos, apud magiſtrum accuſant, dicentes. Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum? nec lauant manus ſuas cum panẽ manducant. Diſcipulos Domini percutientes, totum illius temporis Eccleſiæ corpus euertere conantur. Tale quippe myſterium apud Danielem, cap.2. tot antea elapſis temporibus præfiguratum legimus. Vbi & ſublimis ſtatuæ figura ſignatur, cuius caput aureum, pectus & brachia argentea, venter & fæmora ærea, tibiæ ferræ, pedum vero pars terrea erat; lapis de monte abſciſſus ſtatuam percuſſurus, caput non tangit, brachia, pectus, venter, fæmora & tibiæ, ſed luteis pedibus incutit ictus, vt ſic ſtatuæ ſtructura omnis ruinoſe perdatur. Quid autem ſtatua hæc ſignificati contineat; totius Eccleſiæ corpus illam figurare autumo, cuius caput Chriſtus eſt (Paulo atteſtante), quem Deus caput conſtituit ſuper

Gen. 3.

Adam, & Eua ante lapſum quare ruditatẽ non cognoſcebant.

Hieronym.

Daniel.c.2

Viſionis Nabuchodonoſor ſignificatio.

Digitized by Google

Cantic.5. ſuper omnem Eccleſiam;qui profectò & aurum eſt omni puritate refulgens: ſponſæ teſtimonio prædicat,caput eius aurum optimũ. Cant.5. Pectus,& brachia argenti candore tentia,patriarcharum cuneos deſignare iam credimus,quorũ fidei fulgores ſcriptura commemorat;nam Deo credentes, eis ad iuſtitiam reputatum eſt. Venter & fæmora ærea, quibus ſtridor æris natura commanet;prophetarum ora deſignant,præconiorum Meſſiæ ſtridore reſonantia. Ferreæ tibiæ duces,ſtrenuitate præmonſtrant robuſtiſſimos,militeſque Dei prælia cum lætitia bellantes. Qui vero totius Eccleſiæ baſes,& fundamenta,perpetua ſtabilitate inconcuſſa, ſubtus iacienda eueniebant,profectò Apoſtoli erant,adhuc ſpiritus feruore minime decocti,terrea fragilitate pollentes. Verum ecce iniquitatis lapis,e Phariſaicæ ſuperbiæ monte abſciſſus,Chriſti capitis puritatem, Patriarcharum,prophetarumque,& ducum,fidem,prædicationem,virtutemque non tangit,ſed Apoſtolorũ debilitatem conuitijs tangere non dubitat,vt ſic ſuo forſan iuditio,omnis Eccleſiæ ſtructura corruere videatur. At qui ſub Dei cæli protectione commoratur,ab incurſu,& dæmonio meridiano,Dei fauore donatus,victor euadit. Ecce iam Scribarum,Phariſeorumque iniquitas, Domini diſcipulos percutere nititur; verum ecce gallina pullos ſuos ſub alis congregans,aduerſus impios,veluti leænam conſurgere,lapidiſque natura præditam,

Murmuratio malum peſſimũ eſt. ad ferri tactum ſcintillas euomere. Quare,& vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram? Hinc ſancti patres eliciunt murmurationis facinus peſſimum eſſe, quæ alios labefactans, murmurantem labefactare non deſinit. Sed eo peior,cum a potentibus, nobilibuſque murmuratio profluit, de quibus pſaltes. Sagittæ potentis acutæ

Pſal.119. *Hieronym.* cum carbonibus deſolatorijs. Pſal. 119. pro quibus Hieronymus tranſtulit,cum carbonibus iuniperorum: hi etenim longiori temporis curriculo ignem ſubſtinent, ſic & infamia à præpotente viro effluens, dicitur infamati iniuriam vertitur: vnde & peſſima pro Apoſtolis obiurgatio eſt, quia à Scribis, Phariſeiſque, tanquam in ciuitate prioribus egreditur. Quocirca illud animaduerſione dignum adeſt,impium à Deo elongari, beatifica vi-

Deus peccata abſcõdit. *Pſalm.31.* ſione priuatus,quia & moribus à Deo elongari haud vtique veretur:operire namque delicta,Dei eſt; iuxta illud. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates,& quorum tecta ſunt peccata. Pſal.31. Diſcooperiunt autem qui Deo aduerſantur impij. Sic & Rachel patris idola furata,ſub ſtramine cameli abſcondit, vtque patrem omnino cælaret,ſuperinſedit; Laban vero diaboli figura,iam cælata in palam prodiri ſtudebat;abſcondit quippe Deus hominum nequitias, quas impij Scribarum Phariſeorumque proceres,in publicu oſten-

Filiorum Adæ offitia diſparia. dere nituntur. Sic & filij Adæ, Abel,& Cain,duo ſibi contraria exercitia elegiſſe conſtat;Abel namque paſtor fuit ouium,& Cain agricola;ouium fructus paſtor abſcondit,ſeruatque;agricola quæ abſconditæ ſunt herbarum radices,diſcooperiens vertit ad ſolem: ita iuſtus mortalium virtutes ſibi colligit, ſeruatque, delicta non publicans,impius vero prædicanda conculcat,virtutes ſcilicet,& abſcondenda propalat,ideſt,delicta. Cumque deliquium inuenire non valet,iuſtorum opera ad deliquij rationem vertere nititur;vti & Scribæ, Phariſeique nil incuſatione dignum in Apoſtolos inuenientes, vt obiurgationes anſam acciperent,eos haud manus abluiſſe proclamant;quaſi ſeniorum traditionẽ tranſgreſſi fæde feciſſe. At qui & pænitentes protegit,multomagis iuſtos protegere monſtrat, cum & falſam calumniam, vera reſponſione confutat. Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram?

TEXTVS.

Nam Deus dixit, Honora patrem, & matrem, & qui male dixerit patri, vel matri morte moriatur. Vos autem dicitis. Quicumque dixerit patri, vel matri; munus quodcumque eſt ex me tibi proderit: & non honorificabit patrem ſuum, aut matrem ſuam: & irritum feciſtis mandatum Dei propter traditionem veſtram. Matth. vbi ſup.

Quòd

Digitized by Google

Quòd Scribarum, & Phariſeorum aſſertio impia eſt, nam & parentes honorare, Dei præcepto tenemur.

PLuries hebreorum princeps, filium Dei, legimus, conuitijs agreſſos, cumque ei dicerent Dæmonium habes, & quis te quærit interficere, & alibi. Nonne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes. Ioan. 8. Ac ſi nihil ei huiuſmodi conuitia obfuiſſent; mitiſſime reſpondiſſe conſtat, & tanquam nulla laceſſitus iniuria, dixit. Ego dæmonium non habeo, ſed honorifico patrem meũ.

Ioan. 8.

At diſcipulorum accuſatione excandeſcens, ac ſi ſubſtinere non valeat, inſurgit, alienis dolens, qui ſua omnino non curat. Talis eſt enim Dei natura, vt plus amicorum triſtetur iniuria, quam ob ſibi illata exaſperetur delicta. Læſione affectum ob filij ſui mortem quis dubitat; verum nenimuero numquam adeo cladibus afflictus eſt hebreorum populus; niſi cum in diſcipulos Ieſù manus iniecit, plus amicorum morte dolens, quam filij crucifixione ſacrilega.

Deus amicorum iniariã magis vindicat quàm ſuã.

Vnde nec mirandum, ſi ſuas Dominus dimittens, diſcipulorum læſiones non patitur, & quos iniuriantes reperit, reprehenſionibus conturbat affectos. Vt qui patrum traditiones ſeruabant, Dei iura ſeruare negligebant. Dixerat nempe Deus, honora patrem tuum, & matrem tuam, & qui maledixerit patri ſuo, vel matri ſuæ, morte moriatur. At qui Dei leges in auaritiæ fomenta trahebant, parentum honorem à charitate diuertentes, dicebant, qui ægenos parentes habet, plus ei confert in templo Dei munera offerre, quam parentibus neceſſaria miniſtrare: Et Dei honoris velamine, parentum honorem in impietatem vertebant, irritumque Dei præceptum fecerant, vt antiquorum traditio ſeruaretur. Decem quidem Deus duabus diſtincta tabulis mandata condidit, quæ nec tali partitione diſtinxit, vt quinque, & quinque hincinde conſcripta viderentur; ſed priori tebula tria, ſeptemque ſecunda compoſuit.

Præceptorũ Dei in tabulis partitio.

Tria profecto ad diuinarum perſonarum honorem pertinent, nam & de vno colendo Deo, mandatum refertur ad patrem; de non aſſumendo nomine Domini Dei fruſtra refertur ad filium, qui veritatis nomine decoratur, & de ſanctificando Sabbato, refertur ad Spiritum ſanctum, à quo ſanctitatis chariſmata profluunt. Tria ergo in prima tabula præcepta notantur, non quinque, ne forte quæ ad Dei cultũ præcepta pertinent, præceptis proximi honori concernentibus, æqua proportione commenſurari contingeret. Præfertur enim Dei cultus, proximi dilectioni.

Quare in honore parentum proponitur retributio.

Secundæ vero tabulæ præceptorum primum, de honore parentum eſt, vbi mandatum ſimul, & retributio proponitur. Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt ſis longeuus ſuper terram: nec talis retributio in honoris Dei præceptis ſignatur; cuius fortaſſe ratio, ne parentum amor naturæ impetu profluere ſine merito diceretur; tenemur vtique ſiue retributione præmiſſa, ſiue non, ſemper Deum honorare. At quia parentum amor licet ex natura efluat, tamen apud Deum haud merito caret, retributio proponitur; vt ſis longeuus ſuper terram. Cuius veritatis confirmationem Deus antea longe monſtrauit, nam filius Noe. Cam paternæ maieſtatis illuſor, maledictionibus repletus, impiorum idola colentium pater extitit:

Sem filius Noe Melchſedech dictus.

Sem vero patris honoris obſeruator eximius, paterna benedictione exaltatus, adeo longeuus euaſit, vt vſque ad Abrahæ tempora eius extenderetur ætas, & Iſidoro teſte, Melchiſedech Rex Salem, Dei ſummi ſacerdos creditur extitiſſe.

Iſidorus.

Gloſſa.

Filij Nabuchodonoſor factus horribile.

Nec filio Regis Babiloniæ Nabuchodonoſor tot mala aduentaſſe putarem, ni paterni honoris extitiſſet illuſor. De quo & Gloſſa ord. Iſaiæ 4. illud exponens. Tu autem eiectus es de ſepulchro patrum tuorũ, horribile quoddam explicat, quòd ſcilicet, Euilmerodach filius Nabuchodonoſor Regis Babiloniæ, mortuo iam patre, ne fortaſſe a mortuis reſurgeret timens, eumque a regni poſſeſſu eijceret, ceu poſt ſeptennium quo in montibus cum beſtijs conuerſatus ad regni culmen reſtitutus eſt, pro ſolenni funeris exequio, patris cadauer è ſepulchro extrahi iuſſit, quo in fruſtola conciſo, trecentis auibus ad deuorandum tradidit, ſic in regni poſſeſſione ſecurus, diu permanere putauit. Ecce iniquiſſimi filij in patris mortui corpus efferbuit iniquitas, quid mirum ergo ſi trucidatus regnum amiſit;

&lu-

& lumen? Præceptum vtique Dei eſt, parentes honorare, & hoc ſecundæ tabulæ primum. Imo & parentum nomine prælatos intelligi poſſe autumo, nam qui Regi Saul, quaſi illudentes, munera offerre noluerunt, filiorum Beelial nomine ſcriptura commemorat. Aſſeruntque Hebrei, ideo in ſenectute Dauid frigore oppreſſus calefieri non poterat, & quia & partem clamidis Regis Saul, qua operiebatur abſciderat. Honor igitur parentibus, & prælatis ex præcepto datur.

TEXTVS.

Hypochritæ bene de vobis prophetauit Iſaias, dicens. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt à me. Matth. vbi ſupra.

Quòd tribus circunſtantijs oratio ad Deum directa exauditur, tempore ſcilicet debito, loco decenti, & petitione iuſta.

ORatio, quaſi oris ratio profecto interpetratur, qua quod à Deo petendum eſt
exprimimus; neceſſeque ſit, vt quod lingua petit, in eo ſiſtat orando mentis
Oratio ſit attente.
affectus, alioquin exauditione caret, cum aliud lingua proferat; aliudque
mens intelligat: hinc & labia ſponſæ quaſi vitta coccinea eſſe dicũtur. Cant.
Cantic. 4.
4. Ligat nempe vitta comas quæ profecto mentis cogitationes deſignant;
vt orationis figura monſtretur, nam eſt in labijs oratio, in mente vero cogitatio ſiſtit, nectuntur cogitationibus verba labiorum, vt quod os orat mens intelligat, quia nectuntur
vitta capilli. Hæc igitur oratio integra eſt, quæ vero deficit affectu mentis, ab eo quod
ore pronuntiatur, apprime reijcienda euenit, de qua Dominus per Iſaiam inquit. Popu-
Orationis conditiones tres.
lus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt à me. Verumenimuero tria puto
orationis perfectionẽ conſummare, tẽpus, ſcilicet, locus, & iuſta petitio. Tẽporis circunſtantiam Danielis, imo & Chriſti monſtrat oratio. Nam de Danielis oratione legimus.
Dan. 6.
Tribus temporibus in die obſecrabat Dominum Deum ſuum obſecratione ſua. Dan. 6.
Chriſtum vero ſemper oraſſe credimus, attamen de eo Euangelij litera docet, quòd fuit
aliquando per noctans in oratione Dei, paſſioniſque ſuæ iam accedente tempore, nocte
media orauit ad patrem. Hæc igitur orationis tempora ſunt, mane, meridies, & veſper,
Tria temporis interualla quid indicant.
per Danielem obſeruata; nox vero vniuerſa Chriſti oratione peifulget. Mane ſiquidem
infantiæ, pueritieque tempus deſignat, quo paruuli orationis modũ edocti, vt in meliorẽ
frugem eorum vita dirigatur, ſemper orare tenentur. Meridies, adoleſcentiæ iuuentutis,
virilitatiſque tempus figurat, quo ne in mundi diſcrimina, Deique & proximi læſiones vita labatur, cum eo præſertim tempore peccatorum procellæ conſurgant, quiſque tenetur
orare. Veſpere vero ſenectutis, imo & decrepitatis tempus præmonſtrat, quando humana mens mundo ſeiuncta tota Deo dicata, fæliciſſimi tranſitus tempus exorat. Idcirco tria hæc temporum interualla mane, meridies, & veſper, orandi tempus ſemper adeſſe declarant; quod ſatis Chriſtus oſtẽdit, qui ſemper orans, ſemper orare opotere docuit,
Quòd autem ipſe in oratione Dei pernoctans fuerit, quoniam nox tribulationis tempus
deſignat, eo maxime orationibus incumbere docet, quo fortius tribulationes inualeſcunt.
Quòd vero ad loci circunſtantiam attinet, & illa ſiquidem orationum loca luſtranda eue
Orationis loca opportuna, & eorum ſignificata.
niunt, quibus & primi patres ad orandum vſos fuiſſe comperimus. Porro Abraham ne
Sodoma incendio euerteretur, Dominum exorauit in agro. Scriptura atteſtante, Gen. 18.
Conuerteruntque ſe inde & abierunt Sodamam, Abraham vero adhuc ſtabat coram Do
mino, & appropinquans ait. Numquid perdes iuſtum cum impio? hæc vtique iuxta
conuallem mambre, in ipſo feruore diei, ſcriptura geſta fuiſſe commemorat. Daniel quo-
Gen. 18.
que clauoſo oſtio domus ſuæ, obſecrabat Dominum Deum ſuum. Petrus, & Ioannes diſcipuli Domini aſcendebant in templum ad horam orationis nonam. Act. 3. Ieſus aſcendit in montem ſolus orare; & paſſionis tempore, hortum ingreſſus, cum clamore valido, &
lachri-

Digitized by Google

lachrimis orauit ad patrem. Porrò quinque loci differentiæ hæ ſunt, ager, domus, templum, mons, hortuſq; Ager frugum ferax, domus quieti dicata, templum Deo ſacrum, mons ab hominibus ſemotus, & hortus herbarum, florumque virore venuſtus. Ager actiuam præ ſignat vitam, orauit igitur Abraham in agro, vt actiuam vitam degentes, orationibus incumbere doceat. Domus quieti addicta contemplatiuæ vitæ figuram oſtendit, cunque Daniel domum ingreſſus orare conſueuerit, eos qui contemplatiuæ vitæ dicantur, orationibus ſemper vacare commonet. Templum Deo ſacrum, Eccleſiæ militantis ſtatum figurat, aſcenderunt ergo Petrus, & Ioannes vt in templo orarent, ſic orationis ſuæ obſeruatione monſtrantes, in Eccleſiæ ſtatu tantum Deum rite exorari, qui autem extra Eccleſiæ ouile morantur, nil valent oratione proficere. Mons fidei ſinceritaté, ſublimitatemq; præmonſtrat: orat quippe Ieſus in monte, vt fidei ſinceritate, nos orare commoneat, qui etenim ſine fide orat, mortuæ orationis verba proclamat; quod nempe anima corpori eſt, hoc & orationi fides. Hinc & Cant. 1. Meliora ſunt vbera tua vino fragrantia vnguentis optimis. Vbera ſiquidem licet lacte contorqueant, penitus tamen ibi lac cælatur: quòd licet oleum vino pingueſcat, haud tamen omnino vinum abſcondit, quòd tantum odore ſenſum non olfaciat; fides itaque veluit lac vberibus animæ clauditur, oratio vero ex ore profluit, verum melior fides in oratione quàm verba; meliora enim ſunt vbera, vino. Hortus autem corpus deſignat humanum, teſte Beda ſup. Gen. 2. orat Chriſtus in orto, vt dum mortali corpore viuimus, ſemper orare dicamus. Quo vero ad iuſtas petitiones refert, hæc porrò bona æterna ſéper petenda ſe offerunt, temporalia autem aliquando, his ergo circunſtantijs oratio perfecta dignoſcitur.

Oratio ſine fide mortua eſt.

Beda.

FERIA V. DOMINICAE III. IN QVADRAGESIMA.

TEXTVS.

Surgens autem Ieſus de Synagoga introiuit in domum Simonis, ſocrus autem Simonis tenebatur magnis febribus. Luc. 4.

Quòd mulier magnis febribus grauata Synagogam hebreorum deſignat, vtque eam Ieſus curaret, ex alijs Synagogis ſurgens, plures ingreſſus eſt domos, Simonis tamen domus vniuerſi molem figurat.

Dilecta quondam virgo Iſrael, diuinis munita fauoribus, adeo fornicationibus obnoxia coram Dei oculis, detecta fronte, ſe prebhuit, vt virginitatis titulo dimiſſo, infamibus vbique veniat titulis oneranda, teſtis mihi ſit ſacrorũ Bibliorum codex vniuerſum, vbi, & diuerſis prophetarũ vocibus, diuerſis ignominiæ ſuæ titulis oneratur. Ecce quid Ierem. ca. 3. interni cordis dolore permotus, de ea proclamat. Leua oculos tuos in directum, & vide vbi non proſtrata ſis, in vijs ſedebas expectans eos quaſi latro in ſolitudine, & polluiſti terrã in fornicationibus tuis, & in malitijs tuis. Porrò formicariæ mulieris titulo hebreorum plebs huiuſcemodi verbis deſcribitur. Sicq; Hieronymus interpretatur, cæterique ſacræ Scripturæ patres. Imo & Origenes in Matth. hom. 7. ſi marito licet (ait) ob fornicationem ab vxore ſeparari, nec cum ea maritale petere thorum, huiuſcemodi fornicationis cauſa, qua idolis congreſſa, Deũ Iſraelitica plebs dereliquit, ab eo derelicta dignoſcitur. Cuius impietaté Iere. ipſe dignoſcens eam crudeliſſimo Struthioni cõpar. Filia populi mei crudelis, quaſi Struthio in deſerto Thren. 4. Ratione fortaſſe comparationis inde deſumpta, quod oua pariés Struthio, ac ſi ſui non eſſent vteri progermina, obliuione captus, ad perditionem vſq; dimittit. Ita & omnium crudeliſſima filia Sion, Meſſiam peperit, quem, quaſi vteri ſui fructus nó eſſet, in cruce perimi impijſſima crudelitate dimiſit. Iſaias illud præuidens quod ſpi-

Ier. 3.

Hieronym. Origenes. Hebreorum populus meretrici cõparatus.

Digitized by Google

Iſraelitiæ plebis ignominia.

ſpinis.ſ.,ſuum erat coronatura Meſſiam,illam ſpinoſæ,telluris cōparatione figurat. Aſcē-dent(inquiens)ſuper eam vepres,& ſpinæ.Iſa.5.Micheas eius iniquitatem prænoſcens, quòd veluti latro hæreditate filium Dei orbare cupiebat filiam latronis appellat. Nunc vaſtaberis filia latronis,Mich.5.Ioannes verò Apoc.8.eclipſatæ Lunæ illam conferre videtur,quādoquidem nec ipſa verū obtenebrare Solem in crucē dubitauit, ideo ſi factus eſt Sol Chriſtus tanquam ſaccus cilicinus,Luna quæ Synagoga hebrea eſt , facta eſt tota ſicut ſanguis,poſt mortem domini , vſque ad internitionem continuis cladibus afflicta. At quidem Lucas vno tantū titulo ſingula eius vituperia declarat,mulierem febribus grauatam appellans,cum inquit. Socrus Simonis tenebatur magnis febribus Quòd ad Synagogam hebreorum quomodo referatur iam facile fit.Simon etenim Petrus Eccleſiæ ſponus eſt.Eccleſia vero à Synagoga hebreorum ortum accepit,vt iam apertiſſime conſtat, cumque Petrus Eccleſiam Synagogæ filiam in vxorem habeat , vtique Synagogam ſibi ſocrum habere monſtratur. Verum enim vero vt illam Ieſus febribus vexatam curaret, ſublimiori Synagoga dimiſſa domum Simonis ingreſſus eſt.Synagoga ſiquidem omnium prima Angelorum natura eſt,de qua pſaltes Deus ſtetit in Synagoga Deorum.pſ.81.E cuius medio Verbum Dei incarnationis aduentante tempore ſurgens , intrauit in domum Simonis. Verum vt domum Simonis magnam inuenire liceat , nil prohibet plures domos,Ieſum intraſſe fateri.De quibus pſaltes Mirrha, & gutta, & caſia à veſtimentis tuis, à domibus eburneis.pſ 44. Domos itaque ſanctitate intrauit eburneas, vt Myrrha gucta, & caſia , febres à Synagoga tollens,omnium hominum infirmitates deleret Myrrha profecto quæ mortuorum à corruptione corpora ſeruat , mortis Chriſti myſterium præſignat,quando Myrrha,& aloe,dominico delibuto corpore,ipſummet in ſepulchro conditum credimus : gutta quæ & ammoniaca altero nomine dicitur , humentibus aquarum locis genita,Saluatoris doctrinam,aquæ comparatam figurat,vt ſcriptum eſt.Aqua ſapiētiæ ſalutaris potauit illum. Eccl.15. Caſia quæ item internis me detur doloribus , incarnationis Verbi myſteria deſignat,cuius interna vnio,omnes prorſus abiecit langores , vt pſaltes cæcinit.Miſit verbum ſuum & ſanauit eos.pſ.106.Tribus his ergo medicaminibus vſus,incarnatione,ſcilicet,doctrina,& morte,ab infirmitate,& morte nos penitus dominus eripuit. Vt autem hæc omnia opere compleret, plures domos ingreſſum fuiſſe legimus. Prima quidem illa fuit omnium celeberrima, quam ipſe cùm ab æterno coluiſſet, noſtri gratia ſe dereliquiſſe teſtatur,prout habetur Iere. c.12. Dereliqui domum meam, dimiſi hæreditatem meam,dedi dilectam animam meam in manibus inimicorum eius. Quantum vero temporis poſt mundi creationem, ſui aduentus mora prolongata fuerit, ſatis eius figuræ indicant;nam & arca Domini Dei Iſrael,tribus menſibus in domo Aminadab in Gaba permanſiſſe legimus,quartum autem menſe modulis,& iubilo in Montē Sion conſtituta eſt. Et vt quarto Regum narrat hiſtoria tribus annis & menſibus ſex,pluuiæ de cælo prohibitæ ſunt, at quarto iam mediante anno,apertis cœlorum nubibus pluuia cædit affluenter, quo figuraliter in nobis cognitio fieret,tribus annorum millibus Dei Verbum ſummis cœlorum cubiculis poſt mundi formationē clauſum permanſiſſe;quarto vero iam mediante milleſimo,domum illam dimittens,aliam ingreſſurus acceſſit,quæ domus Simonis dicitur,mundus videlicet Simonis imperio commiſſus.Hinc dicitur;Surgēs Ieſus de Synagoga intrauit in domū Simonis,quia cæleſtem Dei filius domū dimittēs (ſi dimiſiſſe aſſerere licet, prout Eccleſia canit,quia de cœlo deſcendit)intrauit in mundum,vt Deus homo,homines ad vitam vocaret.Cumque pauper apparuiſſet,nil ſuæ maieſtati derogans,in caput gentium conſtitutus eſt . Sic & Ioſeph à patre Iacob apprime dilectus,domum dimittens,à fratribus vt ſeruus in Aegypto vēditus,Pharaonis dominus conſtitutus eſt,& magiſter,vt erudiret principes eius ſicut ſemetipſū,& ſenes eius,prudētiā doceret pſ.104.Verū.n.vero vt caro factū Verbū orbē intraret,alias ingreſſus eſt domos:quarū pulcherrima Patriarcharū,Regū,Prophetarūq; ſecundū carnē origo eſt,quā his verbis Mattheus celebrat.Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid,filij Abrahā,& c.

Synagoga hebreorum ſocrus Simonis dicta.

Domos plures ingreſſus eſt Ieſus.

Mundus domus Simonis dicitur.

vbi

vbi tres teſſaradecadum ordines, totam Saluatoris genealogiæ ſecundum carnem domū abſoluunt, quæ profecto quaſi Salomonis columnarum domus, plurimis Patriarcharum, Regum, Prophetarumq; columnis decorata conſiſtit. Inde pertranſiens duas penetraſſe domos ſcriptura demonſtrat, alteram quā domus Dei, alteram quam domus Iephte figurat. Domus ſiquidē Dei, Maria ſemper Virgo eſt de qua myſtice Ezechiel, ita proclamat. cap. 44. Et conuerti me ad viam portæ ſanctuarij exterioris, quæ reſpiciebat ad orientē, & erat clauſa: & dixit dominus ad me. Porta hæc clauſa erit, non aperietur, & vir nō tranſiet per eam, quoniam dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam. Ecce igitur filij Dei ad Virginem introitus, indeque carnis, animæque formatione completa, Iſraeliticā plebem ingreſſus eſt, à qua veluti alter Iephte è paterna domo fratrum impietate eiectus dignoſcitur; atteſtante Ioanne. In propria venit, & ſui eum non receperunt. At eiectus Iepte, iudex effectus eſt Iſrael; ſic & Ieſus eiectione ſua, æterno iuditio diabolum damnauit ad pœnas, & quem Iudæi miſericordiæ Regem habere noluerunt, ira efferbentē acerrimæ iuſtitiæ iudicem ſuſtinebunt. Sic igitur Ieſus intrauit in mundum, cuius regimen Simoni commiſſum, Simonis domum eundem annuntiat.

Maria Virgo domus Dei dicta.

TEXTVS.

Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus. Luc. vbi ſup.

Quòd ſocrus Simonis naturam præſignat humanam, quæ vehementiſſimis febribus in perſona matris Euæ grauata dignoſcitur: vnde ceu ex mala radice Synagoga hebreorum orta, adhuc & ipſa peſſimis eſt circumfuſa langoribus.

FEbricitantem ingreditur Ieſus fœminam curaturus, quæ cum ſocrus Simonis eſſet, vtique & maritali copulata coniugio, neceſſario admittenda euenit, quòd vero illa ægrotat, mariti penitus nulla mentione deſcripta, ad inquirendū profecto, quid de marito eius fuerit, animus pulſatione mouetur. At qui ſubtiliori ſcripturarum indagine myſteriorum arcana ſcrutantur, Simonis ſocrum vniuerſam hominum putant deſignare naturam; ſiquidem ipſa mater Eccleſiæ prædicatur, Simoni Petro ſpiritali iunctæ connubio. Ab exordio tamen & ipſa hominū natura in Eua matre prima figuratur, quæ & Adæ ſociata contubernio, omnibus præclariorem ſibi meruit poſſidere maritum. Sed ſuæ imbecillitatis petulantia, nec maritalis digna ſolatij, quē ſibi conſortem perpetuo deſumpſerat, virulenta ligni comeſtione peremit, ipſa febribus grauata manente. Hinc & febribus illa prædicatur obuoluta, cuius mariti mortui nil memoriæ ſcriptura demonſtrat. Mariti animam verbis occidit, cuius anima ſerpentis voce febrium intemperamenta præſenſerat. Viri corpus, immaturo fructu, corruptioni, quam non paſſurū erat aptauit, cuius ſēſus eiuſdē fructus guſtarat dulcedinem: cunq; ita ſit, vt corruptum corpus grauet & animam, anima, corporeque iam intemperatus Adam corruit ad mortem, vxore febrium rigore contuſa morante: febribus igitur Simonis ſocrus tēcta deſcribitur, cuius maritus veluti mortuus obliuioni mandatur. Quibus vero febrium ardoribus ſit Eua percuſſa, ſatis aperte Moyſis relata declarant. Quandoquidem Gen. 3. quinque numero computantur, quarum prima ærumnarum multiplicatio eſt: ſecunda, filiorum laborioſa conceptio: tertia, dolores in pariendo multiplices: quarta, libertas viri potentiæ ſubmiſſa: & quinta, dominij omnimoda perditio. Quæ omnia his verbis ſacrarum literarum textus enunciat. Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries, filios, & ſub viri poteſtate eis, & ipſe dominabitur tui. His itaq; ſocrus Simonis in Euam myſtice figurata, quæ cunctorum viuentium mater fuit, magnis febribus tenebatur. Oritur autem hic & notabilis quæſtio, cum etenim maſculum, & fœminam Deus hominem creaſſet, omnique ſapientia, prout humana poterat ſuſtinere natura decoraſſet,

Socrus Simonis natura humana.

Quomodo Eua maritum occidit.

Euæ matris, quinq; febres.

Digitized by Google

Quomodo Eua ſapientiſſima à dæmone decepta eſt.

ac profecto mulieris ingenium eadem, qua viri prudentia pollebat, cur prudentia ſua mulier, deceptorem diabolum non agnouit, imò illi pluſquam Deo qui eam tanta ſapientia dotauerat credidit? Nec abſonum pro reſponſione mihi videtur aſſerere, mulieris mẽdacium, cui Satanas innixus eſt, ſuæ deceptionis, perditioniſque cauſam fuiſſe. Ecce quid blandiens tentator, tentationis verba pronuntiat. Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis ex omni ligno Paradiſi? Tentatori tentata mendacium veritati inſerendo reſpondit. De fructu lignorum quæ ſunt in Paradiſo veſcimur, de fructu vero ligni quod eſt in medio Paradiſi præcepit nobis Deus ne comederemus. Profectò vſque modo veritas ex mulieris ore exactiſſime effluxit; ſed quæ verba ſequuntur, nil veritatis continere iam cõſtat: ſequitur enim; & ne tangeremus illud, ne forte moriamur. Hic nempe mentitur mulier, nam & Deus tantum ne comederent præceperat, nil de tactu curans, quòd ſi nil guſtando tẽtigiſſent, temeratæ legis arguendi non erant. At qui diabolus mendacium diligit, mulieris mendacio innixus diabolica calliditate, mulieris prudentiam conculcat; nec mihi diſplicet id quod hebreorum magiſtri aſſerunt, tunc diabolum, Euam in arborẽ impuliſſe, ita vt lignum fructumque tangeret, quibus iam tactis addidit. Tetigiſti quidem, & non mortua es, vt aſſerebas, ſic etiam fiet, vt ſi tu, & vir tuus de eo comederis nequaquam moriemini, ſcit enim Deus, quod in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dj ſcientes bonum, & malum. Credidit igitur mulier, tulitque de fructu, & comedit, deditque viro ſuo, & vili mendacio amborum labefactata eſt prudentia, quibus delinquentibus, vniuerſa hominum natura magnis febribus obuoluta remanſit: de qua miſtice Euãgelicus textus ait. Socrus Simonis tenebatur magnis febribus.

Synagoga hebreorum quinque febribus aſſlicta.

Quibus & eodem quinario numero diſtributis Hebreorũ Synagogã ſæpius laboraſſe autumo. Prima ſiquidem Hebreorum febris, legis contumacia fuit, adhuc in deſerto trãſgredientes in vitulo, initianteſque Beelphegor ſacrificauerunt filios ſuos, & filias ſuas dæmonijs: ita vt ob idolorum fornicationem, vſque ad internitionem peruenirent. Secunda, qua crebris plebs Iſraelitica agitabatur cladibus, ſubiectio ſua gentium populis erat dominantibus ei. Tertia, qua animorum quietem febris perturbabat, religionis erat diuiſio, Eſſeorum, Saduceorum, Phariſeorumque. Quarta omnium peſſima, intellectus cæcitas, mẽtiſque erat hebetudo: Sol etenim Chriſtus qui prius erat in nubilo figurarum, clariſſime effulxerat, cuius micantia lumina adhuc terræ viſcera penetrãtia, in tenebris mortuos reuocabant ad vitam, cunque illius mirabilia Hebreorum Synagoga corporeis palam cerneret oculis adeo ei intellectus cæcitas reluctabat, vt nec fidei apex ingreſſum habere valeret Et quæ immedicabilis omnino quinta erat obſtinatio, quæ nec Saluatoris verbis, nec miraculis aliqualiter emollita oſtendebatur. At nonne Sancti Patres rogauerunt ipſum pro ea? ſic vtique, nam, & Iſaach legimus pro Rebecca vxore ſua ſterili deprecatum fuiſſe dominum, exauditusque à Deo vxoris ſterilitas ſanata eſt. Gen. 25. Myſteriũ ſiquidem abſconditum, quo ſanctorum Patrum ad Deum pro Synagoga hebreorum oratio figuratur, miſitque dominus verbum ſuum, & ſanauit eos, abſolutiſſimeque ſanabit, cum tempore nouiſſimo ſaluabitur Iuda, & Iſrael habitabit confidenter. Ierem. 23.

TEXTVS.

Et rogauerunt illum pro ea, & ſtans ſuper illam imperauit febri, & dimiſit illam. & continuo ſurgens miniſtrabat illis. Luc. vbi ſup.

Quòd Sanctorum Patrum orationes, celeriorem aduentum Meſſiæ fieri meruerunt; cumque Verbum caro factum eſſet, ita ſuper infirmantem hominum naturam ſtetit, quod langores eius ferens, perfectiſſimæ ſanitati illam reſtituere dignatum eſt.

QVem Deus ab æterno filium prædeſtinauit hominem fieri, ſecundum temporũ plenitudinem miſit in mundum, atteſtante Paulo: at vbi venit plenitudo temporis, miſit

Digitized by Google

miſit Deus filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Galat. 4. Ergo incarnationis filij Dei cauſa aliunde non ſumitur, niſi ex Altiſſimi bonitate, qui tabeſcenti mundo, interiori pietate ſua, remedia ab æterno præparare dignatus eſt. Quomodo igitur patrum orationes illum è cœlis traxhiſſe, ſcruptura refert? Propter miſeriam inopum, & genitum pauperum nũc exurgam? Sed fortaſſe conue nienti ſolutionis forma infertur reſponſio, cum dicimus; præfixum incarnationis terminum ex infinitis diuinæ bonitatis theſauris emanaſſe, accelerationem vero ſanctorum Patrum orationibus ſollicitatam; nam & rogauerunt ipſum pro ea, qui & ſtare ſuper ipſam non abhorruit. Nec altiori, nec digniori erat medio lapſa reparanda hominum natura, niſi vt filius Dei ſuper illam ſtaret, imperaretque febri vt dimitteret. Vnde optimorum omnium quæ operatus eſt dominus, quartum puto redemptionis opus. Quandoquidem inter Theologos quæſtione mota, vtrum Deus potuiſſet, quæ fecit meliora facere? vtique vnanimis reſponſio extat; vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. Gen. 1. Verum enim vero ſi meliora ei facere placuiſſet, cum infinitæ ſua ſit poteſtatis voluntas, vtique feciſſet. At quatuor numero ſunt, quæ nec meliora, nec perfectiora facere potuit. Primum quidem æternæ beatitudinis præmium eſt, in quo nil eo quod dat, plus dare poteſt, dat enim ſemetipſum, & Angelis, & hominibus fruendum: vnde & dat quod habet, datque ſimul quod eſt. Secundum inter optima humanitatis Chriſti opus cõputatur, quæ nec melior, nec dignior fieri potuit, cui etenim meliori, digniorique iungi poterat, niſi æterno Dei filio? cunque vniuerſa hominis perfectio in ſummi boni frutione conſiſtat, & Chriſti humanitas verbo iuncta, vnum quoddã cum Deo hypoſtatica vnione effecta, viatoris, comprehenſoriſq; natura pollebat, quid amplius perfectionis, bonitiſque ei poterat quodammodo tribui? Sic igitur perfecta Chriſti humanitas fuit, vt eam meliorem facere nequaquam Deum potuiſſe credimus, cui omni boni communicata plenitudo fuit. Tertium inter nobiliſſima, opus, Maria Virgo extitit, que prout eius natura ferebat, à Deo melior fieri nequaquam valuit. Tota quippe hominis optima ratio eſt vt à Deo optima conſequi mereatur, nec vnquam creatura fuit, vel in poſterum futura eueniet, optimorum omnium dote refulgens, vt Deipara Virgo refulxit: puritate ſũmos Angelorũ vicit ordines, Anſelmo teſte. O benedicta ſuper mulieres, quæ Angelos vincis puritate & ſãctos ſuperas pietate. Adeoq; optimũ omniũ conſequuta eſt donũ, vt filij Dei mater effici prædicariq; mereretur. De qua idẽ Anſelmus; dicebat (inquit) vt Chriſti conceptio de matre puriſſima fieret: Nẽpe decens erat, vt ea puritate, qua maior ſub Deo nequit intilligi Virgo illa niteret, cui Deus Pater vnicum filium ſuum, quem de corde ſuo æqualem ſibi genitum, tanquam ſeipſum diligebat, ita dare diſponebat, vt naturaliter eſſet vnus, idemque communis Dei Patris, & Virginis filius. Cùm ergo Deum Patrem conſtet filium ſuum virgini dediſſe, vt ſicut in æternitate Pater ipſe eſt, illa quoque fieret in tempore mater; quid amplius ei à Deo tribui poterat? innocentia igitur ſuper creaturas omnes puriori illa relucens, filijq; Dei maternitate gaudens, qua fuit, melior fieri vtiq; nequit. Quartum etiam inter optima optimum, nec aliqua ex parte melius fieri valens, redemptionis humanæ extitit opus; quid enim amplius pro homine Deus operari poterat, niſi vt homini iunctus, pro homine moreretur? Sic nempe ſuper illam infirmantem naturam ſtetit, vt eius ſibi infirmitates aſſumens, omnes penitus febri imperando infirmitates deſtrueret. Hoc igitur Euangeliſta refert, ſtans ſuper illam imperauit febri, & dimiſit illam; quia tunc ſuper illam ſtetit, cum illam aſſumpſit, tunc imperauit febri, cum febris dolores in ſemetipſo ſumpſit, & tunc fuit febris abſceſſus; cum viuus ab inferis reſurrexit. Stetit quoque ſuper illam, vt quam non nouerat, noſceret homo diuinam dulcedinem, ab initio abſconditam, eumque timentibus præparatam. Cumq; boni natura ſit, vt quibuſcunq; cõmunicabilis fiat, Verbumq; Dei ſummũ bonum exiſtens, vt hominibus ſemetipſum cõmunicaret, ſuper illam ſtetit. Imo in hoc ſummi boni perfectio coruſcat, vt haud tantũ amicis faueat, verum & inimi-

Orationes patrũ accelerationem meruerunt Meſſiæ.

Quatuor omnium optima à Deo facta.

Anſelmo.

Quomodo Ieſus ſtetit ſuper ægrã.

Digitized by Google

inimicos amplectatur: cumque Angelis ſibi dilectis gloriæ fauores extenderet, vt infinitæ bonitatis exceſſus efflueret, ſuper naturam illam ſtetit, quam ſibi amicam futuram conſiderans, inimicitiæ iaculis, diù ſibi aduerſantem ſubſtinuit. Fuit quoque & apprime con-

D. Thomas ueniens (ait Thomas Aquinas) vt ſuper illam Verbum Dei ſtaret, nam fides quæ per vniuerſum prædicanda erat, facilius intellectibus imprimẽda erat humanis filij Dei ore publicata, quam Angelorum, cæterorumque ſanctorum vocibus. Adduenit & mihi altera huiuſcemodi ſtationis ratio, ſcilicet, quod ideo ſuper illã filius Dei ſtetit, vt ſua ſanctitate

Duo quæſiuit Adam in paradiſo Gen 3. illa reſtitueret, quæ nimia curioſitate Adam in paradiſo quærendo perdiderat. Duo quidem curioſitate vexatus quæſiuit Adam in paradiſo, deificam ſcilicet vitam, iuxta tentationis verba, eritis ſicut dij; omniumque ſcibilium ſcientiam, ſecundum eiuſdem tentatoris promiſſa; ſcientes bonum, & malum. Gen 3. Cumque de ligno manducaſſet, & vitam perdidit, ſimulque ſcientiam quam habebat amiſit. Voluit quippe Deus, & vitam reſtituere, ſimul & ſcientiam, ſtanſque ſuper ægrotantem naturam, vtrumque reſtituit; Vitam

Ioan. 10. Luc. 24. ſcilicet, quia venit vt vitam habeant, & abundantius habeant. Ioan. 10. Et ſcientiam, aperiens illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas. Luc. 24. Adeoque Verbum Dei ſuper illam ſtetit, quod eam ſibi ſemel aſſumens nunquam dimiſit. Quòd ſi Saluatoris in cruce ver-

Matth. 27. obſtare videntur. Deus Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Matth. 27. Vbi Chriſti humanitas profectò clamabat, non ad patrem, quia eam pater non aſſumpſerat, ſed ad filium, qui iam aſſumptam in doloribus dereliquiſſe videbatur, ita vt tunc ſuper illam non ſtaret. At ſi verũ eſſet, tunc Dei Verbum aſſumptam humanitatem dereliquiſſe, vtique

Theodoret. totum Chriſtianæ fidei periclitaretur ædifitium: hinc recte reſpondendum iuxta Theodoreti dictum in dialogo, impatibilis, quod hiſce verbis humanæ naturæ veritas commoſtratur, dum humanitatem verbo iunctam, vere doloribus ſubmiſſam agnoſcimus; quòd autem illa clamat, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? non quòd à verbo derelicta ſit credere oportet, ſed ad inferiorem portionem in profundo tormentorum tunc dimiſſam referendum eſt. Secundum etenim portionem illam, quæ ad humanitatẽ ſpectat, dolores inferni tunc paſſum fuiſſe Ieſum haud dubitare licet; quandoquidem hoc & ſcriptura demonſtrat; Dolores inferni circumdederunt me. Pſal. 17. Verum ſi inferni

Pſal. 17. dolores æterna deſperatione obuoluti clauduntur, in crucifixo filio Dei, in quo omium ſpes eluxit, cuique temporalis fuit dolorum acerbitas quomodo inferni dolores eſſe potuerunt? Sed ſi ſummum omnium dannatorũ dolorem conſideramus, vtiq; illũ in Chriſto

Quomodo Ieſus in cruce paſſus vt dolores inferat. fuiſſe fateri cogimur. Siquidem ignis ſulphur, vermes, dæmonum malorum viſio fetor, tenebræ, & ſimilia dannatis dolores ſubminiſtrat acerrimos: at vnus omniũ maximus eſt, quòd ſuorum ſcilicet, ſcelerum tot pænas luentes oculos, ad Deum leuantes, numquam placatum, ſed ſemper ira efferbentem agnoſcunt. Leues vtique vniuerſæ pænæ fierent, dulciſſimique dolores, ſi ſemel Deum placatum agnoſcerent, at quia ſemper ira ferueт, ſtimuluſque iuſtitiæ inardeſcit, hic omnium in inferno dolorũ maximus eſt; quem Chriſtus doloroſiſſime in cruce ſubſtinuit. Cum etenim omnium delictorum noſtrorum ſibi onus aſſumeret, obtuliſſetque ſe patri pro omnibus pati, ecce iam in cruce poſitus oculos ad patrem eleuans, ira furentem aſpexit, nec placabilem aliquantiſper inuenit, donec animæ, corporiſq; vincula rumperentur ad mortem. Hic ergo dolor inferni fuit quem Chriſtus in cruce patiens ſuæ deitati conquerens, ſecundum humanæ naturæ portionem dicebat Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me. Non tamen verbum humanitatem dimiſit, quia ſtans ſuper illam ſic eam aſſumpſit, vt nunquam dimitteret, morienſque im

Deſideriũ Aduentus Meſſiæ febris amoris dicebatur. Cant. 1. perauit febri, reſurgenſq; illam à febre eripuit. Cur autẽ magnis mulier tenta febribus, nõ à febribus, ſed tantũ à febre dimiſſa prædicatur? Fortaſſe quòd ſi mulier febricitans, Hebreorum Synagogã deſignat, vt diximus, vtiq; magnis illa febribus tenebatur, vt paulo ſupra explicuimus: verumenimuero vna erat omniũ ardentiſſima, expectatio ſcilicet, Meſſiæ, cuius feruor iu furoris amorem illam exagitabat, clamabatque Cant. 1. Oſculetur me oſculo oris ſui. Ac ſi diceret, vt recte Origenes interpetratur, vſquoquo per Abraham,

Moy-

Digitized by Google

Moyſen,& Prophetas deoſculatur me Deus, Meſſiam mihi venturum promittens, oſculetur me obſecro, oſculo oris ſui,quod eſt verbum eius, vt mihi hypoſtatica vnione iungatur, quem febris ardorem omnino abſtulit ſtans ſuper illam, ideſt,illam aſſumens,ideo & febri imperaſſe dicitur, non febribus. Sufficiens enim fuit huiuſmodi febre diruta,vt cunctæ ſimul quibus tenebatur auferantur. Si vero febricitans vetula,vniuerſam hominum deſignat naturam,ſiquidem magnis illa febribus tenebatur,quarum vna omniũ peſſima agitabatur acerbe,eratque cælorum ianuæ clauſura quam ingredi,abſque mediatore Ieſu nemo poterat ſtetit ergo Ieſus ſuper eam,ac in cruce moriens,veteris deliquij debitum ſoluens, imperauit febri, cælorum ſcilicet oſtium aperiens, cæteris quæ ad virtutum exercitium conferunt remanentibus, vt victoribus altioris coronæ præmium conferatur. Et ſurgens miniſtrabat illis. Nam miniſtrauit Synagoga Deo per Apoſtolos, & diſcipulos Domini, miniſtrauitque vniuerſa hominum natura, Euangelicæ prædicationi obtemperans, abſolutaque eſt vniuerſum ſanitas. *Cælorum clauſura ſebris dicebatur.*

FERIA VI. DOMINICAE III. IN QVADRAGESIMA.

TEXTVS.

Venit Ieſus in Ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar, iuxta prædium quod dedit Iacob, Ioſeph filio ſuo. Erat autem ibi fons Iacob. Ioan. c. 4.

Quòd vt ſæpius dominij ratione, aut odij liuore, aut mulierum petulantia, prælia in mundo exorta dignoſcimus; quorum ratione adhuc & filius Dei ira feruens, bella commiſit in orbe, eiſdemque manubrijs, quibus dæmon inſidiabatur hominibus, dæmonem vicit, fidemque diſeminauit.

HAud tantum gentium hiſtoriæ, verum & ſacrarum Scripturũ volumina, bellorum origines triplici partitione commemorant; nempe quæ aut dominij ratione, aut odij contagione, aut mulierum vanitate exorta narrantur. Ad quid enim antiquorum Romanorum expeditiones, Græcorumque agmina diuerſa inſurrexiſſe iam legimus, niſi vt ſua retinere, aliena rapere, cæteriſq; dominari aſſueſcant? Marcus Craſſus aduerſus Partos ſeptem militum legionibus armatus inſurrexit. Alexander Philippi Rex Macedo qui primus regnauit in Græcia, copioſiſſimis exercituum agminibus, vtriuſque Aſiæ interiora penetrauit. De Xerſe quoque fertur tot militum cetubus imperaſſe, vt ſemel vno iaculorum ictu, ita nebulæ vmbram in aere contexere potuiſſent, vt micantia Solis lumina obtenebreſcerent. Ad quid autem huiuſmodi exercituum expeditiones ordinatæ fuerint, ſatis ſcriptorum volumina monſtrant. Vtpote qui ſuis contenti non erant, aliena inuadere, poſſidereque ſatagebant. Huiuſmodi quoque dominandi cupidine aduerſus Hebræorum Reges prælia ingruiſſe crudeliſſima ſæpius ſcriptura commemorat, vt & Regum hiſtoriæ Machabeorumque monumenta declarant. Alia quidem adhuc ingruentium bellorum cauſa deſumpta iam noſcitur, cum interioris odij tabes mortalium pectora, alienæ felicitatis inuidentia percuſſiſſet, ad bellorum confugium impulit properare mortales. Sic & præliorum conflictus in eremi itinere paſſus eſt Iſrael, ita vt Balaac filius Sephor Moabitarũ Rex, ad arma concurrere timens, Balaam filium Beor ariolum per nuntios ad ſe conducere ſtuduit, vt fortaſſe magicarum cantionum maledictionibus, Dei populum proſpere in deſerto degentem, è medio tolleret. Num .22. Tertia quoq; ſæpius ſe obtulit, offerturque in dies, & quidem vehemens bellorum origo, eaque ex mulierum vanitate defluxit, ſæpiuſque effluere cognoſcimus: vt iam exuberantius vtriuſque ſcripturæ volumina oſtendunt. Legimus ſiquidem, & Thebanorum bellum, omnium poſt diluuium primum mulierum petulantia diſſeminatũ. Et qui hiſtoriarũ mundi codicibus incumbunt, Heſionam quam Argonauta Alci-

Bellorum origenes, ſeu cauſæ.

Num. 22. Mulierum vanitas, bellorũ origo.

Digitized by Google

Alcides è draconis voracitate eripuit, præliorum originem inter Græcos,Prygaſque ex-
tiſſe,dignoſcunt,Helena Ledæ,Tindariſque filia,cuius forma Alexander,qui & Paris ex
Dares. arſit,tot millium Græcorum, Dardanidorumque mortis (Darete phyregio teſte) initia
Gen.6. contulit . Quid plura ? ſacræ peruoluantur hiſtoriæ;mulierum impudentia cataclyſmi ſe-
naria concitauit, ſacra atteſtante Scriptura , Gen. 6. Quis domus Dauid pacem turbauit
2. Reg.13. acerbe?nonne Thamar,cuius formoſitate,iam vſque ad mortem perdite exarſit Amnon?
2.Reg.13. Legimus quoque & Geneſeos cap.34. Dinam habuiſſe Iacob filiam,omni pul
chritudine venuſtam,quæ nimia vanitate perfuſa,paterna relicta domo,Samariæ ciuita
tem Sichem ingreſſa, vt ſpecies optimas mulierum regionis illius contemplaretur, quam
cum Sichem filius Hemor Heuæi princeps regionis eiuſdē vidiſſet,adamauit, rapuit,dor-
miuitque cum illa,vi virginem opprimens;adeoque anima illius conglutinata eſt cum ea,
vt quam triſtem blanditijs deliniuit,ſibi vxorem poſſidere conatus eſt. Quid huiuſcemo-
di deliquij facinore ſubſequutum ſit,ſcriptura declarat,quippe quæ & principis mortem,
ciuium occiſionem,vrbiſque ruinam, potenti filiorum Iacob manu operatā demonſtrat.
Ecce igitur puelle vnius vanitas,tot malorum origo narratur . At ecce filij Dei magnalia
coruſcare,Sichem inde Sichar dicta vnius iuuenculæ contagione deſtructa, alterius puel-
læ fide,integritateque reparatur . Et quam diabolus luxuriæ impetu vaſtarat,fornicariæ
mulieris obedientia ad veritatis integritatem Chriſtus reſtituere dignatur . Vnde vt hu-
iuſcemodi myſterij Ioannes occulta prædicaret,& mulierculæ conuerſionem,ciuitatiſq;
Sichar reparationem his verbis enarrare conatur . Venit Ieſus in ciuitatem Samariæ quæ
dicitur Sichar,&c. Talis quippe naturæ Deus eſt,vt ferrum ferro contundat,& ſuperbos
in aſtutia eorū compræhendat;eiſque quibus ad perditionem diabolus inſtrumentis vte-
batur,ad reparationem ipſe vtatur ſapientiſſime . Diximus quidem,aut dominij ratione,
aut odij liuore,aut mulierum vanitate ſæpiſſime prælia inſurrexiſſe,quibus & Ieſus iuſte
permotus ad prælia conſurgere auſit. Orbis enim imperium impie à malorum dæmo-
num principe detentum,eripiendum curauit,atque hæc iuſta dominij rationem prælio-
rum cauſa monſtratur . Cumque odij liuore in Chriſtum filium Dei diabolus ab initio ef-
ferberet, vt odientis maxillas confringeret, aduerſus hoſtem arma ſumpſit Altiſſimus;&
ita hæc bellorum cauſa odij ratione deſumitur . Quòd vero muliere,ceu ad deſtruendum
inſtrumento aptiſſimo diabolus vſus eſt,alterius mulieris innocentia, Deus omnia repara-
re iam ſtuduit,ſicque prudentia ſua vicit ſuperbum . Ecce igitur Virgo deipara omni po-
pulo profuit, & muliercula illa Samaritana vniuerſos vrbis Sichar iuuit accolas,dum agni
to Ieſu,quam ſeipſum illis oſtendit,illa procurrens ante prædicauit. Quòd autem ſignan
ter Euangeliſta notat; Iuxta prædium,quod dederat Iacob Ioſeph filio ſuo,& veritatem
oſtendit hiſtoriæ percircunſtantiā loci,temporis,& perſonæ,aliquidque Sacramenti my
ſterioſiſſime pandit. Legimus ſiquidem famis ſeptennio tempore,quo Ioſeph in Aegyp-
to princeps conſtitutus, vniuerſi Pharaonis imperij regimina poſſidebat , ſenem Iacob,
cum omni familia in Aegyptum deſcendiſſe , quo ad mortalis vitæ apicem perueniente ,
ſtatutis coram ſe filijs hereditatis bona diſtribuit, dixitque Ioſeph filio ſuo . Do tibi par-
Gen.48. tem vnam extra fratres tuos ,quam tuli de manu Amorrhei in gladio,& arcu meo . Gen.
Prædium 48. Hoc igitur prædium illud fuit,de quo in Euangelio dicitur;iuxta prædium quod dede-
Ioſeph eiuſ- rat Iacob Ioſeph filio ſuo: vbi myſterium illud fortaſſe ſignatur,quòd cum vniuerſa mū-
que ſignifi- di moles corporeis ſit in hereditatem cōceſſa creaturis, vt hominibus faueret Altiſſimus
catio. beatitudinis prædium vltra terrenæ molis hereditatem largiri conſtituit,quam de manu
Luc.2. luciferi,ſociorumque eius eripuit, in ſuæ poteſtatis gladio,& arcu,cum fecit potentiam in
Eccleſ. 24. brachio ſuo, diſperſit ſuperbos mente cordis ſui . Luc. 2. Et erat ibi fons Iacob : quia in
Fons Iacob æternæ beatitudinis prædio,fons ſempiternæ dulcedinis guſtatur,de quo Eccleſ.24. Qui
quid ſigni- edunt me adhuc eſurient,& qui bibunt me adhuc ſitient. Prædium quoque Ioſeph præ-
ficat. ſentis temporis Eccleſiam deſignat,quam fidelibus Deus dedit, vt viuāt,fons vero Iacob
Euſebius. doctrina prophetarum,& patriarcharum eſt, Euſebio emiſſeno teſte,imo & Euangelium,

cuius

Digitized by Google

cuius inundantes aquæ vniuerſam irrigant humanæ naturæ fertilitatem. In hoc igitur fonte prædioque ſimul Ieſus quieſcit.

TEXTVS.

Ieſus ergo fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem. Ioan. vbi ſup.

Quid fons ſuper quem Chriſtus ex itinere laſſus ſedet, myſticè ſignificet; & quare ſupra fontem laſſus, & non alibi ſedet.

QVi ſempiterni fontis nomine gaudet, Ieſus Dei filius ſupra fontem (licet laſſus) ſedere iucundatur; cumque iſpe omnium Saluator exiſtat haud vnum tantum fontem, ſed plures humanæ ſalutis gratia mirabiliter incoluit. Hinc & Iſaias ca. 12. *Iſai. c. 12.*
Haurietis (inquit) aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. Noſtræ etenim ſalutis aqua è ſupereminentiſſimo omnium illo fonte, qui diuina eſſentia eſt, primo emanauit. Nam & diuina natura fontis nomine lætatur, iuxta illud Ierem. 2. me derelinquerunt fontē aquæ viuæ. Quod etiam Origenes oſtendit ſup. Num. hom. 12. ſupra quem ab æterno Dei filius *Ierem. 2. Origen.*
inſedit, non ex itinere laſſus, ſed tantūq; in humanis itineribus labores paſſurus erat præuidens. Fons item & diuina miſericordia dicitur, vt Bernardus aſſerit hom. 1. de nati. Domini: quem ſuperinſedit filius Dei vehementiſſime ex itinere laſſus. Quid enim eum ad *Bernardus.*
mortalis vitæ dolores ſubeūdos attraxit, niſi exuberantiſſimæ miſericordiæ laqueus, quo ſuauiſſime illaqueatus aiebat. Recordatus ſum tui, miſerans adoleſcentiam tuam, & charitatem deſponſationis tuæ. Ierem. 2 Fons quoque & vehementiſſimus Dei amor eſt, vt Auguſt. refert. 2. de geneſi cont. Manich. ſuper quem ſic laſſus ex itinere Ieſus ſedit. Nunquid fortaſſe ferrei claui infinitæ potentiæ Deum in cruce pendentem ſubſtinere poterant? veruntamē quod ferreæ catenæ, quod funes, quod claui in eius carne fixi, ex ſe ſubſtinere non valebant, hoc amor compleuit, eumque charitas vincere potuit: hinc & prophetico dixit ore. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. Virtutū etiam cumulus fontis nomine deſignatur, Ambroſio referente lib. de Paradiſo. vtque vitia deſtrueret quæ humanæ naturæ faciem operuerant, virtuteſq; Ieſus per orbem diſſeminando plantaret, adeo laboribus, erumniſque delibutus apparuit, vt de eo recte dicatur, quòd fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem. Diuinarum quoque gratiarum multitudinē in fonte deſignatam ſuſcipit Eucherius form. ſpiritualium lib. 9. quam ſuperincubens, qui omni gratiarum cumulo plenus exiſtit, laboribus preſſus ita magnificauit in orbe, vt qui filij iræ dicebantur, nunc quidem per eum filij graitæ fierent. Nec ſuper cæleſtium gratiarum dona conſequuti mortales fuiſſent, niſi tod Chriſtus labores ſubiret, vt de eo vere dicatur, quod fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem. Adeſt adhuc ille omni fons pietate refulgens, qui & pietatis riuulis creſcit in mare, diciturque Maria Virgo, omnium Mater adiutrix, & domina, ſuper quam tunc fatigatus ex itinere Ieſus ſedit, cum vere laſſus, omnique deſtitutus auxilio, in cruce moriens, adeo materni pectoris, intimis doloribus penetralia concuſſit, vt lachrimarum gurgitibus, virginei oculi fontes efficerentur amari: Cumque ſero factum eſſet, vt ſanctum corpus deponeretur è ligno, inter brachia cum virgo amplecteretur, fons vtique lachrimarum euaſit, tunc corpus Ieſu ex itinere paſſionis fatigatum, ſic ſacro cruore reſperſum ſedebat ſupra fontem, ideſt inter brachia matris quieſcebat. In fonte quoque ſempiternæ gloriæ fælicitas deſignatur, vt Rupet. ſentit, de gloria Trinitatis lib. 7. quem multis laboribus onuſtus Ieſus ſuperinſedit; vnde & diſcipulis Emmaus verſus iter agentibus dixit. Oportuit pati Chriſtum, & ita intrtre in gloriam ſuam. Sic ergo Ieſus ſeſſione multiplici, fatigatus ex itinere, ſedebat ſupra fontē. Ad literam vero, particula, ſic, circunſtantiam non dicit flexionis corporis, quaſi ſic incur uatus, aut ſic extenſus, ſed potius doloris, vel laxitudinis, vt Ieſus fatigatus ex itinere, ſic ſcilicet fatigatus ſedebat ſupra fontem. Cur vero ſupra fontem fatigatus ſedeat, & non ali-

Ierem. 2. Auguſt. Oſeæ 11. Ambr. Eucher. Maria Virgo fons pietatis. Rupert. Quare ſupra fontē Ieſus fatigatus ſedet.

Digitized by Google

bi, aliquid nobis myſterij contemplandum ſubminiſtrat: nam Chriſtus ad fontem peccatricem expectat iuuenculam, quam fidei aquis perfuſam, veritatiſque doctrina imbutã ad ſe conciliat; vt quiſque nempe intelligat peccato originali animas à Deo alienas, eum ad ſacri baptiſmatis fontem expectare, quas cum veræ fidei perfuſas habere conſpexerit, adhuc delinquentes inueniens, ad ſacræ pœnitentiæ fontem expectare non deſinit, vt quas aduerſantes habebat, ſibi amicitiæ vinculis conciliaret. Ad fontẽ ergo ſedet, quia ad fontem ſpiritale connubium præparatur. Hoc & nuptiæ Iſaac, & Rebeccæ innunt iuxta fontem incæptæ. Gen. 24. Hoc & connubiũ Iacob, & Rachelis iuxta puteum Gen. 29. Hoc & ſponſalitium Moyſis filiarum Ietro adaquantis grege. Exo. 2.

Gen. 24.
Exo 2.

TEXTVS.

Hora erat quaſi ſexta. Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dixit ei Ieſus: da mihi bibere. Diſcipuli enim eius abierant in ciuitatem, vt cibos emerent. Dicit ergo Dei mulier illa Samaritana. Quomodo tu Iudæus cum ſis, bibere à me poſcis quæ ſum mulier Samaritana? non enim coutuntur Iudæi Samaritanis. Ioa. vbi ſup.

Quòd Chriſtus hora ſexta fatigatus ſedet, quia ſicut ſenario numero omnia Dei opera abſoluta fuere, ſic & redemptionis opus ipſe in ſenario conſummare deſignauit. Mulier vero quæ ad hauriendam aquam pergit ad fontem, allegorice plura ſignificat.

SEnarij encomia ſatis in libro quem de numerorum arcanis inſcripſimus, iam enarrata putamus, quòd autem ſenarius Ieſu fatigata ſeſſione extollitur, myſteriorum locuplex apertiſſime panditur. Gamon illum appellauit Pythagoras, nuptijſque dicatum putauit aptiſſime, creationi orbis adeo reſpondentem, vt tunc temporis ſenario dierum numero creaturarum connubia conſummata credantur. Macrobius vero de ſonno Scipionis 2. ſenarium triangula configuratione commonſtrat, ita vt tria puncta ſit . . . recte ordinata ſenarij baſes dicantur duo . . medium conſtituant, & vnum . totius triãguli compleat figuram, quo fortaſſe figuretur arcanum, omnium creaturarum originem à tribus ſuper naturalibus principijs, creatione vnica effluere, actu & potentia conſtare, & ad indiuidualem vnitatem terminari. Quòd vero Chriſtus in ſui itineris fatigata ſeſſione ſenarium obſeruat, hora ſexta ſedens, putò quòd ſicut omnia à Deo ſenaria operatione conſummata noſcuntur, ita & redemptionis opus per ſenarium abſolui curauit. Ecce iam Deus, opus ad extra mundum ſenſibilem creare conſtituit, nec ad opus exiuit, niſi ſenaria rerum formalitate, ſeruata, iuxta quod mens humana concipere poteſt. Primo nanque Deus mundum habet in eſſe cognito, & ydeali (iuxta hominis conſiderationem dico) ſecundo poteſt illum creare, tertio ſcit, quarto vult, quinto pro tali tunc creare deliberat, & ſexto mundi ædifitium ab eo ſumit exordium. Cumque vniuerſi conſummationem implere cæpiſſet, adeo ſenarij ſit obſeruatio notabilis quòd ſenarij termino, mundi perfectio completiſſime abſoluitur. Primo namq; die dixit Deus fiat lux, & facta eſt lux. Secunda die, dixit Deus, fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis, & fecit Deus firmamentum, cælumque vocauit. Tertia die, ait Deus germinet terra herbam virentem, & lignum pomiferum iuxta genus ſuum: & factũ eſt ita. Quarta die, dixit Deus fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidãt diẽ, ac noctem, & ſint in ſigna, & tempora, & dies, & annos: quòd abſolutione optima completum eſt. Quinta die, dixit et-ã Deus producant aquæ reptile animæ viuentis ſuper terrã. Et die ſexta creatis beſtijs, & virguſtibus agri, pulcherrimã oĩum abſoluit hominũ naturã; ſicq; ſenaria cõmẽſuratione totam mundi perfecit conſtructionẽ. Cumq; microſmon hominem eſſe dicant, vt macrotucoſmu perfectione polleret, ſenarij obſeruatione, totã Deus cõplet hominis ex-

Senarius numerus nuptijs dicatus.
Macrob.
Senarius triangulus eſt.
Senario Deus omnia compleuit.

excellentiam. Primo namque fecit hominem de limo terræ; ſecundo inſpirauit in faciem eius ſpiraculũ vitæ: tertio fuit homo anima viuens; quarto ſopore correptus; quinto eius coſte fuit in mulierem ædificata; & ſexto, vterque paradiſi delitiarum poſſeſſione congaudet. Age quod Deus hominem in paradiſo conſtitutum ſenaria perfectione decorauit. Primo etenim ei benedixit, ſecundo ſeminis multiplicationem adauxit, tertio generatiua virtute, terram replere præcepit, quarto, dominij fulgore venuſtauit, quinto, de ligno ſcientiæ boni, & mali ne comederent iuſſit; & ſexto omnimoda perfectione fulgentem, in manu conſilij ſui hominem reliquit. Quid dicam? diabolus Dei hoſts & æmulator acerrimus, quem Deus hominem ſenario perfecit, ſenario, & ipſe vſus diruere conatus eſt. Ecce iam primo mulierem tentat, ſecundo, Deitatis dona promittit, tertio, mortem muliercula timet, quarto ligni fructum manducatura cõſentit, quinto, comedens, comedendum viro tribuit, & ſexto à Deo auerſi cognouerunt ſe eſſe nudos. Verum immenſa Dei pietas, vt huiuſcemodi deliquij facinus tolleret, ſenaria diſtributione reparatorem oſtendit eſſe venturum, ideo prima hominum ætate Meſſiam promittit, ſecunda illum figurat, tertia quem futurum promiſerat, re promittit, quarta in ſacrifitijs, oblationibuſque illum præſignat, quinta præcurſorem prophetiæ ſpiritu donat, atque ad prædicandum baptiſmum pœnitentiæ deſtinat, & ſexta, Verbum caro factum eſt. Quare ergo hora ſexta ſedet? quia ætate ſæculi ſexta diruti mundi danna reparare iam venerat. Recte igitur ſeſſionis Ieſu tempus Ioannes obſeruat, dicens. Hora autem erat quaſi ſexta. Addam quòd & Chriſti prædicatio ad ſenarium vſque extenſa, in ſexta eiuſdem ſeſſionis hora deſignatur. Quid enim ſupra puteum ſedens agit? nonne veritatis prædicans mulierem erudimenta docet? & hoc vtique hora ſexta; videamus ergo & qua temporis diſtributione Chriſti prædicatio perficitur. Siquidem primo ſuæ incarnationis tempore, in vtero Virginis concipitur; ſecundo, naſcitur; tertio, circunciditur; quarto, à Magis adoratur; quinto, Diſcipulos ſibi congregat; & ſexto operibus, & doctrina prædicat, oſtenditq; ſe eſſe Meſſiam. Ecce igitur quòd hora ſexta ſupra puteum docens, ſexto ſuæ ætatis tempore, Euangelij doctrinam prædicandam deſignat. Aliud quoque in huiuſcemodi ſenaria temporis obſeruatione euenit prænotandum arcanum, quòd ſcilicet hora ſexta Chriſtus ſupra puteum ſedens, ſenarij termino vniuerſi redemptionem compleri præfigurat. Nam primo noctis tempore quo iuxta legis ritum agnus Phaſe manducandus iubebatur, & ipſe quoque cum diſcipulis legem impleturus manducat, nouumque ſuæ carnis, ſanguiniſque ſacrificium inſtituit. Secundo è cænaculo egreſſus, in orto orauit ad patrem, tertio, Iuda proditore duce comprehenſus à militibus, ad Hebreorum Pontifices ductus eſt. Quarto flagellatus illuſuſque, ac ſpinis coronatus, incredulæ plebi oſtenditur. Quinto ad mortem damnatur; & ſexto, clauis confoſſus, crucifixus eſt: ſic afferente Luca 23. Erat autem fere hora ſexta. Hora ergo ſexta fatigatus ſedet filius Dei, vt amariſſimi laboris plenam in cruce futuram, ſuam præfiguraret ſeſſionem. Hiſce ergo, alijſque myſterijs præſignandis, hora ſexta Ieſus fatigatus ex itinere ſedet. Nec deſunt qui aſſerant, venatoris Ieſum munus aſciſciſſe, ſæpius enim venatoris ars iuxta fontes, aquarũq; fluenta exercetur. Cũ etenim fugaces feræ, humanos abhorrentes occurſus, adeo fugam arripiunt, vt vix hominum oculis viſibiles ſe præbeant; venatores ſic montium ſyluarumque partimenta circumquerunt, vt vno eorum tantum expanſis retibus ad fontem perſiſtente, ſaltuum penetralia ſub intrant, fugientibuſque damulis, ac iuxta morem ad fontem accurrentibus, qui laqueis rethibuſque paratis inter fruteta latens venator aſtabat, aduenientes capit prædaturque: Huiuſmodi ſiquidem & iuxta fontem Iacob, Ieſus induſtria vſus, animas hominum ſibi ſanctiſſime prædari conatur. Eſt vtique Dei filius venator prouidus, quem ſub perſona Iudæ, tali moriens Iacob titulo decoranit, dicẽs. Catulus leonis Iuda, ad prædam deſcendiſti fili mi; requieſcens accubuiſti vt Leo, & quaſi leæna; quis ſuſcitabit eum? Gen. 49. Ad venationem igitur veniens, quas ſibi ab æterno dilexerat animas, nimis fugaces agnouit: alios itaque ſibi venatores adiungit, iuxta quod Scriptura refert; Immittã

Prædicatio Chriſti ſenario deſignata.

Redemptio in ſenario figurata.

Luc. 23.

Ieſus venatori comparatus.

Gen. 49.

in vos venatores,& venabuntur vos ex omni monte:Hoſque Apoſtolos fuiſſe haud ambigendum. Quibus & Ieſus dixit. Venite poſt me,& faciam vos fieri piſcatores hominum. Matth. 4. Siquidem piſcator venatorq; verſantur in idem. Perambulat venator Ieſus Iudeæ, Samariæ, & Galileæ Regiones, quem Apoſtoli ſequi non deſiſtunt: peruenit ad fontem Iacob, Euangelicæ doctrinæ tenaciſſimum expandit rethe, oculis hominum adhuc ignotum. Diſcipuli circunquerunt, abierant enim in ciuitaté, vt cibos emerent: damula illa quæ mulier Samaritana dicitur, currit ad fontem, cui Ieſus paulatim rethe circundat, his verbis alloquens. Mulier, da mihi bibere, circumuertitur illa vt fugiat, dum inquit. Quomodo tu Iudæus cum ſis, bibere à me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana? non enim coutuntur Iudæi Samaritanis. Tandem quæ fugacitate pollet, ſe comprehenſam eſſe congaudet. Verum quid mulier de Samaria veniens, haurire aquam, ſignificati contineat videamus. Samaria cuſtodia interpetratur, è cuſtodia quidem mulieres exeunt multæ, iuxta Samaritanæ mulieris allegoriam, Mulier quidem animam deſignat humanam, vt Philoni Iudæo placet, lib. de cherubim, & lib. de ſpec. legibus quæ ſub ſui Angeli cuſtodia defenditur, quam per peccatum relinquit, vt illecebrarum mundi aquas hauriat, ſolatieturque. Huic profectò Ieſus ait: mulier da mihi bibere, ideſt tuam ſalutem ſitio quia de Samaria egreſſa es, reuertere ad ciuitatem tuam virgo filia Sion, & Angeli tui monitis obtempera, tunc enim ipſe refrigeror. Idem Philo Iudeus lib. de mundi opifitio, mulierem vult, ſenſitiuam hominis partem ſignificare, quæ ſub rationis cuſtodia defenditur, ſacra atteſtante Scriptura; ſub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Gene 4. Egreditur vtique ſenſus à rationalis portionis regimine, voluptatis ſæculi aquam hauſurus, quem Ieſus ad pœnitentiam inuitat, dicens, da mihi bibere, ideſt, rationi ſubijcere, & contentus ero. Mulier quoque mentem deſignat, vt Bernardo placet, ſerm. 2. de reſurrectione, cuius cuſtodia ſanctarum cogitationum rectitudo eſt, quam ſæpe mẽs ipſa frangens vanarum cogitationum plenitudine grauata dimittit, verum ad viam veritatis Ieſus illam inuitare non deſinit, dicens. Mulier da mihi bibere, ideſt, ò mens, ſi ſanctis cogitationibus incumbes, refrigeriũ ſumã, hæc enim delectatio mea eſt, vt in ciuitate ſanctificata requieſcerẽ.

Matth. 4.

Samaritanæ mulieris allegoria.

Philo.

Gen. 4.

Bernard.

TEXTVS.

Reſpondit Ieſus, & dixit ei. Si ſcires donũ Dei, & quis eſt, qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam viuam. Dicit ei mulier. Domine, neque in quo haurias, & puteus altus eſt, vnde ergo habes aquam viuam? Nunquid tu maiores patre noſtro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipſe ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? Reſpondit Ieſus, & dixit ei. Omnis qui bibit ex aqua hac ſitiet iterum, qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum. Ioa. vbi ſup.

Quòd Ieſus mulieri Samaritanæ alloquens, trium diuinarum perſonarum cognitionem proponit, atque ſub aquæ nomine, æternæ beatitudinis præmia deſignat, quorum qui dulcedinem potauerit, non ſitiet in æternum.

LAudabilis omnino præceptoris induſtria ſe offert, rudis diſcipuli quem ad literarum cunabula introferre conatur, intellectus duritiem agnoſcens, ſic ſe illi contemperat, vt non magiſtri, ſed potius diſcipuli videatur præferre figuram. Nec ſupra quàm intellectus fert altiora depoſcit, nec adeo ad inferiora deſcendit, vt eorum quæ neceſſaria ſunt nil tyronis intellectus addiſcat. Quod omnium optimum præceptorem Ieſum ſeruaſſe comperimus: humilibus verbis, humiles

edo:

Digitized by Google

edocens,elatos vero acrioribus alloquens. Ecce iam Mariæ Magdalenæ in horto flent iuxta ſepulchrum, hortulani ſpecie velatus alloquitur: peregrinis diſcipulis Emmaus petentibus, peregrinus occurrit: diſcipulis in mare piſcantibus, & ipſe piſcator in littore oſtenditur:Saulo vero ſuperbo, & elato, eius Eccleſiam perſequenti, minacibus verbis Damaſcum verſus aggreditur; durum eſt (inquiens) tibi contra ſtimulum calcitrare. Act. 9. Talis nempe fuit eius ſemper obſeruata conſuetudo, vt iuxta perſonarum conditionem ſemetipſum transferret. Quid eſt ergo, quod mulierem Samaritanam ad Euangelij erudimenta introducere ſatagens, præceptoris munere dimiſſo,iuxta mulieris conditionem non mutatur, ita vt mulierculæ muliebria proponat, ſed quæ omnium creatarum mentium cognitionem excedunt illæ noſcenda proponit? Ait quidem,ſi ſcires donum Dei,& quis eſt,qui dicit tibi.Tria ferme hæc ſunt,quæ incaſſum mens ex ſeipſa indagare laborat:ſcilicet donum Dei,quis eſt,& qui dicit.Donum etenim Dei Spiritus ſanctus eſt,quem donũ Dei altiſſimi ſacra præconizat Eccleſia.Cuius ſacræ Scripturæ patres rationem perfectiſſime afferunt.Quod enim natura profertur,hoc donum eſſe non poteſt:haud vtique Solis lumen nobis donum eſſe fatendum, hoc etenim ex Solis natura neceſſe profertur: hinc filius in diuinis donum eſſe non poteſt, quia ex patris fæcunda memoria, naturæ vi generatiua progignitur.Donum ergo quod voluntate,non naturæ neceſſitate tribuitur,eſſe iam creditur.Sic & Spiritus ſanctus in diuina natura,quoniam ex diuina Patris, & Filij voluntate profluit, donum Dei dicitur: vnde & Auguſtinus,Filij,& Spiritus ſancti differentiam originationis oſtendens,ait,filius procedit quomodo natus,Spiritus autem ſanctus quomodo datus.Hoc igitur primum à Chriſto mulieri proponitur,vt ſciat donum Dei,ideſt,Spiritus ſancti cognitionem habeat.Secundum vero,quis eſt,ad æterni Patris perſona refertur,qui eſt à ſemetipſo innaſcibilis, ad alio nec factus,nec creatus,nec genitus:qui & Moyſi dixit,Ego ſum,qui ſum.Exod.3. Tertium,qui dicit tibi,ad filij Dei perſonam dirigitur,qui Verbum eſt,& per ipſum dicere producitur,cuius loquutione omnia complentur;nam Verbo Domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Quomodo ergo muliercula ille adhuc ſine fide, tria hæc noſſe poterat,.ſ.Patrem,qui eſt,Filium,qui dicit,& Spiritum ſanctum, donum Dei?Sed profundius intuentes hæc noſtræ fidei primordia eſſe dignoſcimus,vt credamus in Patrem,& Filium,& Spiritum ſanctum. Deum vnum,quem qui non credit iam iudicatus eſt.Erat igitur mulier huiuſmodi credulitati diſponenda, hinc Patris,& Filij,& Spiritus ſancti notitia proponitur,cum dicitur.Si ſcires donum Dei,& quis eſt qui dicit tibi. Auguſtinus vero per donum Dei fidem intelligit,tantumque eſt dicere; ſi ſcires donum Dei,ac ſi haberes fidem,petiſſes ab eo,qui tecum loquitur,dediſſetque tibi aquam viuã, ideſt,beatitudinis Regnũ.Incipit & mulier fidei erudimenta ſuſcipere,dicens,nunquid tu maior es patre noſtro Iacob. ac ſi diceret,aquam viuam dare non vales,niſi maior ſis patre noſtro Iacob,qui dedit nobis puteum iſtum, & bibit ipſe,& filij eius,& pecora eius. Cumque mulier adhuc Chriſtum de aqua beatitudinis loquentem non intelligeret,iam ad intelligentiam prouocatur. Omnis qui biberit ex hac aqua ſitiet iterũ,qui autẽ biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum. Num clarioribus verbis eſt aqua beatitudinis exprimenda? Verum quomodo qui eam biberit non ſitiet in æternum, ſi Eccl.24.dicitur qui bibunt me,adhuc ſitiunt me? Cui reſponſio facilis, qui etenim Deum in hoc mundo bibunt per gratiam,adhuc ſitiunt, vt poſſideant per gloriam; at qui eum in alio ſæculo glorioſe bibunt,non ſitiunt in æternum.

Act 9. — *Trinitatis cognitionẽ Ieſus Samaritanæ proponit.* — *Spiritus ſanctus donum Dei August.* — *Exo. 3.* — *Auguſt. Fides donũ Dei dicitur.* — *Eccl 24.*

SABBATO DOMINICAE III. IN QVADRAGESIMA.

TEXTVS.

Ieſus autem perrexit in Montem Oliueti, & diluculo iterum venit in templũ, & omnis populus venit ad eũ, & ſedens docebat eos. Io. cap. 8.

Quòd

Quòd omnia fidelitate ſeruantur, ita vt, & filius Dei fidelis, & verax nominari lætetur, cumque ſub fidei promiſſione, ac iureiurando humanam ſibi ſpopondiſſet ſponſare naturam, nil hominum ſceleribus retentus, quod iam promiſerat fideliter conſummare curauit.

A Deo fidelitatis fulgor omnibus ſuauiſſima charitate configitur, vt niſi in eius fidelitas eleuceſceret nil vitæ, virtutiſque permanere liceret. Vniuerſa mihi teſtis adſit Angelorum natura prauorum, cui dum virulenta Luciferi infidelitas commiſceri iam cæpit, nil beatificæ viſionis eluxit: at bellorum congreſſu infidelibus eiectis, Angelorum populus ſempiterna pace dotatus eſt. Nec cælorum natura ſic expers à corruptione perſiſteret, ſi contrarij vincentis impreſſione præmereretur; Imò & elementa quæque nequid infidelitatis in eis deſſeminaretur, quod ſibi contrarium ſentiunt à ſemetipſis arcere conātur; ignis humida, aër frigida, aqua ſicca, & terra calida, continua vexatione dirumpunt, illorum infidelitate fortaſſe timentes, ne ad perditionem ducerentur omnino Nec lupis ouis adheret, nec leonibus vitulus, nec ranæ muſtella voraci, quandoquidem infidelibus commercia negantur. Fidelem ſemper quidem ſibi ſtudet ſeruum herus habere, fideli amico iungi quiſque contendit, fidelemque ſibi querit ſemper ſponſa maritum, & è contra. Tantumque ſit quibuſcumque fidelitas diligenda, vt & filius Dei qui ſumma veritas eſt, adhuc & fidelitatis titulo decorari lætetur; perhibente Ioanne, Apoc. 19. Et vidi cælum apertum & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum vocabatur fidelis, & verax, & cū iuſtitia iudicat, & pugnat. Fidelis quippe qui quod patribus ſecum deſponſationis humanæ ſpopondit, opere compleuit. Ac ſi verborum promiſſio ſine iuramento debilis exiſteret, quod verbis protulit, hoc & iure iurando firmauit. Sic pſ. 136. aſſerens. Si oblitus fuero tui Hieruſalem obliuioni detur dextera mea; adhereat lingua mea faucibus meis, ſi non meminero tui; Si non propoſuero Hieruſalem in principio lætitiæ meæ. Quod autem hic de humana ſibi deſponſatione loquatur, ſatis Hieruſalem allegoria, quæ naturam deſignat humanam oſtendit. Dextera Dei, Verbum Dei eſt, & lingua Dei, ipſemet filius Dei eſt, impoſſibile eſt, vt ſui ipſius verbum obliuiſcatur, nec fieri poteſt vt Verbum Dei obmuteſcat, ergo impoſſibile erat, prædeſtinationis æternæ firmatione ſtante, vt inter Deum, & hominem connubia non celebrentur, vocatur enim nomen eius fidelis, & verax. Nuptiarum autem ſollennitates, quæ lingua iam explicare valet? cum tot Deus in ſui incarnatione arcana concluſerit, vt, & altiori beatarum mentium Seraphino quædam adhuc abſcondita laterent. Deceat & nos huiuſcemodi nuptiorum ſollennitates cōtemplaturos ſacrarum literarum volumina percurrere. Ecce iam Abraham exoſas filias Chanaan habuiſſe commoſtrat, cum ſeruo ſuo Eliezer imperat. Non accipes vxorem filio meo, de filiabus Chananæorū, inter quos habito; ſed ad terram, & ad cognitionem meam proficiſcaris, & inde accipias vxorem filio meo Iſaach. Gen. 24. Eademque nauſea & Rebecca quidem pro filiabus Chanaan affecta, noluit illis filium ſuum Iacob connubio iungi, dixitque: Tedet me vitæ meæ propter filias Heth, ſi acceperit Iacob vxorem de ſtirpe huius terræ, nolo viuere. Gene. 27. Nunquid & Deus connubio filium ſuum beatis Angelorum mentibus iungendi deerat poteſtas? attamen ad terram miſit, aliunde ſibi ſponſam conducere ducens. Dixitque faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. Gen. 1. Ac ſi diceret, Nurus mihi neceſſaria offertur, vt filius meus creſcat in populos, conſtituamque illum in caput gentium, vtque omni pulchritudine venuſta formetur, filij mei oculorum digna conſpectu, faciemus eam ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Et fecit Deus hominem de limo terræ. Gen 3. Ecce pro Nuru ſua Deus miſit in terram. Tenerrima adhuc filij Dei ſponſa erat nec apta marito, idcirco nuptiarum conſummationis tempus expectatur; verumtamen per verba de futuro ſolemnia celebrantur, cum æternæ fidei promiſſione dictū fuit; propter quam reliquet homo patrē ſuum, & matrem ſuam, & adherebit vxori ſuæ & erunt duo in carne vna. Gen. 3. id eſt propter quam humanam naturam filius Dei

Fidelitatē omnia deſiderant.

Apoc. 19.

Pſ. 136.

Iuramentū filij Dei pro humana ſalute.

Nuptiarū filij Dei ſollennitates.

Gen. 24.

Gen. 27.

Gen. 1.

Nurus Dei humana natura.

Gen. 3.

vt

Digitized by Google

vt fieret homo, relinquet in cælo patrem ſuum, de cælis ad terram deſcendens, & humana natura relinquet matrem ſuam, quæ terra eſt, vt in cælum euolet, nexuque tali hypoſtaticæ vnionis conglutinabuntur, vt duæ ſubſtantiæ, ſcilicet, deitatis, humanitatiſque erunt in vna Chriſti carne. Nonne apertiſſima filij Dei incarnationis hæc promiſſio eſt? Abſolutaque per verba de futuro, nuptiarum hæc diuina ſolennitate, deſponſatã ſibi vxorem poſuit Deus in paradiſo voluptatis, vt temporis plenitudine completa, ſanctiſſima Verbi Dei fieret incarnationis vnio. Remanſit igitur in horto virgo, filius autẽ Dei perrexit in montem Olįueti, ideſt, in ſuarum miſericordiarum culmine, vt aduentante tempore diluculo veniret in templum, per quòd Diuæ Virginis vterum præſignatur, vt tota nuptiarum abſolueretur ſolennitas. Verumenimuero infandum dolorẽ quis enarrare valet? cæleſtis ſponſi virgo hæc turpiſſima oblata, adultero Satanæ commiſceri non dubitat. Age quid ſponſus agere debet, tali percuſſus opprobrio? mortis adultera euenit pœna plectenda: nam & lex mandat huiuſmodi lapidare. Hinc & ille mortem minitans exclamat, ſimul & ſuæ confuſionis vituperia obijciens. Arguet te malitia tua, & auerſio tua increpabit te. Scito, & vide, quia malum, & amarum eſt reliquiſſe te Dominũ Deum tuum, & non eſſe timorem mei apud te, dicit Dominus exercituum. A ſæcundo confregiſti iugum meum, rupiſti vincula mea, & dixiſti non ſeruiam. In omni colle ſublimi, & ſub omni ligno fondoſo tu proſternebaris meretrix. Et dixiſti. Deſperaui, nequaquam faciam, adamaui quippe alienos, & poſt eos ambulo. Ierem. 2. Leua oculos tuos indirectum, & vide, vbi nõ proſtrata ſis; in *Ierem. 2.*
vijs ſedebas expectans eos quaſi latro in ſolitudine, & polluiſti terram in fornicationibus tuis, & in malitijs tuis. Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erudeſcere. Ierem. *Ierem. 3.*
3. Hæc tactus dolore cordis intrinſecus improperat ei Deus, nam quam ſibi fidelem ſponſam expectabat, coram oculis eius, modo compræhenſam in adulterio videt. Idcirco ad mortem eam diiudicans ait. Iudicate matrem veſtram, iudicate: quoniam ipſa non vxor mea, & ego non vir eius. Auferat fornicationes ſuas à facie ſua, & adulteria ſua de medio huberum ſuorum: ne forte expoliem eam nudam, & ſtatuam eam ſecundum diem natiuitatis ſuæ, & ponam eam quaſi ſolitudinem & ſtatuam eam velut terram inuiam, & interficiam eam ſiti. Et filiorum ipſius non miſerebor, quoniam filij fornicationum ſunt; quia fornicata eſt mater eorum, confuſa eſt quæ concepit eos, quia dixit: Vadam poſt amatores meos. Et nunc reuelabo ſtultitiam eius, in oculis amatorum eius, & vir non eruet eam de manu mea. Ceſſare faciam omne gaudium eius, ſollennitatem eius, neomeniam eius, Sabbatum eius, & omnia feſta tempora eius. Et corrumpam vineam eius, & ficum eius, de quibus dixit: Mercedes hæ meæ ſunt, quas dederunt mihi amatores mei. & ponam eam in ſaltum, & comedet eam beſtia agri. Oſeæ 2. Hæc profecto ſponſi grauiſſima læſione *Oſea. 2.*
commoti, verba ſunt. At quoniam Deus benignus eſt, nec continet in ira ſua miſericordias ſuas, licet deſponſatam ſibi mulierem, diiudicandã nouit ad mortẽ, iram præualuit amor, priuſque nuptiarum conſummationẽ repromiſit, quàm ei mortis ſententiam ferret, dicens. Puluis es, & in puluerem reuerteris. Gen. 3. Quamque tunc vitæ perditionem illa mereuret, diſtulit fortaſſe, vt illam ad pœnitentiam prouocaret non vult etenim ipſe peccatoris mortẽ, ſed vt magis cõuertatur, & viuat. Quocirca eiecit eã de paradiſo voluptatis. Gen. 3. *Gen. 3.* *Gen. 3.*
Plange nunc ô humana natura, quaſi virgo accinta ſacco, & ad eũ reuertere qui creauit te. Mirum quidẽ, & cõſideratione dignũ adeſt hoc, vt nunquã mentis tranquillitate quieſcat, quæ mulier decepto ſponſo, alteri cõmiſceri nõ erubuit. Triſtẽ fortaſſe maritũ agnoſcens, heu (inquit) triſtis ſponſus corã me eſt, nam forſitan quod malũ perpetraui, clanculũ ipſe reſciuit, quis me igitur liberabit à morte? Hilarẽ ſi quã lo blanditijſq; vacantẽ dignoſcit, fortioris timoris correpta, infra ſemetipsã ait. blãditijs me lenit ſpõſus meus, ne forte prænoſcam, illũ deliquij mei facinus reſciuiſſe. Sic igitur quæ mulier maritalis thori læſit hõnorẽ, ſẽper ſub mortis ſuſpitione verſatur. Ita & adultera hominũ natura, ſẽper inquieta mentis cõmotione viuebat, cumq; aliquid mali iuſto Dei patiebatur iuditio, mortẽ in adulterij pœnã ſibi inſtare putabat; ſi vero alicuius boni ſolatio fruebatur, nec adhuc erat ſuæ *Adultera mulieris inquietitudo.*

vitæ

Digitized by Google

vitæ ſecura. Gliſcebat tandẽ æterni Verbi animus ad nuptias, eiq; rememorãs quæ mala geſſerat, ad pœnitentiã ꝓuocabat. Vulneraſti (inquit) cor meũ ſoror mea ſpõſa, vulneraſti cormeũ in vno oculorũ tuorũ, in vno crine colli tui. Cant. 4. In vno profecto humana natura oculorum ictu ſponſum vulneris acerbi læſione percuſſit, quando in lignum ſcientiæ boni, & mali oculos eleuauit, & in vno crine colli, ideſt, capitis cogitatione, vt Deo eſſet, putans, Deo ſimilis omnia ſciens. Quam ecce, ò mira Dei bonitas, inexplicabiliſque amor, dulciſſimo verborum blanditur affatu, nuptijs illam aptare concupiſcens, ſic inquiens. Ergo ſaltem amodo voca me, Pater meus, dux virginitatis meæ tu es. Nunquid iraſceris in perpetuum, aut perſeuerabis in finem. Ier. 3. Pænituit quidem illam fornicationum ſuarum; idcirco eiulatu magno flens, exclamauit dicens. Quis mihi det te fratrem meum, ſugentem hubera matris meæ, vt inueniam te foris, & deoſculer te, & iam me nemo deſpiciat. Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ; ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, muſtum malorũ granatorum meorum. Cant. 8. Quieſcit æterni Verbi furor, & digito, qui Spiritus ſanctus eſt, in terram ſcribere, carneum ſibi corpus formaturum peroptat. Quid igitur mirandũ, ſi Rachelis amore, adeo cũ illa conglutinatur anima Iacob, vt bis ſeptennij laboris onera ſubſtinere non dubitet? cum iam & filium Dei cernimus, adeo humanæ naturæ connubij deſiderio flagrare, vt quaſi prioris offenſæ oblitus, & illam in ſponſam ſibi aſſumere, & pro ea labores, vſque ad mortis interitum ſubire complaceat?

Vulnus filij Dei ex vno oculo, crineque mulieris.

Ier. 3.

Cant. 8.

Quòd Aeterni Verbi nuptiæ, ſex ceremoniarum ſollennitatibus abſolutæ fuerunt; vtque filius Dei deſponſatam ſibi vxorem aſſumeret, montem aſcendit Olíueti, & diluculo venit in templum. Phariſeorumque hic myſtice calumnia declaratur.

Oſe. cap. 2.

DEcuit profecto filium Dei ſummis ſolemnitatibus nuptiarum ſuarum primordia decorare, quarum cumulum ſenario, Oſeas cap. 2. complectitur numero, ſic inquiens. Sponſabo te mihi in ſempiternum, & ſponſabo te mihi in iuſtitia, & iuditio, & in miſericordia, & in miſerationibus, & ſponſabo te mihi in fide. Porrò hæc ſex numero ſunt, in ſempiternum, iuſtitia, iuditio, miſericordia, miſerationibus, & fide. In ſempiternum ſiquidem ſponſauit eam, quia & ab æterno ſic eam aſſumpturus prædeſtinarat, quod nullatenus incarnandi Verbi vnio, prædeſtinatione illa ſtante, illa deficere poterat; hinc & de ea dicitur. Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequam quicquam faceret à principio. Prou. 8. Poſſedit vtique prædeſtinatione ante ſæcula, quam ſibi hypoſtatica vnione iuncturus erat in ſæculo. Seu ſic in ſempiternum illam ſponſauit, vt ſemel aſſumptam, nunquam ei dimittere liceret; hoc nempe maritalis iuris eſt, vt viri vxoriſque ſimul ſit indiſſolubilis vnio. Secunda huiuſmodi nuptiarum ſollennitas, ſponſatio fuit in iuſtitia. Hæc enim iuſtitia illa eſt, quæ vnicuique quod ſuum eſt tribuit; cumque ſub iuramento deificæ vnionis humanæ naturæ Deus munus ſpopondiſſet, inque arrabonis ſigno in delitiarum horto eam conſtituiſſet, licet peccato obnoxia rebellis euaderet, haud tamen hæreditariæ donationis iura perdidit, cui in legis tranſgreſſione Deus mortem tantum minatus eſt pro pœna, non autem diuinæ vnionis priuationem adiunxit, in iuſtitia ergo ſponſauit eã, vt ei quod antiquæ promiſſionis firmitate dandum erat, tribueret. Fuit quoque & tertia nuptiarum ſolemnitas ſpõſatio in iuditio. Hoc nempe amantis munus exquiritur, vt iuditio interiori, recte corde, quid vxori obeſſe poterit cogitet, inuentumq; omnino remouere. Iam vilis vetiti fructus ſapore decepta, adulterium perpetrata cæleſtem ſponſum mulier offenderat, nec hoc ſine dæmonis commercio fortaſſe accidiſſet; dæmonum ergo cum hominibus commercia tollere, infinitæ ſapientiæ Dei iuditium laudabile fuit, quo ipſe munitus, dæmonem

Filius Dei in ſempiternum humanitatẽ ſponſauit.

Prou. 8.

Sponſatio filij Dei in iuſtitia, & iuditio.

Digitized by Google

nem eiecit ex orbe,dicens. Nunc iuditium eſt mundi,nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Ioa.12. Adfuit etiam & quarta nuptiarum ſollemnitas, miſericordia, non enim ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit. Cumque adhuc ei inimici eſſemus,miſit Deus filium ſuum,cui nõ pepercit,ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Ac ſi miſericordem dicimus,quem pro amico, mortẽ ſubire, nõ dubitare cernimus,in infinitũ ei miſericordia fulget,qui pro inimico mori patitur,cuius modi ſola filij Dei bonitas eluxit. Miſerationes vero, quæ in quinta nuptiarũ ſolẽnitate fuere,pro donis Spiritus ſancti Rup. in Oſe.2.interpretatur;decens.n.erat,vt quæ humana natura filio Dei in athomo erat iungenda,haud tantum ſic ſingularizata, deitatis lumine fulgeret verum & in alios,quos quaſi mater genuerat diuinorum donorum lumina promicarẽt,quod quidem in Spiritus ſancti miſſione die pentecoſtes completum eſt. Et tandem ſexta ſollennitas nuptiarum fides extitit;etenim in fide ſponſauit eam; fidem inquam qua & priſcis patribus promittendo iurauerat,in eorum ſemine,hominum vniuerſitatem benedictionibus repleri. Iam tẽpus erat,quo prima quies mortalibus ægris, aduentu filij Dei reſtituenda erat,omniſque diuinarum nuptiarũ copula complenda,perrexitque Ieſus in Montem Oliueti,quid pro nunc oliuarum mons ſignificat, iam olei ſignificatum oſtendit, quod miſericordia dicitur; in montem igitur miſericordiæ, iuſtitiæ ſeueritatem calcans,aſcendit;cuius olei pinguedine delibutus,antiquæ legis tenebrarum aduentante termino,diluculo venit in templum. Quodnã autem illud ſit,ſacra canit Eccleſia. Domus pudici pectoris templum repente fit Dei,intacta neſciens virum,verbo cõcepit filium. Templum itaque Mariæ virginis vterus eſt, ad quem diluculo Ieſus acceſſit; in eo ſiquidem ſacrarũ nuptiarum perficienda eueniebat conſummatio. At ſuæ natiuitatis abſoluto tempore, quo tanquam ſponſus è thalamo egreſſus,apparuit in orbe, omnis populus venit ad eum. Angelorum nempe populus,ſacrarum agminum diſtributione diſtinctus,nimia iucunditate perfuſus,terrã quaſi cælũ incolens,modulis decantabat alternis ſic referente Luc.2.ſubito facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cæleſtis, laudantium Deum,& dicentium; Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Venit & Iudæorum populus,cũ paſtores venerũt feſtinantes,& inuenerunt Mariam,& Ioſeph,& infantẽ poſitum in præſepio. Luc.2.venit & gẽtium populus,cũ ecce Magi ab Oriente venerunt Hyeroſolimã quærentes,& dicentes Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorũ, vidimus.n.ſtellam eius in Oriente,& venimus adorare eum. Matth.2. Sic igitur omnis populus venit ad eum. Et ſedens docebat eos:in ſtabulo peregrinationẽ,in præſepio paupertatem,in ſinu matris humilitatẽ,&c. Iam tunc abſoluta erat nuptiarũ cõſummatio inter Deum & hominem,cuius myſterium adeo fuit diabolo occultũ,quòd & Martyr Ignatius inquit,de ſponſata Virgine filius Dei naſci dignatus eſt,vt & partus eius celaretur diabolo,dũ eũ putat non de virgine,ſed de vxore generatũ. Quocirca dæmones ſacrarũ nuptiarũ myſteriũ ignorantes,qui & Phariſei dicuntur, omnino à bonitate diuiſi, de adultera hominũ natura vindictã expoſtulant;talis eſt quippe dæmonum malorũ natura,vt ad peccatum inducant,aduerſuſq; peccantẽ inde iuſtitiæ vindictã expoſtulẽt: Dicuntq; Mulier hæc modo depræhenſa eſt in adulterio,in legem autem Moyſes mandauit nobis huiuſmodi lapidare; tu ergo quid dicis? Ac ſi aperte dicerent,adulterantẽ naturã humanã,oculis tuis inſpexiſti domine,adulteris per legẽ mors indicta iã manet; vſquequo ergo adulterantẽ hanc fæminam ſuſtines,mortẽ iudicas, vt cæteræ diſcant te tuæ creaturæ timere. Ieſus autẽ inclinans ſe deorſũ,digito ſcribebat in terra. Digitus Dei Spiritus ſanctus eſt,ſic Eccleſia canẽte. Dexteræ Dei tu digitus,quo omnia ſanctitate decorãtur,inclinatus Ieſus digito ſcribebat in terrã,quia iam inclinatione ſua de cœlis ad terrã,per Spiritũ ſanctũ totam hominũ ſanctificauit naturam;quodq; ſanctitate refulget, in Deo viuens,mortis quidẽ haud eſt pœnæ ſubiectus. Idcirco ſanctificatã Ieſus mulierẽ nõ damnat,quam ſua inclinatione per carnis aſſumptionẽ à morte eripuerat;quapropter inquit. Nemo te condennauit,nec ego te condennabo. Vnde & iam amplius noli peccare.

Rupertus.

Mons Oliueti miſericordiã Dei ſignat.

Omnis populus venit ad Ieſum. Luc.2.

Matth.2.

Ignatius.

Dæmones ſemper homini aduerſantur.

DOMINICA IV. IN QVADRAGESIMA.

TEXTVS.

Poſt hæc abijt Ieſus trans mare Galileæ, quod eſt Tyberiadis, & ſequebatur eum multitudo magna, quia videbant ſigna quæ faciebat ſuper his qui infirmabantur. Subijt ergo in montem Ieſus, & ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis. Erat autem proximum Paſcha dies feſtus Iudæorum; cum ſubleuaſſet ergo oculos Ieſus, & vidiſſet quia multitudo maxima venit ad eum, dicit ad Philippum: vnde ememus panes, vt manducent hi? &c. Ioa. cap. 6.

Quòd maris tranſmiſſio, vſque ad montem, alia ſecundum literam occaſione, & alia ſecundum myſterium facta eſt.

Chriſoſt.

Quare Ieſus abijt trans mare.

Io. Royar.

QVi ſecundum literæ ſenſuum Euangelium huiuſmodi interpretantur, diuerſis iam cauſis Ieſum tranſmiſiſſe aſſerunt. Putat nempe Chriſoſtomus, præſentia ſua Ieſum, odientes Iudæos ad indignationem iramque prouocare, quo alio recedente, eorum furor in eum fortaſſe quieſcere potuiſſet, tranſmittit ergo, vt quos præſentia ad iram concitabat, abſentia ſua ad meliorem frugem reduceret. Aliam vero huiuſcemodi tranſitus Ioannes Royardus, quæ iam, & communis eſt, cauſam aſſert: nam Herodiadis gratiam Ioannem Baptiſtam Herodes occiderat, cumque illo mortuo Chriſti in omnem circa regionem miracula fieri cognouiſſet, illum videre cupiebat, non Ieſum eſſe putans, ſed Ioannem à mortuis ſurrexiſſe, idcirco & dicebat: quem ego decollaui Ioannem, ipſe ſurrexit à mortuis, & ideo virtutes operantur in eo. Ieſus autem ne ſuæ viſionis ſolatio impius frueretur Herodes, abijt trãs mare Galileæ, quod eſt Tiberiadis. Corporali ſua præſentia Ieſus orbat Herodem, quæ inde in illum futura erant præſignans; nam & paſſionis ſuæ tempore, erat ei dulciſſima Ieſu deneganda loquutio, qui & vitijs illaqueatus in futurum erat cæleſti Regno priuãdus.

Quare Chriſtus in paſſione Herodi nõ reſpondit. Iſa. 40.

Querunt profecto curioſe aliqui; cur paſſionis ſuæ tempore Ieſus, pontificibus, præſidique Pilato cum interrogaretur, reſpondit, coram Herode autem ita obmutuit, vt nec verbum ei reſpondere dignaretur? At ſi taciturnitatis vim, interiori mentis perſcrutatione percontabimur, noſcemus vtiq; verbũ, niſi p vocẽ nõ poſſe exprimi; vox Chriſti Ioãnes erat, de quo ſcriptum eſt; Ego vox clamantis in deſerto. Iſa. 40. Quem impius Herodes occidit; abſtulit ergo Chriſti vocem è mundo Herodes, cumque Chriſtum interrogaret iam ſua voce priuatum, ille reſpondere renuit; ac ſi diceret, Verbum ſine voce ſilet, Patris æterni Verbum ego ſum, quod tu Ioannem occidens, voce priuaſti, quid me igitur interrogas, cum ſine voce reſpondere non poſſim? Negauit itaque Herodi Ieſus in maris tranſmiſſione præſentiam, cui in paſſione verbum, & in ſæculi æternitate, Regnum.

Beda.

Mare præſens ſæculũ figurat.

Luc. 24.

Myſterium autem in huiuſcemodi tranſitu Beda perquirit; per mare præſens intelligens ſæculum, quod multiplici laborum genere vexatus Ieſus vt ad beatitudinis montem perueniret, pertranſijt; hinc & Euangelicus textus ait. Abijt Ieſus trans mare, quod eſt vltra mare, quia ſæculi fluctus vltra quam homo poteſt, pertranſiuit acerbe, quibus iam cæleſti virtute calcatis, ſubijt in montem beatitudinis, quia ſic oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam. Luc. 24. Nec myſterio particula illa, ergo, quodammodo vacat, cum iam concluſionis particula ſit, ex præmiſſis ſemper aliqualiter pẽdens. Diciturque, ſubijt ergo in montem, ac ſi ratione Euangeliſta probaret; qui præſentis ſæculi fluctus ſine peccato pertranſit, neceſſario beatitudinis montem ſe ſubiturum expectat; Ieſus trãs mare ſæculi abijt omnis ſanctitatis fulgore dotatus, ergo ſubijt in montem; ita Euangelij

par-

particulam incaſſum poſitam minime noſcimus. Mare quidem Ieſus tranſmiſit amarum, paſſionis, ſcilicet, tumida æquora calcans: nam & maris nomine Chriſti paſſio deſignatur, aſſerente Ruperto: cuius fluctibus, Chriſti ſanctiſſima humanitas, veluti parua nauicula vndique circumagitata, duriſſimis colliſa ſcopulis, adeo diruta permanſit, vt de ea recte dicatur. Circumdederunt me aquæ vſque ad animã, abyſſus vallauit me, pelagus operuit caput meum. Ion. 2. Nonne ſcopulus duritie adamantem ſuperans, domus extitit Annæ pontificis, vbi alapa Dei filius percuſſus, acerbiſſimo furentium vndarum concuſſus eſt ictu? Caiphæ quoque domus huiuſce fuit nauiculæ ſcopulus obſiſtens, vbi & velauerunt faciem eius, & percutiebant eum dicentes. Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt, qui te percuſſit? Herodis domus, vbi & alba veſte indutus, illuſioni traditus eſt. Pilatique atrium, vbi & flagellis cæſus, & purpura indutus, & ſpinis coronatus, & calamo percuſſus, & hominum ſputis labefactatus, atque ad mortem diiudicatus, nonne & ſcopuli, & vndæ nauiculam collidentes extiterunt? Verum ibi acerbior fuit nauiculæ colliſio, vbi crudelior vndarum impetus effluxit, in montis Caluariæ ſcilicet ſcopulo, vbi & ferreis clauis Chriſti humanitas confoſſa, lanceaque latus crudeli vulnere animaduerſum eſt, & adeo rimoſa ratis affecta eſt, vt tribus diebus, & tribus noctibus, in ſepulchro condita, quaſi in officina, reparanda quieit. Inde omni ſanitate dotata egrediens, paſſionis mare tranſmiſſo, æternæ gloriæ petijt aſcenſum. Idcirco myſterioſo verborum affatu, ſic Euangeliſta loquitur. Abijt Ieſus trans mare Galilææ, quod eſt Tyberiadis, indeque ſubijt in montem. At ſemper mare commotionibus obnoxium humanum cor varijs curarũ generibus commotum deſignare poteſt; ididemq; Richardus victorinus ſuſcipit lib. de duodecim patriarchis. Hoc ſiquidem Ieſus mare pertrãſit, ingreſſum enim petens: Aperi mihi ſoror mea, quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium, Cantic. 5. cum iam non obtinuiſſe nouerit, tranſmeat: Idcirco eius amiſſione ſæpius anima languet, inquiens. Peſſulum oſtij mei aperui dilecto meo; at ille declinauerat, atque tranſierat. Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus loquutus eſt, quæſiui, & non inueni illũ; vocaui, & nõ reſpondit mihi. Cant. 5. Subitq; in montem, eos ſcilicet, petens qui fidei ſublimitate peremînent, ibique ſuæ dulcedinis conuiuia parat; ſic etenim inquit. Ego ſto ad oſtium, & pulſo, ſi quis aperuerit mihi, intrabo, & cenabo cum illo. Apoc 3. Hinc de iuſtis dicitur. Non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem. Pſal. 36. nam Chriſti præſentia, diuina dulcedine replentur. Nec mihi diſplicet, quòd allegorice de mare Hieronymus ſentit, in quo ſacram Scripturam deſignat, quæ cum omnis ſapientiæ lumine promicet, quam aquæ aſſimilatam ſapientis ore dignoſcimus. Ego ſapientia effudi flumina, Ego quaſi trames aquæ immenſæ de fluuio, ego quaſi fluuius dorix, & quaſi aquæductus exiui de paradiſo. Eccl. 24. Quod dictum profecto ſacræ Scripturæ conuenit, myſtice longe antea per Moyſis verba deſignatum, cum aquarum congregationes appellauit Maria. Gen. 1. Huiuſcemodi mare Ieſum pertranſiſſe conſtat, omnia complens quæ in libris, antiquæ legis, prophetarumque de eo ſcripta erant: vt dixit. Non veni ſoluere legem, ſed adimplere. Matth. 5. Hinc & diſcipulis Emmaus petentibus, à Moyſe incipiens, & omnibus prophetis, ſcripturas, quæ de eo erant interpetrabatur. Luc. 24. Sacrũ ergo Scripturæ mare complendo pertranſijt, nam & ſacrum Geneſeos librum, qui de creatione orbis, de exordio generis humani, de confuſione linguarum, & patriarcharũ multiplicatione pertractat; mundum reparando, humanum genus redimendo, linguarum dona per Spiritum ſanctum largiens, & duodecim Apoſtolos, Eccleſiæ fundamenta conſtituens, cum fidelium multiplicatione compleuit. Exodũm qui Pharaonis plagas, rubri maris ſciſſuras, legis decalogum, & filiorum Iſrael ex Aegypto ex tum oſtendit: plagas in ſemetipſo ſuſcipiens, rubris vulneribus ſuum corpus ſcindens Euangelicam legem inſtituens, patrũ animas ab inferis eripiens, imo & vniuerſi generis Adæ ſemen ad viam veritatis perducens, conſũmauit Leuiticu in quo ſacrificia, Sacerdotumque ordinationes monſtrantur; corporis ſui, & ſanguinis ſacrificium inſtituens, Apoſtoloſq; vniuerſæ Eccleſiæ Epiſcopos ordinans, adimplendo pertran-

Rupertus. Paſſio Chriſti in mari deſignata.

Cor humanũ in mare figuratum.

Richardus.

Cantic. 5.

Cantic. 5.

Apoc. 3.

Hieronym.

Mare Scripturam ſacram præſignat.

Eccleſ. 24.

Gen. 1.

Matth. 5.

Luc. 24.

Scripturas Ieſus omnes compleuit.

 ſijt.

ſijt. Numerorum librum, vbi & numerus filiorum recenſetur Iſrael, manſioneſque in de-
Ioan. 11. ſerto numerantur; porrò moriens vt filios Dei, qui erant diſperſi congregaret in vnum. Ioan. 11. & locum electis ſe paraturum abeundo promittens, abſoluit. Deutoronomium qui ſecunda lex dicitur, ſic perfectiſſimo finiuit myſterio, vt poſt Moyſis legem, ſecunda lex merito Euangelium diceretur. Ieſum Naue cuius prælia Sol, Lunaque mirantes in cælorum medio quieſcunt, ita completum in ſemetipſo eſſe monſtrauit, vt ſuorum præliorum paſſionis tempore, quòd quieſcentia cæli luminaria figuratiue ſignarunt, obſcuratis luminum fulgoribus, aperte completum eſſe monſtrarent. Iudicum volumen, in principibus impleuit filiorum Iſrael, ſuos iam principes in Eccleſia conſtituens. In Ruth Moabi-
Iſa. 16. tidiæ, Iſaiæ vaticinium explet, cap. 16. Emitte agnum Domine dominatorem terræ, de petra deſerti, ad montem filiæ Sion. In Samuel primo, ſecundoque, ſic in eis figurata myſteria compleuit, vt in Heli mortuo, & in occiſo Saul, veterem legem abolitam oſtendat; & in Sadoch Sacerdote, & Dauide Rege, noui Sacerdotij, nouique imperij Sacramenta teſtetur. Tertium quartumque Regum libros, à Salomone, vſque ad Iechoniam, & à Ieroboam filio Nabath, vſque ad Oſeæ qui ductus eſt in Aſſyrios, vbi regni Iſrael, regnique Iu-
[illegible] dæ diſparis cultus deſcribitur, in Eccleſiæ paucitate, & impiorum multitudine finiuit. Eademque conſummatione, quæ in libris paralipomenon figurata erant, impleta eſſe oſtendi. In Iob, & Tobia, flagella ſibi ab æterno prædeſtinata compleuit. Iudith librum, & Heſter, Eccleſiam exaltando abſoluit. Sic igitur legalium, hiſtorialiumq; librorũ ſacræ Scripturæ mare, Ieſus completiſſima conſummatione pertranſijt. Nonne adhuc profundiſſimũ myſteriorum mare ſacra Scriptura Prophetarum dicitur? quam quidem Ieſus adimplens, ſua nauigatione tranſmiſit? Ecce iam Iſaiam implet in cuius volumine totum ferè Euangelium videtur eſſe depictum. Et Ieremiam in quo ſub figura captiuitatis, & renouationis Hieruſalem captiuum Adæ genus reparat. Ezechielem quoque qui principia, & finem denuntiat, principium finiſque ſemetipſum oſtendens. Nec non & Danielem conſummauit, dum quem lapidem præciſum de monte ſine manibus, & regna omnia ſubuertentem ille pronuntiat ſe angularem lapidem, vtraque vnum faciens oſtendit. En quomodo pſal-
Pſalm. 2. morum volumen adimplens tranſmeat, dum ei dicit Dominus; filius meus es tu, ego hodie genui te. Pſal. 2. Inſuper & ait. Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabel-
Pſal. 109. lum pedum tuorum. Pſal. 109. Quid in pacifico Salomone compleat agnoſcimus, dum mores corrigit, naturam docet, & ſponſam ſibi iungit Eccleſiam. Age quod quæcumque in cæteris prophetis de eo dicta ſunt mirabiliter adimpleuit. In Oſee, fornicariam mulierem, quæ humanæ naturæ typum gerit, ſibi in vxorem aſſumit. In Ioele filio Phatuel, Spiritum ſanctũ ſuper ſeruos Dei, & ancillas effundit. In Amos, ſtat ſuper murum litum, vel adamantinum. In Abdia ſeruus Dei eſt. In Iona, paſſionis naufragium complet, quod propheta pertulit in figura In Michea Iudex Iſrael dignoſcitur, cuius maxillam percuſſerunt. In Nahum, ecce ſuper montem bona Euangelixat, & pacem. In Sophonia ſpeculator, & arcanorum Dei cognitor eſt. In Aggeo, cunctis gentibus deſideratus agnoſcitur, in cuius aduentu, cælum, & terra, creaturæque omnes commotæ ſunt. In Zacharia, & ipſe Ieſus Sacerdos magnus, ſordidis indutus eſt veſtibus. In Malachia, Hebræorum Synagogam repudians, gentium ad ſe multitudinem vocat. In Baruch ſapientiam dedit Iacob filio ſuo, & Iſrael dilecto ſuo, poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Quid igitur amplius perquirendum remanet? ſiquidem omne Ieſus ſacræ Scripturæ mare adimplens tranſmiſit, quòd vt myſtice Euangeliſta deſignet ait. Abijt Ieſus trans mare
Mare pænitentiã deſignat. Galilææ. Aut fortaſſe mare pænitentiam ſignat, triplici pertranſeunda labore. Sunt nempe hæc ad pænitentiæ Sacramentum neceſſaria, contritio, confeſſio, & ſatisfactio, maris nomine contritio donatur: aſſerente propheta. Magna eſt velut mare contritio tua. Littori confeſſio refertur, nam & Ionam cete euomit in littore, cui pænitentiæ prædicandæ onus infertur. Et monti ſatisfactio aſſimilatur, quæ non ſine labore completur, cum & Abraham agnoſcimus, cum igne, & gladio montem ſacrificaturus aſcendiſſe, quorũ vtrum

que

que acerbitatem deſignat; nec ſatisfactione grauius quidpiam in pænitentia reperitur. Abijt ergo Ieſus trans mare, pænitentes ad contritionem prouocans; dimiſſa nauicula deſcendit ad littus, vt quos contritionis mare pertranſiſſe noſcit, ad confeſſionem peccatorum inducat; inde ſubijt in montem, vt pænitentiæ perfectionem, per ſatisfactionis laborem oſtendat. Quid autem in monte agit, Euangelij textus præmonſtrat, dum panibus piſcibuſque turbas grandi miraculo ſatiat affluenter: vt documentum inde ſumamus, neminẽ ad ſacri altaris conuiuiũ accedere decere, niſi pænitentiæ prius mare tranſmiſſo.

FERIA II. DOMINICAE IIII. IN QVADRAGESIMA.

TEXTVS.

Prope erat Paſcha Iudaeorum, & aſcendit Ieſus Hieroſolimam, & inuenit in templo vendentes boues, & oues, columbas, & nummularios ſedentes. Ioan. cap. 2.

Quid Iudaeorum Paſcha, quidque templum, boues, oues, & columbae ſignificent.

VEre quidem Hebreorum populus Saturnia natio, adeo malignitatibus inclinata, vt nec in templo Domini Dei ſui ſcelera perpetrare erubuerit; quocirca Deus grauiſſima læſione percuſſus, Ierem. 11. quaſi dolens exclamat. Quid eſt quod dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa? Læditur quippe Deus, vel minimo cuiuſcumque deliquij genere, nec quicquam ſimpliciſſima ejus natura offendiculi ferre poteſt. Verum licet eſſentia ſua vbique præſens aſſiſtat, magis tamen in loco ſibi ſacro læditur, quam alibi facinoribus triſtetur. Quod Ieſu filij ſui ſit exemplo manifeſtum. Num fortaſſe in cunctis Iudææ, Samariæ, & Galilææ regionibus mercaturæ negotia non viderat? num Iudæorum vitia non nouerat? Nec ira permotus aliquando flagelli funiculos ſumpſit, niſi cum Domini templum ingreſſus, zelo zelatus pro Domino, haud tantum verbis exclamauit audacter. Auferte iſta hinc, & nolite facere domum patris mei, domum negotiationis: ſed & flagellum quaſi cum feciſſet de funiculis, omnes eiecit de templo oues quoque, & boues, & nummulariorum effudit æs, & menſas ſubuertit. Eoq; magis eſt ira ſucc enſus, quo haud tan ũ templum prophanari cernebat; verũ & feſtiuitatis ſollennia mercationum negotijs labe ſactanda cognouit. Hoc etenim tanquã peculiare quoddã Euangeliſta notat. Prope erat paſcha Iudæorum, & aſcendit Ieſus Hieroſolimam. Pro quo illud prænotandum euenit, quod & Venerabilis Beda conſiderat, trium nempe paſchatum ſolennitates Hebreorum plebem celebraſſe. Primum quidem paſcha in Aegypto, cum inde egreſſuri præceptum eſt eis, Exo. 12. Decima die menſis huius tollat vnuſquiſque agnum per familias, & domos ſuas, &c. comederuntque agnum phaſe celebrantes. Secundum fuit celebratum in deſerto paſcha, iuxta præceptum Domini. Habebitis hunc diem in monimentum, & celebrabitis eam ſollennem Domino, in generationibus veſtris, cultu ſempiterno. Exo. 12. Et tertium quoque paſcha per annorum circulos ſollenitatis aduentante die celebratum eſt. Paſcha primum illum præſignabat tranſitum quo Angelus percutiens, Aegyptios peremit, vt Hebreos è ſeruitutis iugo tolleret. Secundum phaſe paſcha noſtrum figurat, quo magni conſilij Angelus paſſionis ſuæ mare pertranſiens, cunctos humanæ naturæ hoſtes, vt illam è peccati iugo tolleret interemit. At tertium quod in terra promiſſionis celebratum eſt phaſe, paſcha illud æternæ beatitudinis ſignificat, quo ſumma celebritate Deus, terram electis in æternum poſſidendam diſtribuet. Hanc prope eſſe credimus, cuius propinquitatem vniuerſa ſcriptura proclamat: quam quoque & Euangeliſta præſignat, cum dicit: Prope erat paſcha Iudæorum. Quod autem ait; & aſcendit Ieſus Hieroſolimam: filium Dei venturum eſſe iudicem prænuntiat: interpetratur enim Hieruſalem hereditas ipſius, ſic Hieronymo Laureto aſſeren-

Ierem. 11.

Beda.

Triplex paſcha apud hebreos.

Exo. 12.

Exo. 12.

Hieronym. Laure.

Digitized by Google

Pſalm. 2.
Paſcha externum ſigurat iuditium.

afferente, Hereditatem autem ipſius filij Dei alteram non nouimus, niſi quam per os Dauid Pater æternus declarat. Poſtula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam. Pſal. 2. Gentes igitur hereditas Domini cum ſint, Hieroſolimam paſchatis imminente tempore Ieſus aſcendens, idem præſignat, quòd ad gentes iudicandas adueniet. Nec iuditium ſine lege eſt, nec lex ſine delicto dannat, nec dannatio ſine flagello deſumitur. Age quod iuſta veritate ad iuditium Ieſus aduentens, dãnationis flagella gentium delictis admouet. Inuenit enim (textus ait) in templo vendentes boues, & oues, & columbas, & nummularios ſedentes. Quid dicam? templa duo ſcriptura commemorat, vnum quod Philiſtim Dagon Deo ſuo ædificare curarunt, & veri Dei templum aliud, quod Salomon mira pulchritudinis venuſtate conſtruxit. At templum Dagon infidelium animas omni facinorum fœditate deformes præfigurat, cum etenim templum Dei viui eſſe deberent, templum dæmonum delictorum onere grauatæ efficiuntur. Templum autem vero Deo à Salomone dicatum fideles vtique ſignat, de quibus Apoſtolus: An neſcitis, quia membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti? In huiuſmodi templo (proh dolor, ad fideles quidem nomine, qui Deum ore confitentur, factis autem negant, loquor) inueniet quidẽ Ieſus primo, vendentes, ſecundo boues, tertio oues, quarto columbas, & quinto nummularios ſedentes. De infidelium templo omnium abominationum pleno non loquor, nam qui non credit iam iudicatus eſt.

Tẽpla duo in ſcripturis nominata.

Vendentes in tẽplo qui ſint.
Auguſt.
Boues ſenſuales appetitus figurant.
Pſal. 46.

Quærant igitur qui curioſius ſcripturæ penetralia ſcrutantur, qui iam vendentes ſint in templo Domini, quod fideles animas præfigurat, inquam vtique facillime, quod hi vendentes ſunt qui minimo mundanæ delectationis ſolatio, animas Chriſti ſanguine emptas, in æternum cruciandas diabolo tradunt. Quid autem boues ſignificent Auguſtinus doctiſſime de verbis Domi. Serm. 33. enarrat, dum illud exponens; iugabouum emi quinq;: ſenſuales appetitus boues deſignare aſſerit. Quocirca & Dauid vitulis iugo carentibus, effrenata ſenſuum deſideria confert, cum inqnit. Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hyrcos. Pſal. 49. Has ergo iudicabit Dominus ſenſuum cupiditates, quorum luxuriam non ſubſtinens, ignibus dannabit æternis. Huiuſmodi ferme ſenſuum ſupplicium per Iob præfigurauit dicens. Boues arabant, & Aſinæ paſcebantur iuxta eos; & irruerunt Sabæi tuleruntque omnia. Iob 1. Arant quippe terram boues, cum cæleſtium deſſideriorum abiectis curis ſenſus terrena ſapiunt, eiſque incumbere non deſiſtunt, vnde & Dei iuſto iuditio impij Dæmones Sabæorum nomine deſignati cuncta rapiunt. Talis nempe inclinationis ſenſus exiſtit, vt foueam ſibi fodiens, in illa cadens moriatur: cuius gratia adhuc & rationalis ſpiritus danna ſoluit. Legem profecto Dei mandato Moyſen iam ſtatuiſſe nouimus, vt qui ciſternam fodiens, apertam noctu illam dimiſerit, cadenſque bos, aut aſinus in illa pereat, ciſternæ Dominus conſũmati danni prætia ſolueret: id fortaſſe in lege ſignificari autumãtes, quòd rationalis ſpiritus qui in ſuipſius prædio vanarum cogitationum ciſternam nimia profunditate fodit, adeo patentem aſſueta conſuetudine dimittit, vt ſenſus in illa cadens, peccati conſummatione pereat, cui & perempti ſenſus danna ſoluere, perpetua dãnatione conuenit.

Quare prius anima quàm corpus iudicatur.

Quocirca quæſiti cuiuſdam incitamentum offertur: cur ſcilicet, aut quo iuditio Deus, ſiue meriti, vel peccati ratione abſoluta, prius anima quàm corpus ad vitam, ſeu ad ſupplicium conſtituit? certe quod in peccato corpus operatur promptiſſime, ſenſuſque oblectamenta ſentiunt, non anima, cuiaut luxuriari aut gulæ incumbere, cæteriſque ſimilibus vacare denegatur, igitur corpus dannationi addictum priuſquam animam ratio expoſtularet. Cumque corpus martyrijs, pænitentijs, ieiunijs, mortibuſque pro Chriſto exponitur, non anima, quæ morti iudicari non poteſt, illud ſiquidem ſempiterni boni fruitione conſtituendum ante animam ratio expoſceret: quibus tamen commutata portione, Deus ſupplicia diſtribuit & præmia, vultque ſiue bonum ſiue malum prius animam conſequi quam corpus, ita vt illa crucietur, ſiue gaudeat, iſtud vero meritorum, ſeu demeritorum miniſtrum vſque ad extremi iuditij diem in ſepulchro quieſcere. Vnde hoc? Verumenimuero quæ Deus filio Adæ Caim dixit, dubitationis ſolutionem miniſtrant; ait vt, quæ ſub te erit aperti-

perti-

Digitized by Google

petitus tuus,& tu dominaberis illius.Gen.4 Siquidem his verbis,portioni ſuperiori ani- *Gen. 4.*
mæ,ſenſum ſubijci debere demonſtrat ſicque igitur vt quæ ſenſuum magiſtra ratio inſti-
tuitur,& domina,ſi pœnitentijs,mortibuſque pro Chriſto corpus illa deſtinat, licet cor-
pus,ſenſuſque varijs vndiq; doloribus grauetur,quæ bene corporis regit actus,ante cor-
poris glorificationem,beatitudinis dona ſuſceptura demigrat:cum vero iura relaxans ſen
ſibus indulget,vt peccati conſummato facinore pereant,ei ante corporis dannationem,
iure tanquam iniquæ rectrici ſupplicia inferuntur.Sic ergo fit vt ſiue bonum,ſiue malum
ſenſus carnis ſubſtineat,meriti,ſudplicijue ratio prior animæ debetur. Quorum vtrumq;
priuate,publiceq; dominus iudicat,die.ſ.mortis,extremiq; iuditij. Infelix itaque cuius
templum bonum armento grauatur,ideſt ſenſualium appetituum repletione completur,
cui ad ſupplicium dannabo dicitur;inuenit in templo dominus boues,& oues.Mirũ qui-
dem hoc,quod oues nimia ſimplicitate pollentes ſæpius in bonum ſcriptura commemo-
rat,Chriſtusq; oui aſſimilatus oſtenditur;in templo autem domini, adeo inuiſæ noſcun-
tur, vt cum bobus,& columbis eijci merentur. Verumenimuero in malum accipi poſſe
eadem ſcriptura teſtatur,aſſerente Petro:Eratis ſicut oues errantes,errat vtique ouis, &
tunc ſimplicitas in ſtultitiã vertitur:vnde & Philo Iudæus lib.de ſacrifitio Abel,& Cain.
oues ſtultitiam ſignificare demonſtrat,cumq; ſtultitia delibutas rationales animas,Chri- *Philo.*
ſtus ad iudicandũ veniens inuenerit,mortis iuditium inferens,oues ſicut & boues ad ſup
plitia trudet,ideſt,& ſenſuales appetitus, omnemq; hominum ſtultitiam condennabit; *Oues ſtulti-*
Addit quoque & Euangelicus textus,quòd inuenit etiam Ieſus in templo columbas, & *tiã ſignãt.*
nummularios ſedentes.Cumque in ſponſa oculi columbarum laudentur.Cant.4.& in pur
gatione fæminarum, fiat columbarum oblatio; quid eſt quòd columbas Ieſus è templo *Cant. 4.*
eijcit?Sed Hieronymi verbis in Oſeam infertur ſolutio.Illud nempe Doctor ſanctus ex-
ponens.Et factus eſt Ephraim quaſi columba ſeducta non habens cor.Oſe.6. Columbã *Hieron.*
inquit,inter alia malum hoc poſſidere,quòd deperditis pullis,nec dolens triſtatur,nec tri *Oſea.6.*
ſtis quærit amiſſos,ſed ad fornicationem rediens,partus alios procurare ſatagit;talis vti-
que peccatrix anima oſtenditur,cum conceptum Dei verbum perdit, denuo illud poſſi-
dere non curat,ſed malarum cogitationum fornicationibus repleta,ad cogitationes peſ-
ſimas procreandas diffunditur, hinc veluti ſeducta columba è templo domini reijcitur. *Peccatum*
Nummularij autem in templo ſedentes,auaritiæ peccata deſignant, quæ Ieſus apprime *auaritiæ in*
abhorrens,eum maxime in iuditij die læſiſſe demõſtrat.Eſuriui(inquiens)& non dediſtis *nummula-*
mihi manducare, ſitiui, & non dediſtis mihi bibere:hoſpes eram, & non colligiſtis me: *rijs figura-*
nudus & non operuiſtis me:infirmus,& in carcerem,& non veniſtis ad me. Matth.25. *tum.*
Matth.25.

TEXTVS.

Et cum feciſſet quaſi flagellum de funiculis, omnes eicit de templo oues quoque,& boues,& nummulariorum effudit æs,& menſas ſubuertit. Ioa.vbi ſup.

Quòd æternæ damnationis flagellum,plus dæmones quam homines affligit;inter homines vero,magis,minuſue,iuxta delictorum menſuram pœna diſtribuntur.

IVxta indignatione filius Dei furens, quaſi flagellum de funiculis componens, quos
templi prophanatores inuenit audacter eiecit,ſcriptum etenim de eo erat. Zelus *Pſ. 68.*
domus tuæ comedit me.pſ.68.Quod vero eum non flagellum feciſſe,ſed quaſi fla
gellum Scriptura teſtatur, diuinæ miſericordiæ exuberantiam declarat,quæ & in
conferendis præmijs vltra condignum remunerat,atque in infligendis pœnis citra
condignum caſtigat.Hinc quæſtio ſoluitur an hominum,dæmonumque pœna in inferno
æqualis exiſtit? & ex hominibus,vtrum alter altero magis,minuſue puniatur?Putant for
aſſe aliqui eadem dæmones,homineſque pœna cruciari, cum de omnibus æque veritas
dicat.

Digitized by Google

Matth.25. dicat. Ite maledicti in ignem æternum qui paratus eſt diabolo, & Angelis eius. Matth 25. Quidam vero putant, aliquos in Inferno reperiri homines, maiori quàm dæmones pæna torqueri: quorum ratio forſitan inde progerminat, quòd ſicut in regnorum, ciuitatumq; ſeditionibus, alij vt ſeditionum capita, & alij à ſeditionum capitibus ſeducti errant; ſic in Angelis, quiddam ſuæ voluntatis nequitia, quidamq; à ſuperioribus ſeducti peccauerunt; cumque ita ſit vt qui maiori deliquio errat, maiori torqueatur cruciatu, & qui minori, inferioris pœnæ gradum ſuſcipiat; homines ſiquidem qui pluſquam Angeli ſeducti peccaſſe reperiuntur, vt fuit Iudas, cuius peccato maius occiſione.ſ. filij Dei excogitari non poteſt; maiori dæmonum pœna puniri, vnde & Iudam aiunt maiori aliquorum dæmonũ pœna cruciari. At qui ſubtilius diaboli, Iudæque deliquij grauitatem examinant, vtique grauius Angelorum peccato reperiri non poſſe dignoſcunt, idcirco dæmonum quiſlibet grauioris ſupplicij, quàm homines pœna torquetur. Euenit hoc etiam ex impari vtriuſq; naturæ cóplexione, quo etenim alicuius natura delicatior, eo magis pœnæ tormenta perſentit; cumque dæmonum natura, omnium hominum ſubtilitate ſuperet complexionẽ, inde ſequitur, quòd maioris pœnæ cruciatu, quã homines illa torquetur. Imo illi ſit acerbior iniuria, qui nobiliori extat natura creatus, nec vtique æqua proportione, ſi villico, & Principi alapa datur, iniuria commenſuratur; maiori etenim princeps quàm villicus vituperio grauatur; ſic ergo cum nobiliori, quàm homo ſit Angelus natura creatus, damnationis iniuriam, ignisq; combuſtionem intenſiori cruciatu ſuſcipit. Addam quòd magis ille ſupplitio torquetur, qui magis bonum cognouit amiſſum; nec æquali patientia paupertatis rigorem ſubſtinet, qui paupertatem neſciens in paupertatem cadens diuitijs affluebat ſine menſura; ſicut qui paupertatem ſubſtinet, quia in paupertate natus, ſic ſemper vixiſſe conſueuit. Plenius ergo cum dæmon amiſſum bonum cognouiſſet quàm homo, eo magis luget, cruciaturque quo magis quid ſe perdidiſſe dignoſcit, eoque minus homo triſtatur, quo amiſſi boni minori cognitione donatur. Idcirco licet ignis cruciatus homo, Angeluſque patiantur, magis tamen ſpiritibus, quàm damnatis hominibus pœna reſultat. An autem in hominibus æqua ſit apud inferos pœnarum menſura, quod non credimus, niſi iuxta delictorum cumulum; circa quod Merlinus magus errauit aperte, cum omnem dãnatorum pœnam in horribilis faciei Luciferi viſione conſiſtere putauit, cumque omnes æque luciferi horridam faciem perſpiciant, omnes æqua punitione plectuntur. At non in Luciferi viſione damnatorum pœna conſiſtit; ſed in ignis combuſtione ſempiterna, qui licet ex ſui natura omnes æque combureret, diuina tamen iuſtitia ita per ignẽ operatur, vt alij plus, minuſue ardorem patiantur, iuxta delictorum menſurã; ſicuti enim in Babylonica fornace ne pueros combureret, Deus ignis temperauit ardorem, foris ſecus exiſtentibus, igne combuſtis, ſic in inferno adauget alijſque deprimit feruorem, ſemper tamen in ira ſua, miſericordia vtens, vt citra condignum pœnas infligat; quo circa, non flagellũ feciſſe; ſed quaſi flagellum ſcriptura commemorat.

Peccatum Angelorũ, omniũ maximũ fuit.

Dæmones magis torquentur quàm homines.

Animæ in inferno non æquali pœna cruciantur.

TEXTVS.

Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudæi; quadraginta, & ſex annis ædificatum eſt templum hoc, & tu excitabis illud? ille autem dicebat de templo corporis ſui. Ioa. vbi ſup.

Quòd Chriſtus de excitatione templi corporis ſui loquens, à mortuis reſurgens, haud tantum naturale ſibi corpus, in tribus excitauit diebus, verum & Eccleſiæ templum redificauit, quod myſticum eius corpus dicitur.

TEmplum ſibi Deus in quo æterna eius ſemper coleretur maieſtas ædificare cupiens, mundum hunc viſibilem condidit, quem nec à templi forma ſe motum ædificauit; quan-

Digitized by Google

quandoquidem Moyſi de tabernaculi,ſeu ſanctuarij conſtructione alloquens,dixit.Inſpice & fac ſecundum exemplar,quod tibi in monte monſtratum eſt. Exemplar autem licet ſcriptura ſubticeat, qui tamen eam exarant, mundum exemplaris loco conſtitutum aſſerunt,vt ad mundi huius figuram tota videretur diuini tabernaculi completa conſtitutio. Hinc valde mihi conſonat, quòd Ioannes picus mirandula in eo quem heptaplus inſcribit aſſerit: ad triplicem ſcilicet huius mundi portionem, tabernaculi Domini conſtructionem diſtributam. Tria quippe ſenſibilem mundum complent, elementa ſcilicet corruptionibus obnoxia, cælorum natura vbi ſeptem planetarum ſydera fulgent, & cælum empyreum longe à cælorum orbibus nobilius,in quo Angelorum ſedilia reſident,ac diuina creaturis obijcitur fruenda maieſtas: qua nempe conſtructionis partitione tabernaculũ Domini Moyſen abſoluiſſe dignoſcimus,mundi ſenſibilis à Deo conſtitutũ exemplar minime derelinquens. Nam & atrium fecit hominibus pecoribuſque ſacrificandis, veluti omnibus elementa commune. Tabernaculi medium,perfectiſſima conſummatione compleuit, vbi altare ſacrifitiorum conſtituit, candelabrumque aureum,ſeptem lampadibus inſignitum,inſtar cælorum naturæ cui ſeptem planetarum ſydera fulgent. Inde vt totum tabernaculi abſolueretur ædifitium, ſancti ſanctorum quoque domum effecit: vbi arca Domini,& Cherubim imagines videbantur,ad cæli empyrei ſimilitudinem,vbi & clara Dei viſio panditur,& Angelorũ ordines perenni gloria coruſcant. Sic igitur Dei tabernaculum ad ſenſibilis mundi exemplar ædificatum noſcimus,vt inde ſenſibilẽ mundum Dei templum eſſe diſcamus. Quod ideo creatum in temporis initio credimus,vt à creaturis cunctis in eo diuina coleretur maieſtas. Cumque templum proprie dictum ſibi ædificari voluiſſet,ecce iam Salomon operis conſtituitur auriga: illudque ad tabernaculi Moyſis exemplar ædificare curauit,ſic tripartiens vt & atrium,& templum,& ſancti ſanctorum ædificaret: cuius tripartita commenſuratio perſonæ Chriſti figuram præſentaret;quam nec quidem Iudæorum patres nouerant,niſi Chriſtus inde dixiſſet;ſoluite templum hoc,& in tribus diebus excitabo illud,& ipſe dicebat de templo corporis ſui;quod nec quidem tunc bene conceptum eſt,niſi cum reſurrexiſſet à mortuis,recordati ſunt diſcipuli eius, quia hoc dicebat. Tribus ergo ſectionibus templi Domini erat partita conſtructio;vna quidem,quæ atrium dicebatur ſine tecto pluuijs obiecta,hominibus,beſtijſque offerendis communis; ſecunda vbi altare ſacrifitiorum erat, cum aureo candelabro, ſeptem lampadibus inſignito;& tertia Sancti ſanctorum,vbi arca Domini in medio Cherubim reſidebat. his vtique tota perſonæ Chriſti figurabatur conſtructio, in quo tripartita erat diſtinctio,carnis,animæ,verbique. Caro ſiquidem inſtar diſcoperti atrij templi omnibus communis exiſtebat,quia verum hominem eum omnes videbant,eratque ſecũdum carnem alterationibus obnoxius,vt hominum paſſiones pro merito poſſet ſuſcipere, Anima vero cui voluntas erat Chriſti perſonam ſacrificandi,vt genus à ſeruitute dæmonum eriperetur humanum,quæ etiam ſemptem Spiritus ſancti donis infinita claritate fulgebat,ad eam templi partem referebatur,quæ & altare,candelabrumq; aureum,ſeptem lucernis ardentibus continebat. Deitas autem,ſeu verbum,in quod Angeli gaudentes ſẽper proſpicere deſiderant,ſancti ſanctorum præfigurabatur conſtructione,vbi & arca in medio Cherubim morabatur. Sic ergo Domini templum, quod Salomon conſtruxerat, Ieſù fili Dei figuram præferebat. At ſi Dominici corporis naturam tantũ,ad templi conſtructionem referimus,ipſum quoque templum eſſe recte noſcemus. Tripartita enim(vt diximus)templum Domini ſectione pollebat,quia & atrium omnibus cõmune habebat & templum cum altari,& candelabro,& ſancti ſanctorum domum cum arca,& Cherubim. Atrium corporis Chriſti promiſſiones antiquis patribus cõmuniter factas deſignat; templum Mariam Virginẽ præmonſtrat,in cuius vteri altare corpus Chriſti formandum erat præſignat,quæ quidem Virgo ſeptem Spiritus ſancti donorum lumine fulget; & ſancti ſanctorum domus in qua arca Dei erat,veram corporis Chriſti formationem in vtero virginis præfigurat: ſicque corpus Chriſti templum dicitur,quod iam varijs tormẽtorum

Mundus templum dicitur.

Ioh. Picus.

Tabernaculũ Dei mũdo ſimile.

Templum Domini tripartitum.

Corpus Chriſti templum Dei dictũ.

T gene-

generibus in paſſione ſolutum, in tribus diebus à mortuis reſurgens, glorioſiſſime excitauit. Hinc ipſe dicebat. Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud: ipſe autem dicebat de templo corporis ſui. Poſſunt etiam, & ad myſticum Eccleſiæ corpus verba referri, quod Chriſtus à mortuis. reſurgens, ita dirutum reædificauit, quòd quæ concuſſa videbatur in orbe, iterum reparata videtur.

FERIA III. QVARTAE DOMINICAE IN QVADRAGESIMA.

TEXTVS.

Iam autem die feſto mediante, aſcendit Ieſus in templum, & docebat: & mirabantur Iudæi dicentes: quomodo hic literas ſcit, cum non didicerit? Ioan. cap. 7.

Quòd mundana ſcientia, licet antiquorum philoſophorum cuneos, honorabiles effecerit, non tamen eos ad veri Dei cognitionem perduxit; cum iam naturalibus fiſis viribus ſine ſupernaturali illuſtratione hoc denegetur. Hinc Iudæi Chriſti ſapientiam admirantes, quia fidei lumen non ſuſcipiebant, eum verum Deum eſſe, noſcere nequibant.

HAud pulſationis parum apud antiquos huiuſmodi quæſtio ſubſtinuit, quid illud fortaſſe ſit, quod magis inter homines, hominē honorabilem redderet? Cumque varijs hoc ſectionibus diuideretur: diuitiarum cumulum antiquorū philoſophorum plurimis viſum eſt, ad ſummum honoris culmen mortales prouehere. Quibuſdam vero interius honoris ſemina perſcrutantes, eos honorabiliores eſſe putarunt, qui Cardinalium virtutum complemento affluerent: omniumque fere Academicorum ſecta huiuſmodi aſſentiebat veritati, quam viſus eſt Ariſtotilem aliquando ſequi, in Ethicis inquiens; honorem præmium eſſe virtutis. Exactius autem hoc peripateticorum ſecta diſcuſſit, cum veri honoris culmen aſſequutum aſſereret, qui cunctorum ſcibilium, ſaltem in vniuerſali, ſcientia polleret. Vnde & Ariſtotilem in Metaphiſicis dixiſſe noſcimus; ſapientem oportet omnia vniuerſaliter ſcire. Hinc & antiquorum plures ſapientia laudantur, quam cæterarū virtutum cumulo extolli videntur. Omnium fertur primus Abraham, poſt vniuerſalis diluuij ruinam, ſcientia floruiſſe præclara, qui caracterum ſignaturas ſeu literarum figuras adinueniens, ab Alexandro, Eupolemoque his verbis extolli meruit. Abraham, vir omni ſanctitate, & doctrina plenus, primū hebreos, deinde Phenices poſtremo Aegyptios, Aſtrologiam, & diuina docuit. Inde ſubſequutus Iſaach filius eius paternæ ſcientiæ claritate donatus honorabilioris encomij inter cæteros ſui temporis meruit decorari: habuitque filium Iacob cuius ſapientiam quis enarrare valet? niſi quòd Baruch propheta cap 3. ait. Hic eſt Deus noſter, & nō æſtimabitur alius aduerſus eum; hic adinuenit omnem viam diſciplinæ, & tradidit illam Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. Cæterum ſapientiſſimos habuiſſe Iacob filios neminem latet; ſed qui omnium doctiſſimus habitus eſt, hic profecto Ioſeph fuit, quem Pharao dominū domus ſuæ conſtituit, Aegyptiorumque principum præceptorem, vt principes eius ſicut ſemetipſum erudiret, & ſenes eius prudentiam doceret. Pſal. 104. Imo & Moyſes, & Samuel, & Dauid, & Salomon, ad veræ ſapientiæ culmen euecti, honorabiliſſimi inter cæteros encomij laude dotantur. Quid de gentium ſapientibus dicam? qui ſapientiæ decore fulgentes, (quantū humana inquā poterat laborare natura) humano iam honore trāſmiſſo, ad Dei cultū vſurpandum impia hominū malignitate aſcendiſſe legimus; quibus vt ceteros deciperent dæmonū oracula fauentia, vt eis aræ tēpla ſtatuæq; erigerentur proclamabant. Fertur ſiquidē apud Romanos oraculū retuliſſe, vt quem omnibus fortiorem, ſapientioremq; dignoſcerent, vt Deū inde venerandum ſtatua donarent; cumque fortiorem Alcibiadem ſcirent, ſapientioremque Pythagoram, vtriſque coloſſos erigere curarunt:

Summi honoris opinio es varia.

Ariſtotiles.

Abraham primus omnium literarum caracteres adinuenit.

Pſal. 104.

runt: idcirco aduentantibus inde temporibus litem pro Platonis templo conſtruendo, affertur ortam fuiſſe, vt tanquam ſemideus, admirabili ſapientia rutilans coleretur. Adſunt & Thales Mileſius, & Chilo Lacedemonius, & Pyctacus Mitilenus. ceterique Græciæ ſapientes, qui mundana ſapientia fulgentes, tanquam nouarum doctrinarum inuentores inſtar Deorum numina venerati ſunt. Nec profecto hi ſapientiam in orbe diſſeminatam, ſeu ſcientiarum adinuenere principia, quandoquidem omnes ex Moyſis pentateuco ſcientiarum cunabula ſurripuiſſe, vt antiquorum temporum Chronographi memoriæ tradiderunt, apertiſſime conſtat. Verumenimuero ſcientiarum inuentores dici meruerunt, nam quæ veritatis potione apud Moſaicos libros biberant, fabularum falſitatis adinuentione in publicum eructabant. Vnde vt eorum fabulæ tanquam veritatis ſeminaria apud rudes gentium nationes ſumerentur, his quæ ſacra Scriptura memorat, innitebantur. Fuerunt vtique & antiquorum priſci, vt Alcmeus crotoniata Pythagoricus, qui primus omnium inanimantibus ratione carentibus fabulas adinuenit; quę Aeſopus Phrygius ſequutus, cæterorumq; plurimi, animantia, & plantæ, lapideſque humana voce loquentes olim affirmabāt. At vnde huius ſcemodi fabulæ radix deſūpta ſit agnouimus; cū etenim vt cuncti humani generis matrem dæmon ſceleſtiſſimus decipere vellet ſerpentis ore humana ſit voce loquutus, priſcis ignauiæ ſapientibus aſſertionis ſeminarium intuit, vt animalia quæque antiquis temporibus humano ſermone loquuta fuiſſe aſſererent. Indeq; fortius huius ſcemodi opinionē firmarunt, cum à Moiſe memoriæ traditū ſit. Balaā aſinam, humana exclamaſſe voce; vt quid fecit biſcur pcutis me ecce iā tertio? Num. 22. Homines quoq; in beſtias lapideſq; mutari aſſeruerūt, eo quod Loth, in ſtatuā ſalis verſam Moyſes edocuit. Gen. 19. Atque Nabuchodonoſor Regem Babylonis ſeptennij temporis interuallo fænum vt bos, in montibus, eremiſque manducaſſe, Daniel retulit. Literis adhuc Scriptura mandauit, in diebus Eliæ clauſum fuiſſe cælum, prohibitaſque pluuias per triennium cum dimidio, ita vt omnis terræ vigor exiccaretur, vnde & fomentum fabula ſumpſit, vt Phaetontē Solis equos male rexiſſe aſſereret, qua propter tellus arida nimia ſterilitate computruit. Sic igitur nouarū doctrinarum inuentores priſcos ſapientes falſitatum tenebris imbutos noſcimus extitiſſe. Propijſque virtutibus ſiſi, qui vt magiſtri apud ethnicos habiti ſunt, de Deo loquentes, inſulæ ſacrarū Scripturarum arcana perſcrutantes, ſomnia falſitate obtecta pronuntiabāt. Tales nempe mileſius, cum de Deo diſputationem texeret, aſſeruit, quòd Deus nil aliud eſt, niſi ſpiritus aquæ, ex aqua cuncta producens, vtque cauſa effectui aſſimiletur; omnia humido naſci, nutriri, & perfici cōſtituit. Vnde profecto huius ſcemodi inſaniæ ignauus iſte ſapiens fundamentū accepit? Dicam vtique retorto ſenſu ſacræ Scripturæ textu interpetratum fuiſſe. Gen. 1. Spiritus domini ferebatur ſuper aquas, & iterum. Producant aquæ reptile animæ viuentis ſuper terram. Democritus aliqua de Deo differens, cum ad Dei ſubſtantiam declarandam peruenit, eum ignē eſſe faſſus eſt. Stultitiæ ſuæ fundamento deſumpto, quòd Moyſi Deus in ignis flammam ſuper montem ſemetipſum oſtendit. Exo. 3. Alcmeus crotonita deitatem cælorum ſyderibus aſcripſit, nihilque in terris fieri aſſeruit, niſi quòd ex ſyderum poteſtate profluit peruerſa forſitan Scripturæ ſacræ interpetratione deceptus, quæ inquit. Fecit Deus duo luminaria magna, luminare maius, vt præeſſet diei, & luminare minus, vt præeſſet nocti, & ſtellas; & poſuit eas in firmamento cæli, vt lucerent ſuper terrā & præeſſent diei, ac nocti, & diuiderent lucem, ac tenebras, & ſint in ſigna, & tempora, & dies & annos. Gen. 1. Parmenides Eleates, qui & Locrus, Deum coronā eſſe confeſſus eſt, quæ lucem in ſe continet, ſimul & ardorem; illud forſitan non bene concipiens, quod Moyſes dixit, Dominus Deus tuus ignis conſumens eſt. Deut. 4. Tgeopraſtus lib. de plantis, circa deitatem imbecillis effectus eſt, qui nunc menti, nunc cælo, nunc ſyderibus diuinitatis poteſtatem, eſſentiamque conſtituit. Quid de aliorum fatuitatibus dicam? minus mihi malum Pytagoras cōmiſiſſe videtur, qui de Deo adſtruit, eſſe impoſſibile loqui. Sic ergo circa ea quæ intellectus naturam ſuperant committitur error, quādo veræ fidei ſplendore dimiſ-

Fabularū fundamenta vnde deſumpta.

Gen. 19.

Opiniones de Deo varia.

Gen. 1.

Exo. 3.

Gen. 1.

Deut. 4.

Digitized by Google

ſo, proprijs viribus altiſſima indagare quiſpiam laborat Deum nempe diſtincte cognoſci viribus naturæ, ſine ſupernaturali lumine, omnino denegatum eſſe credimus Hinc & arcanum optimum nobis ſubminiſtrat Ezechiel;cap.1. quòd inter animalia quatuor, quæ vndique oculis plena erant, tantum aquila deſuper ipſorum quatuor aſtabat, vt inde intelligamus, nõ qui inferioribus naturæ viribus inherent, Dei cognitionem poſſe ſuſcipere; ſed qui mentis eleuatione ſuperioris luminis à Deo irradiationes expoſcunt. Idcirco errare nequit Abraham qui diuino ſuperfuſus lumine, tres vidit, & vnum adorauit. Gen.

Gen. 18. 18. Nec in errorem incidit Iſaach, qui ſibi Deo credidit loquenti Ego ſum Deus Abrahã

Gen. 26. patris tui, noli timere, quia ego protector tuus ſum, & c. Gen. 26. Nec de Dei cognitione

Gen. 32. dubius extitit Iacob: qui dixit. Vidi dominum facie, ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea Gen. 32. Sic & de cæteris inquam, qui ſupremo lumine colluſtrati, ſuauiſſima Dei cognitione gauiſi ſunt. Verumenimuero, quæ priſci patres de Deo agnoſcebant, caliginibus inuoluto, enigmatibuſque tecta promulgabant, donec ille veniret, cui ſacrarum Scripturarum velamina reſerare licebat: qui tandem in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Baruch. 3. Cũque iam die feſto mediante aſcendiſſet in templũ quod erat in

Baruch. 3. Trinitatis myſterium à Chriſto declaratũ.

Hieruſalē; quæ priſci patres, de Deo ſub velaminibus cælarant, apertiſſimis ille verbis oſtēdebat. Siquidem in diuina natura, tria eſſe diuina ſuppoſita prædicabat. Patris perſonam oſtendebat, dicens. Qui miſit me verax eſt. Et ego ſcio eum, quia ab ipſo ſum, & ipſe me miſit. Ioa. 8. Iterumq; pater meus operatus eſt vſque modo, & ego operor. Ioa. 5. imo &

Io. 8. Io. 10. Philippo petenti. Domine oſtende nobis patrem, & ſufficit nobis. Reſpondit: qui videt

Io. 16. me, videt, & patrem meũ. Io. 14. De filio quoque dicebat. Nemo nouit filium niſi Pater.

Matth. 11 Matth. 11. ac de Spiritu ſancto teſtimonium ferens aiebat. Spiritus qui à Patre procedit,

Io. 16. ille de meo accipiet, & c. Io. 16. Cumque alia altiſſimæ ſapientiæ myſteria proferret: mirabantur Iudæi dicentes. Quomodo hic literas ſcit cum non didicerit? mirabantur profecto, quia ſupernæ colluſtrationis radio, ne illuminarentur obicem ponebāt: nec eum Dei ſapientiam in lege, & prophetis promiſſam æſtimabant. Quòd ſi Nicolea Sabeorum Regina, Salomonis audita fama, ad illius ſapientiæ miraculum commota, Hyeroſolimam, vt id experimento comprobaret accedens, vehementi admiratione obſtupuit. 3. Regũ 10.

Regina Sabba nomine Nicolea.

ſuit quidem inde admirationis deſumpta ratio, quòd ille tantum homo erat, quem admirabilis ſapientiæ flumen obtexerat: at pro Chriſto nulla debuerat fieri Iudæorum admiratio, cum eum licet hominem agnoſcerent, ex operibus tamen Deum eſſe argumentari potuiſſent. Quis enim operari miracula valet niſi Deus, aut quem ſua nominis poteſtate inſigniuit? cuiuſmodi & Moyſes in Dei nomine magno prodigia, & ſigna in Aegypto mõſtrauit. Cumque miracula quæ antiquitus in Dei nominē fiebant, Chriſtus ſua poteſtate operaretur, euidentiſſimum ſuæ Deitatis oſtendebat inditium. Admirari vero in his quæ Deus ſua poteſtate operatur, infidelitatis ſignum eſt, cum iam omnia Deo poſſibilia ſint: quapropter de Chriſti ſapientia, & poteſtate Iudæi admirantes, peſſimæ infidelitatis arguuntur. Quem etenim Deum ex ſcripturis expectabant, infidelitatis caligine obtecti noſcere nequibant.

TEXTVS.

Reſpondit eis Ieſus & dixit. Mea doctrina non eſt mea; ſed eius qui miſit me. Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoſcet de doctrina mea; vtrum ex Deo ſit, an ego à me ipſo loquar. Ioa. vbi ſup.

Quòd quæ ſimul eadem de doctrina ſua Ieſus, & non ſua affirmare, & negare videtur, pluribus intelligendi modis ſuſcipienda eueniunt.

Diſſi-

Digitized by Google

DIſficillimo verborum affatu Chriſtus Iudæis reſpondere videtur, dum inquit. Doctrina mea non eſt mea, ſed eius qui miſit me. Eoque magis ſub difficultate verba complicantur, quo Auguſt. tract. 29. in Io., eadẽ exponere ſtudẽs, obſcuriſſima dubitatione peruoluit, inquiens. Videtur paucis verbis cõtraria loquutus, non. n. ait; Iſta doctrina non eſt mea, ſed mea doctrina nõ eſt mea. Si non tua quomodo tua? ſi tua quomodo non tua? Tu. n. dicis vtrũq;, & mea doctrina, & nõ mea. Inde Auguſtinus huiuſcemodi loquutionis formam, ad diuinã Verbi generationẽ explicandam inducit, inquiens. Si diligenter intueamur, quod in Exordio Sanctus Euangeliſta dicit: In princi pio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, inde pendet huius ſolutio quæſtionis. Quæ eſt doctrina Patris, niſi Verbum Patris? Ipſe ergo Chriſtus doctrina Patris, ſi Verbum Patris, ſed quia Verbum non poteſt eſſe nullius, ſed alicuius, etiam ſuam Doctrinam dicit ſeipſum, & non ſuã, quia Patris eſt Verbum. Quid enim tam tuum, quam tu? ſi alicuius es, quod es. Hiſce ergo verbis doctor ſanctus oſtendit; idem eſſe dicere. Doctrina mea, non eſt mea, ſed eius qui miſit me: ac ſi Ieſus dixiſſet, ego non ſum à me ipſo, id quod ſum; ſed ab eo genitus ſum qui miſit me. Profecto huiuſmodi ſermonis interpetratio ſecundum ſecretiorem intelligentiam Euangelicis verbis maxime conuenit. Alij vero ad aliud aſpicientes, vtputa ad cognitionem tantũ qua anima Chriſti in Verbo cuncta videbat, aſſerunt Chriſti animam Verbo coniunctã, omnia quæ Verbum videt diſtincte cognoſcere, non autem quæ Verbo ſecundum diuinam cognitionem præſentia ſunt, ipſam comprehendere, ſic enim profecto, & Verbum illa comprehenderet, quod eſt impoſſibile, ſecundum repugnantiam, qua finitum, infinitum comprehendere nequit. Hinc illa inquit. Mea doctrina, non eſt mea, ideſt, omnium rerum notitia, quam habeo, mea eſt, quia Verbo iuncta ſapientiſſima ſum: non autẽ mea eſt, ex me, ſed ex Verbo in quo omnia video, aut non mea eſt, quia non eadem comprehenſione illa dignoſco, qua Verbũ cuncta vt ſibi præſentia comprehendit. Ioanni Duns Scoto quoque viſum eſt, animam Chriſti, omnia in Verbo nocere, ſed nõ ea claritate qua Verbum omnia videt, vnde cum omnium rerum notitia Chriſti animæ communicetur, illaque notitiam talem, vt ſuam ſibi poſſideat, licet non ea claritate qua Verbum poſſidet: inquit; mea doctrina, non eſt mea, ideſt, rerum cognitio in me, mea eſt, ſecundum claritatem, qua finita creatura, cognoſcere poteſt, non autem eſt mea ſecundum claritatem illam, qua Verbum omnia videt; cognoſcit enim Verbum per ſe, ego autem per Verbum. Vt vero magis textus medullam inueniamus, illud memoriæ ſe offert, quod Ieſus apud Matth. 5. dixit. Non veni ſoluere legem, ſed adimplere. Iterumque: Omnia quæ audiui à Patre meo nota feci vobis. Ex quibus elicimus, Chriſtum ſuo aduentu in ſemetipſo legem impleuiſſe, & legis arcana quæ Pater antiquis patribus ſub velamine oſtenderat, declaraſſe. Quid profecto iam die feſto mediante in templo Domini Ieſus docebat? vtique legis abſcondita declarabat. Cumque apud præceptores legis literas eum non didiciſſe Iudæi iam noſcerent, mirabantur, dicentes. Quomodo hic literas ſcit, cum non didicerit? Reſpondit Ieſus, & dixit eis. Mea doctrina, non eſt mea; ſed eius qui miſit me. Ac ſi diceret; quid miramini, doctrinam prædico meam, immo ſic meam, quam ab alio præceptore non didici, ſed profecto non eſt mea, quia litera legis, & prophetarum eſt, ab eo, qui miſit me, per Moyſen vobis, ac per prophetas datam, quamque illi ſub velaminibus cælauere, ipſe in palam annuntio. Occurrit autem hic & dubitatio non ſpernenda, Moyſen vtique antiqui Hebreorũ præceptores aſſerunt, duas à Domino leges accepiſſe, vnam quidem literis mandatam, alteram vero oretenus dictam, quam illi legis interpetrationem appellant. Cum ergo Moyſes haud tantum legem, verum & legis interpetrationem hebreis oſtendit; vt quid Ieſus iterum legem explicare contendebat? huic autem dubitationi reſponſio, haud ſine profundioris myſterij arcano aſſignatur: nam altiſſimum omniũ diuinæ cognitionis gradum poſſidere, id quidem eſſe credimus, ideſt, Deum trinum, & vnum, ideſt, Patrem, & Filium,

Auguſt.

Verbũ Patris doctrina dicitur.

Anima Chriſti omnia videt in verbo.

Io. Scotus.

Matt. 5.

Chriſtus legis abſcondita declarabat.

&

Digitized by Google

Trinitatis cognitio, ſũmus eſt cognitionis gradus. & Spiritum ſanctum cognoſcere, ad quem cognitionis gradum, antiquorum patrum nemo peruenit, atteſtante Chriſto. Nemo nouit filium, niſi pater, neque patrem quis nouit, niſi filius, & cui voluerit filius reuelare. Matth. 11. Hoc igitur Ieſus de lege explicare ſatagebat, quod in lege occluſum adhuc explicatum non erat, ſcilicet Patris, & Filij, & Spiritus ſancti vnam, trinamque deitatem. Atque hæc legis erat intellectio perfecta. Legimus profecto. 3. Reg. 10. quod ad conſpectum Salomonis Regina Sabæorũ, quæ ex Arabia venerat, præ ſtupore non habebat vltra ſpiritum. Myſterium figurans, quòd vetus lex, quæ in Sina Arabiæ data eſt, cum ad Hieruſalem perueniſſet, quæ Eccleſiã deſignat, ſpiritum vltra coram Chriſto poſſidere non poterat, ex ea enim egrediens, Euangelium erat formandum, ſpiritus namque legis Euangelium eſt, quod à Chriſto formatum, Chriſti doctrina dicitur; hinc Ieſus Iudæis reſpondens ait. Doctrina mea non eſt mea, ideſt, Euangelium quod ego prædico, meum eſt, & doctrina mea, non autem mea dicitur, quia ſpiritus legis eſt, qua moriente, ex illa ſuſcepi. Idẽ Rachel Iſraelis ſponſa figurat, quæ cum ſe ſterilitatis opprobrio infectam eſſe cognoſceret, ad pedes Iacob viri ſui lachrimarum fuſione proſtratur, ſic deprecans. Da mihi liberos, alioquin moriar. Gen. 30. quam cum exaudiſſet Deus concepit, peperitque Ioſeph; ad partum autem Beniamin, rebus ceſſit humanis. Ecce myſterium hiſtoria concludit, quod lex vetus ſterilis ſine perfectione, Deo filios parere cupiebat, exaudita, paucos peperit, in fidei Meſſiæ firmitate vita functos, accedente ũero tempore, quo Beniamin filium dexteræ, ideſt, Meſſiam peperit, mortua eſt, tunc Euangelio ſurgente, cumque illud ex lege ſublatum Ieſus prædicaret, ſuum, & non ſuum vocat, ſuum quia ipſe illud in lucem protulit, & non ſuum, quia ex legis viſceribus deſumptum, dicens: Mea doctrina, non eſt mea. Chriſto nempe tantum veteris legis myſteriorum apertio erat reſeruata, iuxta illud ſponſæ. Cant 7. Omnia poma noua, & vetera dilecte mi ſeruaui tibi, ideſt noui, veteriſque inſtituti arcana reſeranda. Ididem figurat Iſaias cap. 6. dum coram Deo duo Seraphim cantantes videt, auditque, quorum vterque canticum idem concinebat, Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus exercituum quiquidem ad duo teſtamenta referuntur, quorum vtrumque idipſum prædicat, vetus ſcilicet, in figura, nouum autem in complemento; cumque Chriſtus veteris teſtamenti doctrinam prædicabat, vtique non ſuam abſolute, ſed eius qui miſit eum repetebat ſermonem; cum vero, eiuſdem teſtamenti myſteria aperiebat, iuxta illud. Luc 8. Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei: ſuam profecto doctrinam explicabat; hinc dicit, mea doctrina eſt myſteriorum ſcripturæ manifeſtatio; non autem mea, quia eius qui miſit me, fuit antiquæ legis inſtitutio. Sic & arborũ fructus, nos quoque dicere ſolemus, huiuſce arboris eſſe, & non eſſe, cum, verbi gratia, ſyluestri ceſpiti, domeſtici fructus inſertio fit, inde naſcentia poma, illius arboris ſunt, quia veluti gẽmulæ in ramis eius orta matureſcunt; non autem illius; quia ſylueſtris radicis alimento creuerunt: ſic & Euangelium ſuper legem Moyſis inſertum noſcimus, cuius myſteria ex legis viſceribus profluunt, vnde Chriſtus myſteria explicans, ſuam doctrinam oſtendebat, at pro quanto myſteria ex antiquæ legis viſceribus deſumebat, non ſuam aſſerebat eſſe doctrinam. Aduenit quoque mihi & altera huiuſce ſententiæ conſideratio, quòd ſcilicet ad quintuplicem ſapientiæ acceptionem poteſt hæc doctrina referri. Eſt enim ſapientia vna increata; ſecunda beatifica, tertia infuſa, quarta ſimplicis intelligentiæ, & quinta acquiſita. Sapientia increata, quæ & notionalis Verbum Dei eſt: quod humanæ naturæ iunctum, diuinæ vnionis myſterium expleuit: vnde ex duabus naturis, vna fuit Chriſti perſona conſtituta: idcirco anima Chriſti à Verbo aſſumpta, eique vnita, inquit. Doctrina mea, ideſt ſapientia increata, cui ego hypoſtatice iuncta ſum, mea eſt, quia ab eo nunquam ſeparabor, ſed non eſt mea, naturali iure, quia à Deo patre eſt, qui eum miſit in mundum, & me miſit ſibi vnitam, vt ſic antiquarum promiſſionum expleantur arcana. Sapientia beatifica illa eſt, qua Angeli, & beatorum animæ omnia in diuinæ eſſentiæ ſpeculo exactiſſime cognoſcunt, cumque anima Chriſti Verbo iuncta, in eo beatificata, cuncta dignoſceret, ſapientiæ beatificæ

Marginal notes: *Matth. 11.* *3 Reg. 10.* *Gen. 30.* *Cant. 7.* *Iſa. cap. 6. Duo Seraphim apud Iſaiã duo teſtamenta figurant.* *Luc. 8.* *Sapientia diuinæ acceptio multiplex.*

Digitized by Google

tificæ claritate dotatam prædicamus. Verumtamen huiuſmodi ſapientiam non ex ſua natura poſſidebat, ſed ex mera Dei gratia, qua verbo iuncta fuit. Idcirco ipſa dicit; Doctrina mea, ideſt, ſapientia beatifica, qua in Verbo Dei cuncta ſcio, mea eſt, quia Verbo iuncta, beatifica claritate gaudeo: non autem mea eſt ſecundum naturam, ſed tantum Dei ſola bonitate, & gratia, qua me ſibi iungere complacuit. Sapientia quoque infuſa creditur illa, qua Deus prophetarum mentes illuſtrare dignatus eſt; quam ſecundum hominum neceſſitatem ſemper diſtribuit, vt iam aperte notum in Scripturis ſacris oſtenditur. Cum etenim neceſſe fuit hominum genus ab aquis diluuij ſaluari, ſapientiam dedit Noe, vt ſalutis arcam ædificaret. Quo tempore ob populi Iſrael ſalutem percutienda erat Aegyptus, ſapientiæ multitudine perfudit Moyſen. Salomon quoque infuſa lætatur ſapientia, vt iam ætate tenera, ſciret ſecundum neceſſitatem populum iudicare. Atque in extrema neceſſitate humana conſtituta progenie Chriſtum Deus omni ſapientiæ fulgore nitentem miſit in mundum, vt gentes ignauia perfuſos, veræ ſapientiæ luce decoraret, vt iam Iſaias dixerat. Ded te in lucem gentium. Sapientiam igitur Chriſtus infuſam poſſidebat, de qua inquit. Doctrina mea, ideſt, ſapientia infuſa, quæ in me eſt, quam Deus prophetis, non ſic altiori gradu, vt mihi pro hominũ releuanda neceſſitate dedit, mea eſt, quia eam poſſideo, non autem mea eſt, ideſt pro mea neceſſitate, ſed pro veſtra illuminanda ignauiæ caligine. Simplicis autem intelligentiæ ſapientia ſoli Deo competit, qui omnia præterita, præſentia, ſimul & futura, ſibi præſentia, ſine diſcurſu, completiſſime videt: huiuſmodi profecto ſapientia in Chriſto erat, ſecundum deitatem, non autem ſecundũ humanitatem idcirco dicens. Doctrina mea non eſt mea: ſapientiam ſimplicis intelligentiæ habere oſtẽdit, vt Deus, non vt homo, ac ſi diceret, ſapientia qua cũcta ſimul agnoſco mea eſt, ſecundum Deitatem, non autem mea eſt ſecundum humanitatem. Alia quoque ſapientia acquiſita dicitur, quæ aut ex doctore communicatur addiſcenti, aut ex experientia fit. Ex doctore quidem aliquid didiciſſe Chriſtum, incongruum imo & falſum eſt dicere, niſi fortaſſe quòd Virgo Deipara, quæ matres ſolent infantulos edocere docuit, vt eſt comedere, loqui, aliaque huiuſmodi. Verum experimento Ieſum multa didiciſſe conſtat, vt Apoſtolus inquit. Heb. 5. Et quidẽ cũ eſſet filius Dei didicit ex his quæ paſſus eſt, obedientiam; &c. Haud enim quid dolores eſſent, perſequutiones, afflictiones, labores, & cætera huiuſmodi filius Dei ſciebat, quæ tamen filius hominis factus experimento didicit. Qua propter inquit. Mea doctrina, non eſt mea, ideſt quam habeo dolorum, laborum, & perſequutionum ſcientia, non eſt mea, quia filius Dei omnino beatus abhiſce immunis eſt; verum mea eſt, quia filius hominis factus, veſtra iniquitate, experimento didici. Sic igitur diuerſa interpetrandi ratione, ambigua Chriſti ſententia explicanda euenit, Addam quoque quod ſapientia Dei per Verbum ſignificatur, verbum autem aliquando rem, & opus deſignat: vt 2 Reg 1. Quod eſt verbum, quod factum eſt, indica mihi. & alibi; quare feciſti verbum hoc? ideſt rem hanc, vbi & verbum, pro re, ſeu pro opere facto accipitur, ſi ergo doctrinam Chriſti pro opere capimus, tunc pulcherrima verborum eius offertur interpetratio. Siquidem vniuerſale Dei opus hæc mundi conſtructio fuit, in cuius creatione Pater, Verbum & Spiritus ſanctus, vno creationis actu, vniuerſum reddidere opus abſolutum; nec ita creauit Pater, aut Filius, aut Spiritus ſanctus vt vnus ſine alio operari videretur, nam opera quæque Trinitatis diuinæ ad extra ſimul coniuncta ſunt, ita vt prima cauſalitas reſpectu quorumcumque cauſabilium, æqualiter Patri, & Filio, & Spiritui ſancto conuenit. Cumque miracula quæ Chriſtus operabatur diuina eius effluebant poteſtate, vtique & Pater cum eo, & Spiritus ſanctus ſimul operabantur, nam & opera Dei ad extra erant: hinc ipſe dicit: doctrina mea, non eſt mea, ſed eius qui miſit me. ideſt, miracula, & opera quæ ego facio mea ſunt, eo quod à me diuina poteſtate complentur: non autem ſic abſolute mea ſunt, vt ab eis Patris mei, & Spiritus ſancti operatio abſcindatur, nam Pater meus, ſimul & Spiritus ſanctus operantur, & ego operor; vnde mea ſunt, & non mea, quia tota ſimul ſanctiſſima Trini-

Chriſtus in terris nihil didicit.

Heb. 5.

2. Reg. 1.

Verbum pro opere ſumptum.

Digitized by Google

tas in illis concurrit. Animaduerſione quoque dignum adeſt, quod huiuſcemodi verborum contextus medius eſt inter affirmationem, & negationem, quia vtriuſque propoſitionis ſpecie participat, affirmat profectò cum inquit, Mea doctrina, & negat cum addit, non eſt mea: vt inde diſcamus extrema Chriſtum ſemper aufugiſſe, vt ſit in æternum medietate iucundus. Quocirca & apud Deitatis naturam, & in creationis operibus, atq; in vniuerſalis redemptionis compleméto, imo in omnibus medietatem ſequutus amplectitur. Cũ etenim Deitatis naturã contemplamur, diuinarum perſonarũ originem, patrẽ agnoſcimus, qui ingenitus à nullo procedit: à quo Verbũ naſcitur, & ab vtroq; Sanctus ſpiritus emanat, cumque Pater primus, & Spiritus ſanctus tertius ſit, medius inter eos Dei filius eſt. At cum Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus vniuerſi molem crearent, duo extrema vitantes ad contemperantem medium cucurrerunt pulcherrimum. Siquidem duplicem in temporis initio mundũ creaſſe conſtat, Angelicum .ſ. ſpiritualem omnino, & qui ſub cælo empyreo mouetur, corporale totũ, atq; hi veluti diuinorũ operũ extrema erant, nec per eos erat orbis abſoluta perfectio vtq; igitur perfectionis mundus pertingeret apicé, homo creatur, tanquam duorũ contemperamentũ extremorũ, qui vt animã quæ ſpiritus eſt poſſidet, Angelico comparatur mundo; vt vero corpus habet vniuerſæ corporalis creaturæ imaginem præfert, ſic ſit, vt homine mediante duo contemperarentur extrema. Ad redemptionis quoque Deus opus deſcendens, profectò medium obtinuit, nam & diuina natura omnium altiſſima, & humana omnino corruptionibus obnoxia, duo extrema putantur, iungitur autem homini Deus, mediatorque naſcitur Dei, & hominum Chriſtus Ieſus. Vtque hoc præſignet in medio duorum animalium in præſepio declinatur, in transfiguratione inter Moyſen, & Eliam glorioſus oſtenditur, in crucifixione inter duos latrones medius exaltatur, & in aſcẽſione inter duos viros, qui in veſtibus albis apparuerunt eleuatus eſt. In legis etiam inſtitutione, duo prius extrema tentauit, vt inde contemperantẽ medium perueniret. Dedit namque Deus naturæ legem, homines nimia libertate relaxans, inde Moyſis legem condidit nimia homines reſtrictione coercens; porrò duo hæc extrema erant, idcirco veniente Ieſu Euangelij legem inſtituit, naturæ libertatem reſtringentem, reſtrictionemque Moſaicæ legis relaxantem: hinc Euangelicus textus habet. Doctrina mea, ideſt Euangelium, meum eſt, & doctrina mea, quæ legem naturæ reſtringit, Moſaicæque iugum relaxat, ſed non mea eſt, quia duobus eſt fundamentis innixa, nam quæ in lege naturæ, & Moyſis arcana cælantur explicat.

Chriſtus in omnibus medietate lætatur.

Homo creaturarum medius.

Lex Euangelica legẽ naturæ, & Moyſis contemperat.

FERIA IIII DOMINICAE IIII. IN QVADRAGESIMA.

TEXTVS.

Et præteriens Ieſus vidit hominem cæcum à natiuitate, & interrogauerunt eum diſcipuli eius. Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus naſceretur? Reſpondit Ieſus; neque hic peccauit, neque parentes eius; ſed vt manifeſtentur opera Dei in illo. Ioa. cap. 9.

Quòd pertranſiens Ieſus, & cæcum illuminans, tranſitum præſignat quo ipſe filius Dei, de cælis ad terram venit, vt cæcum hominem illuminaret; nec non ſinagoga hebræorum repudiũ, vt gentium populum ad fidei vnitatem perduceret.

PRophetarum ſpiritus claritatẽ quis ſatis vnquã moralibus verbis explicare poteſt? vidẽt.n. videntes veluti præſentia ſit futura, vtrinq; etenim Dei claritas eorum ſpiritum illuſtrat. Vnde nec mirandum ſi filij Dei aduentum, ſi Hebreorũ repudium, atque gentium vocationem ſub peregrinationis figura. Ier. 14. deſignat. Expectatio (inquit) Iſrael, Saluator eius in tempore tribulationis. Quare quaſi colonus futurus in terra, & quaſi viator declinans ad manendum? Quare futurus es

Ierem. 14.

velut

Digitized by Google

velut vir vagus,& fortis qui non poteſt ſaluare? His porrò verbis & Meſſiæ expectationē oſtendit,& peregrinationem eius figurat;addit & gentium ſalutem,qui & Meſſiæ fidem receperunt,dum ſubdit.Tu autem in nobis es domine,& nomen tuum inuocatum eſt ſuper nos,ne derelinquas nos.Ante peregrinus Dei filius futurus erat, vt inde gentium ſalus compleretur in orbe:idcirco propheta inquit;quaſi colonus futurus in terra, & quaſi viator declinans ad manendum.haud ſiquidem viator legationem ferens quieſcit,ſed tranſit,vt ibi quieſcat,vbi euenit complenda legatio.Iam legationem æternus Pater filio commendarat,vt quæcumq; ab eo audiuit,gentibus nota faceret,per Iſaiam,dicens.Dedi te in lucem gentium,vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ.Hinc ille iter aggreſſus quieſcere noluit, quouſque ad gentes perueniret, vbi ſibi requies ab æterno parata monſtrabatur:vt illud impleretur.In omnibus requiem quæſiui,& in hæreditate Domini morabor. Requiē profectò inter Iudæos filius Dei quæſiuit,quam nō inueniens,quia in propriā venit,& ſui eum nō receperunt;pertranſijt ad gentes,qui hæreditas domini dicti ſunt:iuxta illud pſ.2.Poſtula à me dabo tibi gentes hæreditatem tuam.Vtque ſui tranſitus myſterium exactius agnoſcatur, ecce cuiuſdam cæci illuminationem deambulatio quædam præcedit,vt legimus:Præteriens Ieſus vidit hominem cæcum à natiuitate Nec cæcinati illuminationem Euangeliſta explicat,niſi per coniunctionis particulam, huiuſmodi hiſtoriam cum præcedenti capitulo continuet. Ait .n. templum Ieſus ingreſſus,vitæ ſuæ puritatem,doctrinæque ſanctitatem his verbis oſtendiſſe. Quis ex vobis arguet me de peccato?ſi veritatem dico vobis,quare non creditis mihi?Hæc & alia huiuſmodi Iudæi audientes,in furorem excitati,lapides tulerunt,vt iacerent in eum, Ieſus autem abſcondit ſe, & exiuit de templo;& præteriens vidit hominem cæcum à natiuitate. Hæc profecto profundiſſimorum myſteriūm continuatio illuſtratur plenitudine.Quorum Rupertus Abbas hoc vnum tangit.Templum Dei quod Ieſus ingreſſus eſt, Deitatis naturā præſignat;eſt etenim diuina natura beatorum templum,iuxta illud Apoc. 21. & templū non vidi in ea,Dominus n.Deus omnipotens templum illius eſt,& agnus. Apparuit ergo Ieſus in templo quando vt Verbum adhuc increatum innocentiam, puritatemq; ſuam, in cælo Angelis oſtendit adorandam,quorum aliqui ſuperbiæ veneno peſuſi, obſtinationis lapides acceperunt,vt quē Deum adorare tenebantur,è ſua ſede deijceret;cuiuſmodi Lucifer extitit,& Angeli eius. A quibus ſe Verbum Dei abſcondens,eoſdē in inferioris tartari baratrum trudens,è medio beatorum ſpirituum deinde præteriens,mundique inferioris domicilia ſubintrans,hominem vidit à natiuitate cæcum.Et recte quidem à natiuitate cæcum,non in natiuitate: nam Deus quem maioris mundi figuram gerentem, vt microcoſmos diceretur hominem creauit, eiſdem ferme luminibus quo maior mundus inſignitus extat decorare ſtuduit. Nempe cum Sol,Luna,Syderaque maioris mundi luminaria ſint,ad horum ſimilitudinem alijs quibuſdam luminibus hominem Deus inſignire lætatus eſt. Adſit quæſo mulier illa,quam Sole amictam, Luna ſub pedibus, ſtelliſq; coronatam Io.Apoc.12.commemorat,quæ ferme naturam præſentat humanam,Sole amictam,quia iuſtitia originali tecta;omnium inimicorum incurſus poterat ſuperare valenter.cui Luna ſub pedibus erat, ideſt ſenſuū defectus rationis poteſtate calcandus: ſtellarumq; corona,vtque intellectus,memoriæ,voluntatiſque claritatem præſignabat. Sicq; in natiuitate,totus erat homo varij ſplendorum fulgoribus emicans: non ergo in natiuitate cæcus. Verum quomodo à natiuitate, ideſt,poſt natiuitate cæcus euaſerit, Ezechiel initium viſionis præfigurat,cum inquit,capi 1.Et vidi & ecce vētus turbinis veniebat ab Aquilone,& nubes magna,& ignis inuoluens, & ſplēdor in circuitu eius. Vbi quatuor hominis cæcitatem operantes oſtendit,ventum.ſ.turbinis,qui Luciferi ſuperbiam deſignat, nubem magnam,quæ diaboli odium figurat,ignem inuoluentem, qui eiuſdem aduerſus homines iram denotat,& ſplendorem in circuitu,qui ſciantiæ boni, & mali lumen homini promiſſum præſignat.Superbia ergo Luciferi,odium, ira, & ſcientiæ promiſſiones, poſt aliquantulum humanæ natiuitatis,extincto iuſtitiæ originalis lumine,cæcum homi

Filius Dei ſicut colonus in terra.

Iſa.cap 49.

Pſal. 2.

Rupert.

Templum Deus eſt.

Apoc.21.

Homo luminaribus inſignitus.

Mulier amicta Sole quid ſignificet.

Ezech.c.1.

nem rediderunt. Idcirco in Euangelio dicitur, quòd vidit Ieſus hominem cæcum à natiuitate, non in natiuitate. Addam quòd filius patris ſemper ſimilitudinem gerit, nec colũba accipitrem, nec ouem leæna parturit; ita non videns Adam, quomodo videntes poterat generare filios? Omnes in Adam peccauerunt, omnes igitur in eo cæci effecti ſunt, & ita vniuerſum hominum genus cæcum Ieſus à natiuitate vidit. Cæcitatem vero Auguſt. tract. 44. in Ioanne pro infidelitate ſumit; ſide Ieſus venerat ad illuminandum omnẽ hominem venientem in hunc mundum, cumque omnes ſub infidelitatis cæcitate manentes cerneret, hominum omne genus à natiuitate cæcum agnouit. Beda autem prætereuntem Ieſum conſiderans, eius innocentiam contemplatur, dum inter homines naſcens, vt hominum peccata deleret, nil peccatorum hominum in ſemetipſo tetigit. quapropter & de eo Dauid cæcinit. Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum, & in via peccatorũ non ſtetit. pſ. 1. Præteriens quoque Ieſus è medio figurarum antique legis (vt Galfridus ait) Synagogam Iudæorum deſerens, populum gentium ſub idolatriæ cæcitate degentem ad illuminandum acceſſit: quomodo autem illuminauerit myſterioſiſſimæ Euangelij textus enucleat.

Auguſt. *Infidelitas cæcitas eſt.* *Beda.* *Galfridus.*

TEXTVS.

Quamdiu ſum in mundo, lux ſum mnndi. Hæc cum dixiſſet expuit in terram. & fecit lutum ex ſputo, & liniuit lutum ſuper oculos eius, & dixit ei. Vade, laua in natatoria Siloe, quod interpetratur miſſus. Abijt ergo & lauit, & venit videns. Ioa. vbi ſup.

Quòd lutum Ieſus ex ſputo faciens, æterni Verbi incarnationem deſignat; ſuper oculos autem litura Apoſtolorum in gentibus prædicationem præfigurat.

QVòd per Iſaiam Deus Meſſiam lucem gentium futurum prædixerat, hoc apertiſſime Ieſus ſuo explicat ſermone, dicens. Quamdiu ſum in mundo, lux ſum mundi. Lux quia & Apoſtolorum interrogantiũ mentes illuminat, & hominis oculos nõ videntis aperit. Ecce iam dubitationis caligo diſcipulorum mentes obuoluit, dicunt etenim. Rabbi, quis peccauit hic, aut parentes eius vt cæcus naſceretur? difficultatem ille ſoluit dicens; Neque hic peccauit, neque parentes eius; ſed vt manifeſtentur opera Dei in illo. At dubitationis originem duplici ex via ſacri doctores ortam fuiſſe eliciunt; ex his ſcilicet primo quæ Deus in Exodo. 20 dixit. Ego ſum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, viſitans iniquitates patrum in filios, in tertiam, & quartam generationem eorum qui oderunt me. Vnde & filium pro parentum peccato cæcitate percuſſum diſcipuli autumantes, dixerunt, aut parentes eius, ſcilicet, peccauerunt vt cæcus naſceretur? Secundo ex his quæ Ieſus, triginta & octo annorũ in infirmitate detento dixerat. Ecce iam ſanus factus es, noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Ioa. 5. Quocirca aut pro peccato ſuo cæcum eſſe credentes, aiunt. Rabbi, quis peccauit? hic, ſ vt cæcus naſceretur? Cuius interrogationis initium porrò inutile oſtenditur, non enim qui in vtero eſt peccare poteſt, niſi quod peccatum originale contrahens, ob antiquæ fæditatis transfuſionem, nulla ei adhibetur voluntas, vt digne valeat ſenſualis pœnæ cruciatu grauari, cum igitur oculorũ cæcitas ad ſenſus pœnam referatur, quam ob originale delictum diuina iuſtitia nõ infert; inanis interrogatio fit. Quis peccauit? hic. Quòd vero pro parentũ peccato, cæcitate percuſſum etiam à natiuitate exiſtiment, rationabilis interrogatio propoſita oſtenditur. Licet enim alibi Deus dixerit. Filius non portabit iniquitatem patris, nam quæ peccauerit anima illa morietur: ad æternæ punitionis ſupplitium, dictum refertur; haud etenim pro parentum peccato æternæ damnationis fili janima ſubſtinebit nam quæ peccauerit anima, in peccato permanens æternæ damnabitur. Temporali tamen ſupplitio pro parentum peccato euenit filius aliquando puniendus, zelus etenim Dei adeo diffunditur, vt in car-

Apoſtolorũ dubitatio. *Exo. 20.* *Ioa. 5.* *Filius non portat iniquitatem patris.*

Digitized by Google

carne filij patris carnem percutiat, cum iam vtraque vna ſit caro: cumque cæcum viderent Apoſtoli obſcuriſſima cæcitate plecti, quæ profecto ad temporalis pœnæ genus refertur, aiunt: aut parentes eius peccauerunt, vt cæcus naſceretur? Quibus reſpondet neq; parentes eius peccaſſe; qui licet humana infirmitate peccauerint, non tamẽ cæcitatis filij peccatũ cauſa extitit: ſed cæcus ille diuina permiſſione natus eſt, vt Dei opera manifeſtẽtur in illo; Quæ vero Dei opa ſint in illo manifeſtanda, miſericordiæ opera puto; nã adeo Pater miſericordẽ ſe præbuit, vt vnigenitũ ſuũ daret ad mortẽ. Filius ergo qui patri coæternus omnino ei ſimilis eſt, & miſericordiæ opera in mundo operaturus acceſſit; hinc ait. Me oportet operari opera eius qui miſit me. Vtq; ſe vere miſericordẽ, ac Dei Patris Filiũ oſtenderet; hæc cũ dixiſſet, expuit in terrã, & fecit lutũ ex ſputo, & liniuit lutũ ſuper oculos eius, & dixit ei. Vade, laua in natatoria Siloe, quod interpetratur miſſus, & ille abijt, & lauit, & venit videns: opuſq; diuinæ miſericordiæ in illo completũ oſtendit. Quid vero huiuſmodi Chriſti acta deſignent, liceat diuino flante ſpiritu contemplari. Nec illud *Rupert.* omnino myſterium tacendum eſſe cenſeo, quod Rupertus Abbas, & Cardinalis Hugo, *Hug. Card.* cæterorumq; doctorum plurimi, ad filij Dei incarnationem declarandã explicant. Quandoquidem Verbum Dei, ex ipſius Dei ore genitum Scriptura proclamat. Ego ex ore altiſſimi prodiui, primo genita ante omnem creaturarum. Eccleſ.24. Sputum ergo cum ex *Eccl. 24.* ore exeat Verbum Patris, ex ore genitum deſignat, ſic itaque ſputum habemus. Hominẽ *Sputũ Patris verbũ eius figurat.* quoque Deus de limo terræ creauit domum ei paradiſum delitiarum conſtituens, qui dũ ſcilicet, homo in Paradiſo manſit, limus bene compactus extitit; at de Paradiſo eiectus, puluis euaſit, cui dictum eſt, Puluis es, & in puluerem reuerteris. Gen.3. Habemus ergo & ſputum, quod filium Dei dicimus, & terræ puluerem, ſcilicet, hominem. Expuit ſiquidẽ *Gen. 3.* in terram Deus, cum filium ſuum miſit in mundũ, fecitq; lutum ex ſputo, cum, Verbũ caro factum eſt. Oculos quoq; linire voluit, cum Chriſti prædicationem gentes doceri conſtituit, inde vt bene videant, baptiſmatis fonte ablui iubſit. Mirabile profecto incarnationis filij Dei in huius ſcemodi Euangelij verbis abſconditur. Apoſtolorum adhuc prædicatio, eiſdem ferme verbis deſignatur, haud etenim prælijs, & armorum ictibus Ieſu Chriſti fidem gentium cordibus apoſtoli infuderunt, ſed leni prædicationis oraculo, diuinæque potentiæ miraculorum operatione. Cumque illæ ad ſacri baptiſmatis fontem acceſſere, omnium extitit illuminatio abſoluta.

FIREIA V. DOMINICAE IIII. IN QVADRAGESIMA.

TEXTVS.

Ibat Ieſus in ciuitatem quæ vocatur Naim, & ibant cum eo diſcipuli eius, & turba copioſa. Luc.7.

Quòd vniuerſi hũmani generis reſurrectio, per aduentum Meſſiæ in Naim quæ mundum figurat abſoluta eſt. Quid autem moralitatis hiſtoria contineat aliqualiter explicatur.

HIſtoriam Ioannes Royardus ad huiuſmodi textus explicationẽ inducit, quam lib 4. Reg. cap. 4. legimus; Sunamitidem mulierem filium habuiſſe ſibi dilectiſſimũ, quo per rura de ambulante, vt ad patrem ſuum pergeret, capitis ille *lib. 4. Reg. cap. 4.* infirmitate percuſſus, meridie vita functus obijt. At ſedula mater ad Eliſeum Dei virum accurens, defuncti iam filij vitam expoſcebat. Cui vt morem Eliſeus gereret, Hiezi puerum accerſiuit, vt baculũ tolleret imperans, quo ſottaſſe ſuper mortui faciem impoſito, ſpiritus vitæ defuncto redderetur. Perrexit Giezi, baculum impoſuit, vt Eliſeus præceperat, & non erat vox neque ſenſus. Acceſſit tandem Propheta, & *Filij viduæ reſurrecti per Eliſeũ.* incubuit ſuper puerum, incuruauitq; ſe ſuper eum, & calefacta eſt caro pueri, ita vt mortuus reuerteretur ad lucem. huiuſce hiſtoriæ myſterium, iuxta orthodoxe interpetratio-

Digitized by Google

nis rationem ſic explicandum puto, quod Sunamitis mulier diuiná præſignat potentiam,
quæ filium ſibi dilectiſſimum in orbis exordio habuit, hominem quippe, qui dum per va
næ mentis rura diſcurreret, vt æqua ſapientia ad Dei patris æqualitatem perueniret, ela-
tæ mentis infirmitate grauatus, meridie vita functus, rebus ceſſit humanis. Ambulabat
Gen. 3. enim ad auram poſt meridiem Deus, quando mortis pœnam Adam incurriſſe declarauit.
Gen. 3. At quæ mater natura omnium parens hominũ filij ſanitatem optabat, iam San-
ctorum Patrũ ore, licet præmortua nimio dolore conſiſteret, ad Deum omniũ miſericor-
diarum patrem cucurrit. Qui ſeruum ſuũ Moyſen accerſens, ei baculũ, quod legem aſpe-
ritate pollentem deſignat, ſumere iubet, vt eacẽ lege ſuper homines poſita in eis fortaſ-
ſe ſpiritus vitæ reuerteretur. Acceſſit Moyſes, legẽ ſumpſit, ſuper humeros impoſuit ho-
minum, iugũ graue nimis: at non erat vox neque ſenſus, nihil enim ad perfectũ adduxit
lex. Acceſſit tandem propheta ille Ieſus de quo ſcriptũ eſt. Prophetam ſuſcitabit Do-
minus de medio fratrũ tuorum, ſimilẽ tui: qui & incubuit ſuper mortuũ, carnẽ vt homo
naſceretur aſſumens, incuruauitque ſe ſuper eum in cruce moriens, cuius expiratione, de-
ſtructa morte, mortuus puer reddijt ad lucẽ. Totumque hoc Euangelij textus oſtendit,
dum de adoleſcentuli cuiuſdã reſurrectione ſermonẽ protendit. Quomodo autem hoc
ex Euangelio habeatur, ecce iam loquendi modus præſignat; ait enim. Ibat Ieſus in ciui-
Naim pulchritudo dicitur. tatem quæ vocatur Naim, & ibant cum eo diſcipuli eius, & turba copioſa. Naim profe-
cto pulchritudo interpetratur, Mundi huius machinam, omni pulchritudine decorá figu-
gurans, vbi filius Dei Ieſus, vt hominẽ perditũ ad vitam reuocaret acceſsit. Cumq; mun-
di limina, ex Maria Virgine factus homo, tetigiſſet, haud ſolus eſſe voluit, ſed ibant cũ eo
diſcipuli eius; ſic nempe erat Eccleſia formanda, ac Sancti Spiritus luminibus replenda.
4. Reg. 2. Vtque figuratus ſic ſacræ Scripturæ figuras implet. Legimus profecto, 4 Reg 2 pxoxi-
mum aduentaſſe diẽ, quo Elias raperetur in cælũ, & Eliſeus diſcipulus eius ꝓphetiæ ſpi-
ritu dotãdus, qui dixit Eliæ: viuit Deus, & viuit anima tua, quia nõ derelinquã te, ierunt-
que ambo pariter. Myſterium vtique Dei filius expleuit, nam prope tẽpus erat, vt tran-
ſeat ex hoc mundo ad patrẽ poſt cuius aſcenſum diſcipuli eius Dei ſpiritu replendi, vt illo
flante, miracula facerent, & ad veritatis lumen gentes adducerent, vtque vero ad operũ
conſummationẽ, à tanto præceptore neceſſaria diſcerent, quem ab initio vnica vocatio-
ne ſequuti ſunt, dimittere noluerunt, hinc ſignanter dicitur, & ibant cũ eo diſcipuli eius.
Didacus. Quòd autem literæ textus infert, & turba copioſa: ſic Religioſos docet (ait Didacus Stel
la) bonis exemplis ſæculares ad viã veritatis inſtruere. Nam ſequitur turba Ieſum, quia
eum diſcipulos ſequi cernebant, quòd ſi diſcipuli Ieſum minime ſequuti fuiſſent, fortaſſe
Bonũ exẽplum neceſſario dandum. nec turbæ apud eum abijſſent: vnde hinc ſæculares Dei timorẽ amplecti noſcimus, quia
& ipſi Religioſos ſanctitatis ſemitas perambulare conſpiciunt; quòd ſi à via veritatis il-
los declinantes aſpicerent, à bonorũ morum ſequela retardarentur. Hoc etiam & paren
tes excitat, optimis moribus filios imbuere, ac Dei timorẽ illos edocere. Nam ſequun-
tur Apoſtoli Ieſum, quorũ exemplo ductæ turbæ quoque ſequuntur: vt hinc doctrinam
parentes ſumant, tunc filios Chriſtũ ſequi, optimiſque moribus pollere, cum parentes Dei
timorẽ habere dignoſcunt, morumq; grauitate fulgere; quòd ſi parentes à Dei timore alie
nos, vitiorumque cumulis repletos agnouerint, & ipſi quoque malorum exemplorũ pra-
Parentes optime filios doceãt. uitate ducti, quæ Dei ſunt abijciunt, omnique turpitudinũ iniquitate replentur. Stant in
cælo ſydera, quorum luminibus mundi inferiora coruſcant; ſic parentes in virtutũ firma-
mento manẽtes, doctrinæ ſanctitate filiorum corda complere tenentur. Prælium ingre-
diuntur audacter milites, cum ducem vident primũ omnium gladium arripientem. Oui-
culæ quoque quæ riuulos aquarũ pertranſire timent, tranſeunte paſtore coram eis, & ip-
ſe torrentes pertranſeunt; ſic & filij quæ parentes ſiue bona, ſiue mala perpetrare noue-
rint, & ipſi perpetrant. Memorabile quidem ſcriptura refert, quòd nunquam filij Iſrael,
vt terram Chananæorum poſſiderent Iordanis fluenta tranſmiſiſſent, ni prius leuitas ar-
cam Domini portantes vadum ante eos ingredi perſpexiſſent. Nec fortaſſe concubinæ

Baltha-

Balthaſar filij Nabuchodonoſor regis Babylonis, vaſa Dei ſacra prophanaſſent in eis bibẽtes, ſimul & Chaldeorum principes, ni prius Regem in illis vina propinantem vidiſſent; ita nec mali, nec boni fortaſſe quidpiam puerulus operari gnorat, niſi quæ parentes perpetrare noſcunt. Studeant ergo bona filijs parentes exempla monſtrare, nam & hoc Euangelij litera ſignat, cum Chriſti diſcipulos apud præceptorem oſtendit ambulantes quorum exemplo motæ quoque ſequebantur, & turbæ.

TEXTVS.

Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur, filius vnicus matri ſuæ, & hæc vidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cũ vidiſſet Dominus, miſericordia motus ſuper eam, dixit illi. Noli flere. Et acceſſit, & tetigit loculum. Hi autem qui portabant ſteterunt. Et ait. Adoleſcens tibi dico, ſurge. Et reſedit qui erat mortuus, & cæpit loqui, & dedit illum matri ſuæ. Luc. vbi ſup.

Quòd tota hiſtoria hæc reſurrectionis filÿ viduæ mulieris, ſpiritum rationalem per Chriſti gratiam, à peccato reſuſcitatum figurat.

MVlieris viduæ iam defunctum filium, licet ante ciuitatis fores mortuũ ſcriptura demonſtret, in domo tamen matris vitam abſoluiſſe putamus. Sic ergo & domũm ciuitatemque, qua adoleſcentulus vita deceſſit agnoſcimus. Nec alibi quidem rationalis ſpiritus moritur niſi in ciuitate, domoque. Ciuitas corpus eſt, cor vero domus ſignificatione monſtratur. Adoleſcentulus ſpiritus eſt, qui in corde febribus grauatus vitam amittit. At quæ iam febres ſint apud Matth. 15. Ieſus explicat dicens. De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta falſa teſtimonia, blaſphemiæ. Hæ ſiquidem peſſimæ ſunt febres, quibus rationalis occiditur in corde ſpiritus, at cum ad peccati conſuetudinem deuenit, extra ciuitatis fores mortuus effertur; iniquorum enim conuerſatio, ex ſemetipſa ſpiritus mortem oſtendit. Vnde mors intrat, inde mortuum ſpiritum effert. Portæ quidem mortis, quinque corporis ſenſus ſunt, per quos mors intrans ſpiritũ perimit, peremptumque impia conuerſatione foris oſtendit; nam ſi auditus vanis verborũ oblectatur nugis, viſus inhoneſtis aptatur, guſtus immoderate cibaria ſumit, odorum odoratus vanitate perfruitur, & tactus laſciuiæ luxu grauatur, vtique ſpiritus intus horrida morte peremptus agnoſcitur. Nec ad vitam poſſet omnino reſurgere, ni Chriſtus ciuitatis portis appropinquaret. Quòd vero filius vnicus rationalis ſpiritus nominatur, acceptionem perſonarũ ſanctam matrem Eccleſiam non facere oſtendit, cui & omnis anima tanquam ſibi vnica fertur. At illa vidua eſt, nam licet Chriſto fuerit iuncta ſponſo, tamen ad tempus ſeparata manet, vt eo plus dona ſuſcipiat, cum iterũ ſponſo in æternum iuncta fuerit, quo diuturnius meritoria elongatione langueſcit. Turba quoque ciuitatis multa cũ illa, & pietatem in defunctos docet, & potentiarum animæ, vt à mortuis ſpiritus reſurgat, fletum excitat. In defunctos nempe pietas, laudabilis etiam ab hominum primordijs extitit. En quàm venerabilis Abraham offertur, qui vt mortuam vxorem Saram honorifice ſepelliret, duplicem ſpeluncam in Hebron emere curauit. Gen. 23. Iſaach, & Iſmaelem pariter ſcriptura commendat, eo quòd honorifice patrem Abraham ſepellire ſtuduerunt. De quibus ait. Et ſepelierunt eum Iſaach, & Iſmael filij ſui, in ſpelunca duplici, quæ ſita eſt in agro Ephron, filij Seor Hethæi è regione Mambræ Gen 25. Iacob adeo laudabili in mortuam Rachelem pietate fulxit, vt ſepulturæ peracto funere adhuc titulum lapideum ſuper ſepulchrum erigeret; inſcriptione hac. Hic eſt titulus monumenti Rachel. Gen. 35. Nec lingua valet Ioſeph in mortuum Iacob patrem ſuum enarrare pietatem; qui & medicis corpus

Filÿ viduæ alleria. *Matt. 15.* *Portæ mortis corporis ſēſus ſunt.* *Pietas in defunctos laudabilis.* *Gen. 23.* *Gen. 25.* *Gen. 35.*

pus aromatibus condere iuſſit: quadraginta dierum curriculo funeris offitia celebrauit in Aegypto;ſeptuaginta diebus mortuum Iacob tota fleuit Aegyptus: omnis Pharaonis domus,cũ curribus,& equitibus ex Aegypto,vſque Hebron in terra Chanaan honore maximo funus detulere lugentes;quod antequam in ſepulcro cõderent, ſeptem dierũ luctus, exequiarumque venerati ſunt. Gen.50. Compleantque mihi mortuorũ honores, Ioſeph ab Arimathea,mulieresſque piæ Chriſti diſcipulæ,quorum alter mundam mercatus ſyndonem,vnguentis delibutum corpus Ieſu in ſepulchro nouiter in petra exciſo condidit, in quo non dum quiſquam poſitus fuerat: aliæ vero, ſcilicet Maria Magdalene, & Maria Iacobi,& Salome,emerunt aromata,vt venientes vngerẽt Ieſum;& valde mane vna Sabbatorum veniunt ad Monumentum. Marc.15. & 16. Vidua ergo mulier quæ multa ciuitatis turba comitante filium cum honore ſepelire ſtudebat, nos in mortuos pietatem docet,vt iam noſtros è vita migrantes cum honore ſepelire ſtudeamus. Animæ quoque potentias ad luctum excitat, vt ſpiritus peccatorum oppreſſione defunctus,lachrimarũ vi diuinam poteſtatem flectente,iterum vitæ lucem ſuſcipiat. Orat enim pro animarũ Eccleſia ſalute,ſed quæ turba ciuitatis flentem comitatur,potentiarũ animæ multitudinem, orationem,luctumque ſumere, vnanimiter cum Eccleſia deſignat: ſicque facilius diuina accedente pietate ſpiritus reuiuiſcit. Legimus nempe Hebreorum populũ Aſſueri Regis ſententia morti dannatum,pro quo Heſter Regina Dominũ orauit aſſidue,at ceu orationum lachrimarumque ſuarũ effuſio inſufficiens videretur, voluit & populũ orationibus, ieiunijſque vacare,ſicque mortis extitit abolita ſententia. Ididem quoque Iudith vidua orationum ieiuniorumque onus pro liberanda Bethulia ſuſcepit,vniuerſumque ciuitatis populum ieiunis,præcibuſque vacare præcepit;quo facto,& hoſtes quidem fuſi ſunt,& ciuitas ab euerſionis periculo erepta eſt: ita ferme vidua plorat,ciuitatiſque turba cũ fletu plorantem ſequitur; vt inde noſcamus, Eccleſiã quotidie coram Domino lachrimarũ effuſione pro animarũ ſalute perfundi,verum & potentiarũ animæ quoque turbã cum fletu Eccleſiam imitari debere,vt facilius diuina pietas,ad ſpiritus ſalutẽ,miſericordiæ oculos conuertere dignaretur. Ecce iam plorantem viduã Dominus aſpiciẽs, miſericorditer ad pietatem inclinatur, Euangelij textu proclamante. Quam cũ vidiſſet Dominus miſericordia motus ſuper eam dixit. Noli flere. Optima quidẽ tria huiuſmodi litera cõtemplanda miniſtrat;primum eſt, quòd Dominus flentẽ mulierem vidit. Secundũ quòd ſuper eam miſericordia motus eſt;& tertium,quòd ei dixit noli flere. Domini quidem viſio pietatem oſtendit,nam quæ Dominus oculis miſericordiæ vidit,pietatis fructibus inſignire delectatus eſt. Legimus nempe Agar Abrahæ ancillam,afflitiones in domo Dominæ ſuæ ferre non valentẽ aufugiſſe;cumque ſic anxio ſpiritu in deſerto moribũda forte maneret, vidit Dominus mulierculæ affliſtionem, miſitque Angelũ,vt ei ſolatiũ tribueret: cui dixit. Reuertere ad dominam tuam,& humiliare ſub manu illius. Et rurſum; Multiplicans(inquit)multiplicabo ſemen tuũ, & non numerabitur præ multitudine. Ac deinceps: ecce(ait)concepiſti,& paries filium, vocabiſque nomen eius Iſmael,eò quòd audierit Dominus afflictionem tuã. Totumque hoc ſolatij,& miſericordiæ in mulierem opes, ex Dei pia viſione fluxit: vnde & ancilla dixit. Tu Deus vidiſti me. Gen.16. Cum maxima quoque filij Iſrael in Aegypto vexatione præmerentur,videns Deus,Saluatorem miſit Moyſen,nec aliunde miſericordiæ opus Deus ipſe declarat, niſi quod vidit. Sic inquiens. Vidi afflictionẽ populi mei in Aegypto. Exo.3. Eademque pietatis viſione,Tobiæ Dominus cæcitatẽ abſtulit. Tob.12. Annæ ſterili fœcunditatẽ dedit.1.Reg.1. Fugientem Eliam cibo muniuit. 3.Reg.19. Viduam quoque mulierẽ filij morte languentẽ, verbis,opereque ſolatur. Quam ſic amaro animo reſpiciens,ſuper eam miſericordia mouetur. At ſi miſericordia dolor quidã eſt,cordiſque compaſſiua ratio,qua ſuper proximi miſeriam pius aliquando condolet homo,& Deus nec dolore affligitur, nec affectione præmitur,cũ iam ſit infinite beatus,cur miſericordiæ fons prædicatur,& eſt? At ſi creatæ,increatæque miſericordiæ differentiã ſcrutamur, vtique alia Deus miſericordia pollet, & alia

Gen.50. *Marc.15. & 16.* *Oculus Dei flentibus miſericordiam miniſtrat.* *Gen.16.* *Exo.3.* *Tob.12.* *1.Reg.1.* *3.Reg.19.* *Miſericordiarũ differentiæ.*

Digitized by Google

alia homo; creata enim miſericordia, quæ in homine eſt, aliquali ſemper eſt annexa com-
paſſiuo dolori, quam Deū habere impoſſibile eſt; at increata miſericordia quæ in Deo eſt,
nulla affectione miſcetur, ſed voluntas benefaciendi dicitur, qua Deus ægenti beneface-
re deliberat; atque ea in æternum pollens, ſemper miſericordiarū pater, & fons oſtendi-
tur. Chriſtus vero cum Deus, & homo ſit duplicis miſericordiæ munere inſignitus oſten-
ditur; humana nempe miſericordia compaſſiua pietate, eſt in plorantem viduā affectus,
diuinaque pietate ægenti miſereri decreuit; idcirco humana miſericordia motus dixit.
Noli flere, & diuina miſericordia benefacere deliberans, ad mortuū adoleſcentulum exci
tandum acceſſit. Cur autem noli flere imperat, cum iam ipſum aliquando fleuiſſe noſci-
mus? Fleuit profecto ciuitatem videns Hieruſalem, cuius euerſio imminebat iam prope. *Luc. 19.*
Luc. 19. Lazari quoque mortis putredine obtecti, mærore confectus in lachrimas ruit. *Ioan. 11.*
Ioan. 11. Imo cū clamore valido & lachrimis in horto orauit ad patrem. Sapiens etiam *Luctus in mortuos pius eſſe debet non immoderatus.*
ſupra mortuū modicum plorare monet, quoniam defecit lux eius. Verum immoderatas
lachrimas Card. Hugo Chriſtū prohibere aſſerit, non pias, quibus modicū ſupra mortuum
plorare fas eſt. Aut fortaſſe mortuus ille euenit nimio dolore plorandus, qui præſentis
vitæ lucem amittens, iterum ad lucē redire deſperat. Quoniam non reſurgent impij in
iuditio, neque peccatores in conſilio iuſtorum. Pſal. 1. At qui ad tēpus præſenti luce pri- *Hugo Card.*
uatus, melioris vitæ lumen acquirit, in æternū victurus proprio corpore ſperans, nullate- *Pſalm. 1.*
nus pro mortuo plorari conuenit. Hinc & paruulum Dauid, quem ex Berſabee genuerat,
vita functum videns, flere non auſit, nam ad patres appoſitum æternæ vitæ lumen ſuſcep
turum fore ſperauit, Abſolon vero, quem in iniquitate periſſe cognouit, inconſolabili fle-
tu ploraſſe iam conſtat. Reprehendit quoque Angelus in ſepulchro flentem Mariam La-
zari ſororem. Mulier (inquiens) quid ploras? Ioan. 20. Ac ſi diceret, qui viuit, quique bea *Ioan. 20.*
tus, plorandus non eſt, tu autem cur viuentem, beatumque plorans? Prohibet ergo Mu-
lierem Ieſus ne fleret, inquiens; Noli flere, quia defunctus filius, non erat in morte manſu- *Filius viduæ ſuſcitatus Mathias Apoſtolus.*
rus, ſed ad vitæ lumen reuocatus, æternæ vitæ in futurum poſſeſſione dotandus, ferunt ete
nim huius ſcemodi viduæ filium, Apoſtolum fuiſſe Mathiam. Quo dicto, accedens Ieſus te
tigit loculum. Miſericordiæ tactus ecce quàm à tactu diuinæ iuſtitiæ diſtat. Tetigit Moy
ſes Aegyptiorum terram, aquaſque, quarum vna putreſcens, ranas genuit, locuſtas, cini-
pheſque, & altera portentu mirabili futuræ Aegyptiorum interfectioni, in ſanguinē ver-
ſa eſt. Exo. 7. & 8. Cumq; Oza arcā Dei tangeret, à Domino tactus, ſtatim fuit morte per- *Exo. 7. et 8*
emptus: grauis namq; diuinæ iuſtitiæ manus efficitur. At quæ miſericordiæ tactu Deus
tangere dignatur, ſemper aliquid ſuperne virtutis acquirunt. Aures namq; ſurdorum teti-
git Ieſus, quibus auditum intulit; oculis ab eo tactis viſum redidit, mutorū oribus vocem,
leproſæ carni ſanitatem, tangenſque mortui loculum, eundem cōpellat ad lucem. At nec
vocem reſurrectionis emittit, ni prius qui mortuum portabant ſtetiſſent, vt nobis notum
inde fiat, quòd quæ hominum facinora animam ducunt ad mortem, quieſcere oportet,
ideſt peccatorum nequitiæ dimittantur. Tunc nempe Ieſus clamat; Adoleſcens, tibi di-
co, ſurge, & ſpiritus rationalis peccatorum morte peremptus, redit ad vitam, quem San-
cta mater Eccleſia, in ſinum letabunda ſuſcipit. Sic igitur adoleſcentuli mors reſurre-
ctioque, rationalis ſpiritus mortem, reſurrectionemque preſignat.

FERIA VI. DOMINICAE QVARTAE IN QVADRAGESIMA.

TEXTVS.

Erat autem quidam languens Lazarus à Bethania, de caſtello Mariæ, & Marthæ ſororis eius. Maria autem erat, quæ vnxit Dominum vnguento, & exterſit pedes eius capillis ſuis, cuius frater Lazarus infirmabatur.

Digitized by Google

mabatur. Miſerunt ergo ſorores eius ad eum dicentes. Domine, ecce quem amas infirmatur. Audiens autem Ieſus dixit eis. Infirmitas hæc non eſt ad mortem; ſed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam. Ioa. cap. 11.

Quòd peccatorum remiſsio in Lazari reſurrectione figuratur: cuius biſtaria allegoria intellectus mortem per peccatum, eiuſque reſurrectionem, per pœnitentiam deſignat.

Auguſt.

INter admiranda Chriſti domini miracula, Lazari reſurrectio (ait Auguſt. tract. 49. in Io. maxime prædicatur, nempe quæ ſpiritualem hominum reſurrectionem deſignat. Aliorum autem ſacræ Scripturæ interpetrum plurimi, cur Chriſtum quærunt tres mortuos ſuſcitaſſe conſtat? qui licet verbis diſſonent, idem tamen referre videntur. Gregorius ſiquidem tres mortuos, tribus delictorum generibus refert, & qui tres mortuos ſuſcitauit, tria peccatorum genera condonare dignatur. Peccati primũ genus eſt praua cordis cogitatio, diciturq; cordis peccatum, iuxta Saluatoris dictũ Matth. 15. De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, furta. &c. Secundum oris deliquiũ eſt, iuxta illud. Qui dixerit fratri ſuo racha, reus erit iuditio, & qui dixerit fatue, reus erit ghẽnæ ignis. Tertium conſummationis facinus eſt, quod operis peccatum dicitur, vt inquit Iacobus. Peccatum cum conſummatum fuerit generat mortem. Hæc profecto tria delictorum genera condonare dominus dignatur, remiſſionis peccatoribus ſpem tribuens, in eo quòd tres mortuos huius ſcemodi peccatis reſpondentes ſuſcitat. Primum etenim defunctorum omnium, quem è mortuis Ieſus excitauit filia fuit Archiſynagogi, quæ in interiori domus cubiculo mortua, animæ mortem deſignat, cordis peccato inditam, quam Ieſus eiecta turba ſuſcitat, vt veniæ peccatoribus ſpem tribuat, qui cordis deliquio, diuinam ſæpe pietatem lædunt. Secundum mortui cadauer extra portam ciuitatis offertur Naim. Luc. 7. peccatum oris deſignans, quo Deus læditur, ſimul & proximus, quod extra oris ianuam oſtenditur, illud quoque ſuſcitat dominus, vt qui oris deliquio peccant, veniam ſe conſequuturos cum pœnitent, certiſſime credant. Tertium adhuc, & iam putrẽs cadauer, Lazari corpus in monumento fætidum occurrit, quod operis peccatum figurat, & hoc quoque remittit per pœnitentiam dominus, dum remiſſionis eius figuram in Lazari reſurrectione præſignat. Aut fortaſſe tribus delictorum generibus diuinam quotidie lædimus pietatem, occulto. ſ. facinore, publico, & ſecundum conſuetudinem conſummato, quorum vnumquodque per pœnitentiam, remiſſione dignum credimus. Nam & dominũ noſcimus his tribus peccatis correſpondentes, tres mortuos ſuſcitaſſe. Filiam ſiquidẽ Archiſynagogi in domo excitauit, peccati occulti remiſſionem deſignans; Adoleſcentulum extra portam ciuitatis Naim vocauit ad lucem, deliquij publici, ſe veniam præſtaturum oſtendens; Et Lazarum in ſepulchro fætidum adhuc vocat ad vitam, vt qui peccandi conſuetudine delinquunt, cum eos pœnituerit, veniam conſequuturos eſſe ſciant. Amos vero cap. 1. ad quartum vſque diuinam flecti miſericordiam negat; Super tribus (inquiens) ſceleribus Damaſci, & ſuper quartum non conuertam eum. Quod & Chriſtus deſignauit aptiſſime, quidam etenim ex diſcipulis eius, dum eum ſequeretur, eius patrẽ ad ſepulchrũ efferentes vidit, qui domino dixit. Dimitte me, vt ſepeliam patrem meum. Cui dominus ait. Sine mortuos ſepelire mortuos tuos. Hæc profecto diſcipulus domino dixit, fortaſſe putans, quòd aut eum ad ſepeliendũ dimitteret, aut miſericordia motus, mortuum ad vitã reuocaret; quorum vtrumque negatum noſcimus, quia nec mortuum dominus excitauit ad lucem, nec diſcipulum ſepulturæ paternæ offitium celebrare permiſit. In congruum. n. erat, & omnino execrabile vt qui Chriſtum ſequitur, damnatorũ curam gereret, hinc noſcimus pro damnatis nos exorare Deum non teneri: nam qui tantum ſepulturæ offitium à Domino, vt expleret poſtulabat non exauditur; imo reprehenditur, vt mortuos ſinat, dictum eſt ei, ideò à beatitudinis vita alienos, mortuos, . ſ. damnatione peremptos ſepelire.

Gregorius. Tres mortui à Chriſto ſuſcitati quid ſignificent.

Matth. 9.

Luc. 7.

Quare Chriſtus quartũ mortuum noluit ſuſcitare.

Nec

Digitized by Google

Nec mortuum ſuſcitauit Ieſus, vt inde noſcamus, ad tertium vſque peccatum diuinã miſericordiam flecti, ad quartum vero non peruenire. Condonat quippe dominus, cordis, oris, operiſque peccatum, aut occultum, publicum, conſuetudinariumque facinus, quia iam in ſignum mortuos tres ſuſcitare dignatus eſt; at quartum obſtinationis facinus nunquam dimittit, in cuius figuram mortuum quartum ſuſcitare noluit. Lazari autem reſurrectio omnino admirabilis eſt, tum quia opus in ea inſigne oſtenditur; tũ etiam, quia plura myſteriorũ arcana deſignat. Sedet mihi profecto huius ſcemodi textus allegoria, quòd languens Lazarus in Bethania, de caſtello Mariæ, & Marthæ ſororis eius, languentem deſignat intellectum, qui & conſummato peccato vſque ad fætiditatem moritur. Nam Lazarus amicus Dei dicitur, vt iam Saluator ait; Lazarus amicus noſter dormuit; Deus autem veritas eſt, nec quiſquam in regno animæ adeo eſt veritatis amator, ſicut intellectus, cuius obiectum veritas eſt, idcirco & Lazarus humani intellectus; figuram gerit. Caſtellum vero in quo languens iacet, animæ rationalis ſubſtantia eſt; quæ & Bethania dicitur, ideſt obedientiæ domus, nec ad aliud rationalis anima corpori infunditur, niſi vt Deum diligat, eique obediat, vt in conſummatione tandem illo fruatur. Intellectus quoque ſorores per Mariam, & Martham deſignãtur, ſcilicet voluntas quæ dilectionis radix eſt in Mariã quæ Dominũ diligens plus cæteris ardebat, figurata: & memoria quæ ad Dei miniſteria ſollicita ſit, quam Martha figurat, circa frequens Domini Miniſterium occupata. At voluntas exactius in Dominũ dilectionem oſtendit, cum vt dilectionem probaret, ad operis exhibitionem deuenit. Quòd quidem Euangeliſta refert, dum inquit. Maria autem erat, quæ vnxit Dominum vnguento, & exterſit pedes eius capillis ſuis. Vnguentũ amor eſt, qui dum ad Deum dirigitur, perfecta ſanitate intellectũ, voluntatem, memoriamque colluſtrat; quo à veritate diuertente, intellectus, Dei colluſtratione priuatus languet. Miſerunt ergo ſorores eius ad Ieſum. Alibi hoc quoque notaui, particulam ergo, concluſionem ex præmiſſis effluentem demonſtrare; quænam præmiſſæ ſunt hæ, vt dicatur Lazarus languet, ergo miſerunt ſorores eius ad Ieſum? vtique recta induceretur concluſio, ſi forſitan ſic diceretur: Lazarus languet, ergo periclitatur ad mortem, & melius quàm dicere; languet Lazarus, ergo miſerũt ſorores eius ad eum. At certe ſenſum particula reſpicit, non concluſionis fluxum: vt ita literæ intellectus ſumatur. Sanitas Lazari à Chriſti pendet præſentia, diſcedit à Bethania Chriſtus, igitur Lazarus ſanitatem amittit, nec ex ſe poteſt ad id quod erat reuerti, neceſſe eſt ergo, vt mittatur ad Chriſtum, ſicque particula illa ergo literæ ſenſum explicans, infirmitatis rationem oſtendit. Eademque euenit in allegoria interpetratio; nam tota intellectus humani ſalus, è diuina pendet per gratiam aſſiſtentia, quæ aduentante peccato recedit, nec intellectus ſua mere naturali virtute iterum poteſt ad ſalutis ſtatum reuerti, niſi miſericorditer Deus pænitentis acta reſpiciens ad eum iterum declinare digentur, mittunt ergo ſorores eius ad Ieſum, quando voluntas, & memoria pænitentes, intellectus ſanitatem procurant. Vere etenim Deus pænitentes diligit, vt textus literæ ait. Diligebat Ieſus Martham, & ſororem eius Mariam, & Lazarum. Vnde & ipſe quoque confidenter dicere poſſunt. Domine ecce quem amas infirmatur. Verumenimuero quid Chriſti reſponſio veritatis habet, cum inquit: infirmitas hæc non eſt ad mortem, cum iam & Lazarum ad mortem corruiſſe noſcimus? Hoc profecto Chriſoſtomus, Rupertus, & Auguſtinus ponderant, quorum ſolutio licet alijs verbis, in idem tamen incidit. Infirmitas ad mortem non eſt, quia in morte manſurus non erat, ſed ad vitam reuocandus; cuius reſurrectione inter homines filius Dei glorificandus erat. Hinc & Ieſus ait. Pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam. Vbi Auguſtinus teſtatur, tract. 49. in Ioan. Talis (inquiens) glorificatio ipſius non ipſum auxit, ſed nobis profuit. Tunc quidem manſit in eodem loco duobus diebus. Ecce iam non reſpondent vltima primis; amoris proprium eſt, ſollicitum amantem redere; Lazari Sorores infirmãtis neceſſitatem ſub amoris lege explicant; quem amas infirmatur; Euangeliſta quoque amoris reflexum indicat; diligebat (inquiens) Ieſus Martham, & ſororem eius Mariam, & Lazarũ, attamen

Lazari ſuſcitati allegoria.

Lazari ſanitas pendebat à Chriſti præſentia.

Chriſoſt. Rupertus. Auguſt.

Mori Lazari fuit pro gloria Chriſti.

Digitized by Google

amoris impetus,nil reluctare videmus;nam qui ſollicitum ad infirmantis auxilium redde re debuerant,iam ſegnitie pigreſcere cogunt;quia tunc manſit in eodem loco duobus die bus. Quòd quidem nec myſterio vacat;quid deuotæ mulieres petunt? fratris vtique ſanitatē,quam diſtulit Ieſus reddere, vt amoris dona perſoluat. Omnia quæ habet homo dabit pro dilectione,& quaſi nihil deſpiciet eā. Cant.8. Omnia quæ Chriſtus habet,quis explicare valet? cum iam & eum loquentem audimus. Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo. Matth.11. Verum vno vocabulo,omnia quæ Chriſtus habet Ioannes comprehendit dicens. In ipſo vita erat,Ieſus itaque vita eſt,& in eo vita eſt, ſanitatem dare diſtulit,quia vitam tribuere volebat,vt igitur iuxta amoris legem omnia det,vitam dando, non ſtatim abijt, ſed manſit in eodem loco duobus diebus. Tertia autem die dicit diſcipulis ſuis,eamus iterum in Iudæam. Ad tertiam profecto diem vſque, aduentus Chriſti in animam differtur;prima etenim dies qua intellectus diſponitur ad ſalutem,contritio, intrinſecuſque conſcientiæ dolor eſt;ſecunda,peccatorum per os confeſſio,& tertia debitorum ſatiſfatio,quam cum homo perficere ſtudet,vere,pænitens,& venia dignus cenſetur. Obſtupeſcunt qui Altiſſimi arcana non noſcunt,cum Deum ad peccatores accedere ſciunt;dicuntque. Nunc quærebāt te Iudæi lapidare,& iterum vadis illuc? Iudæi Ieſum lapidantes humanorum ſenſuum figuram referunt, qui vt Iudæorum nomine fulgeant, Deum laudare,verbis,operibuſque tenentur;at econtra quem dictis cōfitentur,operibus negant,negantesque lapidū conquaſſatione percutiunt. Sub quibus intellectus dormiens moritur,vt iam aperte Chriſtus ait. Lazarus mortuus eſt. Nec diſcipulorum Chriſti reſponſio valet;ſi dormit ſaluus eſt;qui etenim ſub peccati vmbra quieſcit mortuus eſt;cui diabolus,vt libet illudit;inſidiaturque. Scimus vtique dormienti,Noe,Cam filium illuſiſſe, dormientique Siſaræ, Iael vxorem Heber Cinæi ferreum clauum malleo temporibus infixiſſe. Iud.4. Et dormiente Iona,qua ferebatur nauiculam vſque ad demerſionem periclitaſſe,Ion.1. Quemque legimus patrem familias in Euangelio dormientem, inter triticum ab inimico homine diſſimenatum lolium reperiſſe. Matth. 13. Malum eſt ergo intellectum ſub peccati vbra, ſuiipſius oblitum ſonno quieſcere. Nec ad ſuperna eleuari queit,qui peccati ſopore grauatur. Piſces maris ſquamis obtecti(Chriſoſtomus ait)pontus vndas ſupernatant,qui vero ſine ſquamis ſunt,profunda maris incolunt:ita qui ſæculi huius fluctus pertranſire contendunt,ſquamis tegi neceſſe ſit,ideſt,legis ſubiacere præceptis qui vero abſe præceptorū iugum aufert,ad profunda deſcendit, quouſque vt dormiens,Ionas proijciatur ad mortem. Diſcipulorū autem obiectioni Chriſtus reſpondet. Nonne duodecim horæ ſunt Diei? Siquis ambulauerit in die non offendit, quia lucem huius mundi videt; ſi autem ambulauerit in nocte offendit, quia lux non eſt in eo. Prouerbium hoc familiare apud Hebreos fuiſſe,Nicolaus Lyranus ait,cumq; Chriſtus ſæpius in prouerbijs loqueretur,& hoc quoque hebreorum vſus eſt, ac ſi diceret, duodecim horarum interuallo,diuerſæ eueniunt Diei mutationes, in quibus & humana voluntas quoque mutari ſolet,volebant hiſce iam præteritis diebus me Iudæi lapidare,nunc autem nolunt. Sic ergo humanorū actuum mutationes deſcribit, vt ſenſus qui malis operibus ſub peccati vmbra intellectum dormientem detinebant, per conſcientiæ remorſum ad bonum reuertentes,à Deo viſitari mereantur. Venit itaque Ieſus & inuenit eum iam quatuor dies in monumēto habentem. Adſunt profecto in huius ſcemodi quaternario myſteria explicanda non pauca. Nicolaus Lyranus Lazari reſurrectionem quarto die abſolutam ad Aopoſtolorum confirmationem refert, iuxta id quod Chriſtus dixerat. Lazarus mortuus eſt,& gaudeo propter vos,vt credatis. Nempe Chriſtus reſurrectionem ſuam à mortuis,tertia die abſoluendam promiſerat,at tertia die Lazarum reſuſcitare negligit,vt illo iam quarta reſurgente die, argumentū à minori ad maius diſcipuli inde deſumerent, dicerentque, ſi potuit Ieſus Lazarum à mortuis quatriduanum excitare, multo magis & ſeipſum triduanum ſuſcitare valebit. Rupertus autem totum hoc ad Chriſti honorē pertinere autumat,nam ſi tertia fuiſſet die Lazarus à mortuis reuocatus,reſurrectionis Chriſti glo-

Differt Ieſus Lazarū ſanitatē reſtituere. *Cantic. 8.* *Matth. 11.* *Iudæi ad ſenſus referuntur.* *Dormiens ſub peccato mortuus eſt.* *Iud. 4.* *Ion. 1.* *Matth. 13.* *Chriſoſt.* *Nicol. Lyra.* *Duodecim horæ diei.* *Nicol. Lyra.* *Quatuor dies mortis Lazari quid indicent.* *Rupertus.*

Digitized by Google

ſti gloriam ſibi vendicaſſet; decuit ergo Chriſtum ſolum tertia die à mortuis reſurgere, vt Dominus, quarta vero die Lazarum excitari, vt ſeruus. Galfridus quarta die Lazarum à *Galfridus.* morte ſuſcitatũ putat, ne Chriſtus à Iudæis calumniari queat; nam infirmitates quædam ſunt, quæ ſopore correptum ægrotantem detinent, vſque ad biduũ integre, & ad triduum vſque ſomnus aliquando protenditur, at cum triduum ægrotantes ingrediuntur, ſomni ratio deficit, & mors vera probatur, multo magis ergo mortuus eſt, qui per quatriduum ſine ſenſu proſtratur, vſque quòd putreſcat, & fæteat, cuiuſmodi Lazari mors extitit cum igitur Ieſus quatriduanum, putridũ, atque fætoris corruptione putrẽtem è ſepulchro viuum reſurgere iubet, omnino Iudæis calumniandi anſa tollitur, ne potius dicerent ab infirmitate ſanatum, quàm à morte ad vitam reuocatum. Vult quoque Rupertus Lazari reſur- *Rupertus.* rectionem quarta die abſolutam, vniuerſalem mortuorum reſurrectionẽ in nouiſſimo iuditij magni die complendam figurari. figurationis autem ratio ex his quæ Chriſtus agit *Reſurrectio vniuerſalis in Lazaro figurata.* deſumitur; nam duobus diebus vltra Iordanẽ Chriſtus manſit, tertio die iter aggreditur, & quarto mortuum in Bethania Lazarum exitat; quo noſcamus, duos requiei dies ſtatum naturæ, & legis Moyſis deſignare, quando de futura reſurrectione nullum adhuc ſignum aduenerat: licet enim mortuos Eliam, Eliſeumque ſuſcitaſſe ſcriptura commemoret, glorioſæ reſurrectionis inditium per eos non habebatur, eo quòd ad vitam reuocati, ad mortem iterum erant remittendi: tertius quo Chriſtus dies iter aggreditur, legis Euangelicæ ſtatum deſignat, quo futuræ reſurrectionis initia in Chriſti perſona iam monſtrata ſunt; at quartus quo Laxarus reſuſcitatur dies, futuræ gloriæ ſtatum figurat, quando mortui de corruptione ſurgent incorrupti. Auguſtinus autem tract. 49. in Ioannem, in Lazari reſur *Auguſt.* rectione quarto iam die completa, ſpiritualem omnium reſurrectionem ſignificari aſſerit. Habemus etenim & nos quatuor mortis noſtræ dies, in quibus pius Ieſus mortuos à *Quatuor dies mortis ſpiritualis.* morte eripit; primus eſt conceptionis dies, cum in peccato concepti, nobiſcũ mortis vincula portamus; ad ſecundum diem in mundo nati deuenimus quando ad præcepta naturæ tenemur, nec illa ſeruare curamus; tertius adeſt mortis dies, cum moralia Moyſis præcepta ſub peccati pæna complere tenemur, quorum obſeruantiam deſpicimus, quartus tandem mortis aduenit dies, cum Euangelicæ legis quoque præcepta obſeruare negligimus, & tamen vere pænitens reſurrectionem ſuſcipere meretur. Hinc puto Bernardus *Bernard.* ſerm. de Aſſump B. Mariæ Virg quatuor mortis Lazari dies, ad pænitentiam refert, qua peccatrix anima reſurgit à morte, primam (inquiens) timoris eſſe diem, qua nimirum irra *Dies pænitentiæ quatuor.* diante cordibus noſtris peccato morimur, & quoddammodo ſepelimur in conſcientijs noſtris; ſecunda (ni fallor) agitur in labore certaminis, ſolet nempe inter primordia conuerſionis acrius inſurgere tentatio prauæ conſuetudinis, & vix extingui poſſunt iacula ignita diaboli: tertia nihilominus doloris eſſe videtur, dum recogitat quis annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ; nec tàm laborat declinando futura, quàm præterita plangendo deplorat. Miraris quod hos dixerim dies? ſed ſepulturæ debẽtur, dies nebulæ, & caliginis, dies luctus, & amaritudinis, ſequitur dies pudoris non diſſimilis tribus, quando iam horribili confuſione operitur anima miſeranda: dum nimis conſiderat quæ, & quanta deliquerit, & in oculis cordis tetras verſat imagines peccatorum; tunc Deus animæ peccatrici pie compatiens inquit. Lazare veni foras, illamque à peccati morte liberat. Verumenimuero nec Lazari Ieſus reſurrectionem perficit, ni prius Martha, & Maria aduenientes cum fletu dicant. Domine ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus. Vere cum Ieſus in anima adeſt, intellectus non moritur, idcirco vt Ieſus adueniat, lachrimis debet plorare voluntas, memoriaque ſimul, quibus flentibus ſpes reſurrectionis porrigitur, cum dicitur, reſurget frater tuus. Nec ante delictorum confeſſionem reſurrectio perficitur, ait enim Ieſus; Vbi poſuiſtis eum? ac ſi diceret, à rectitudine deuiaſti voluntas, recordationemque beneficiorum Dei abſte proieciſti memoria, quo circa intellectus mortuus, & vbi poſuiſti eum dicite. Dicunt profecto, veni & vide: quis poteſt Domine peccati ſtatũ enarrare, niſi tu qui ſolus ſapiens es. Erat autem ſpelunca, & lapis ſuperpoſitus erat ei. Hic

Digitized by Google

Lapis ſepultura obſtinatio eſt.

locus mortis eſt, ſpelũca peccati, quæ eo plus horribilis eſt, quo obſtinationis lapide clauditur; idcirco vt valeat intellectus reſurgere, ait Ieſus; Tollite lapidem, ideſt, obſtinationis duritiem auferte, vt poſſit mortuus ad vitam remeare. Quo ablato Ieſus ait. Lazare veni foras, & ſtatim prodijt qui fuerat mortuus. Cætera quæ textus litera enarrat, boni lectoris ingenio contemplanda remittuntur.

SABBATO DOMINICAE IV. IN QVADRAGESIMA.

TEXTVS.

Iterum loquutus eſt, eis Ieſus dicens. Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ. Ioan. cap. 8.

Quòd per ea, quæ de viſibili Sole ab antiquis dicebantur, Chriſtus Sol, omni Sole nobilior oſtenditur.

Solis, & Nili adoratio vnde orta.

Nili fluminis ſacrificium.

Euſebius.

Serapis in Aegypto fuit ſtatua Ioſeph.

Pulchritudo Ioſeph filij Iacob.

Gen. 49.

QVos pulchritudinis ſplendore venuſtos obtinuit antiquitas, adeo laudibus celebrauit, vt nec Deorum ſortem adeptos aſſerere dubitaret, quandoquidem Dianam, Venerem, Adonidem, Narcyſſum, alioſque per multos, ob nimiam corporis formoſitatem, infra Deorum numerum conſtituit: quocirca adeo pulchritudinis æſtimatio inualuit, vt & inſenſibilibus quoque diuinitatem aſcriberet. Legimus ſiquidem apud Aegyptios, Solem Deorum omniũ Deum fuiſſe putatum, ceu qui formoſitatis decore, Deos excelleret omnes; quibus Soliferæ Deitatis eo plus inualuit opinio, quo Solem cauſatorum omnium cauſam eſſe putarunt. Cui & flumen Nilum coeua deitate ad omnium rerum creationem ſociũ addiderunt. Videbant quippe (Diodoro, Eliano, alijſque plurimis referentibus) Nilum fluuium aquarum inundatione (ſicuti adhæc vſque tempora fit) Aegypti vniuerſam obtegere tellurem; cumque deficientibus aquis ad ſolitos ſui curſus argines fluuius reduceretur; camporum paludibus aqua putrentibus, Solis actiuitate, putridæque materiæ paſſione, ignotas animalium ſpecies generari, ad falſum ſui iuditij culmen accurrentes, dixerunt. Duo vniuerſi molẽ cõplentes Dij ſunt, Sol ſcilicet, & Nilus, qui ſicut hodiæ putreſcentibus terris aquarũ operimento diuerſas animalium ſpecies producunt; ita & in orbis initio, cum terra perfectiori natura pollebat, omnium animalium ſpecies condiderunt. Qua propter pateram auream Aegyptiorum Sacerdotes quotannis Nilo fluuio libantes, ſeptem dierum curſum libationum celebritatem abſoluebant; Soli vero tanquam non inferiori, ſed cæleſti Deo inſigniora conſtituerunt libationũ genera. Fuit igitur apud Aegyptios Sol diuinarũ ceremoniarum cultu, tum ob pulchritudinis venuſtatẽ, tum ob effectuũ multitudinem ſui gratia profluentem adoratus. Duò quoque ad Serapim adorandũ, Euſebio Ceſarienſi teſte, mouerunt Aegyptios, pulchritudo ſcilicet, & beneficium. Fertur enim Serapim nil aliud fuiſſe, niſi Ioſeph filij Iacob patriarchæ ſtatua. Cum etenim Aegyptus tota ſeptennij fame præmeretur, Ioſeph Pharaonis ſomnia interpetratus, vniuerſa Aegyptiorum frumenta in Regis horrea congregans, ſeptennio famis adueniente tempore, Aegyptũ à morte liberauit, cuius rei gratia, ſtatuam ei Aegyptij dicantes, Serapim appellarunt; cui ſpicarum manipulos libantes offerebant. Altera quoque Serapis ſtatuæ erectionis cauſa extitit, ipſius Ioſeph pulchritudo eximia, cuius ſpeciei decorẽ Aegyptiæ mulieres admirãtes, quo tẽpore Ioſeph, vt ſui principatus offitio fũgeretur, ꝑ plateas ciuitatis deambulabat, parietum culmina aſcendentes domorumq; portas, feneſtraſq; petẽtes, ſolo pulchritudinis illius intuitu iucundabantur: vnde hanc eadẽ pulchritudinis Ioſeph venuſtatẽ, patriarcha Iacob nouiſſimos vitæ terminos pertiugens, liberis ſuis benedicens, cõmemorat, dicens. Filius accreſcens Ioſeph, filius accreſcens decorus aſpectu: filiæ diſcurrerũt ſuper murũ. Gen. 49. Sic igitur, vt vniuerſalis beneficij apud Aegyptios memoria permaneret, ac mulieribus,

Digitized by Google

bus, Ioſeph diligentibus mos geratur, vt Deus ille ab Aegyptijs ſtatua donatus, diuino cultu ſub Serapis nomine veneratus eſt. Sæpius quoque decoros forma Scriptura collaudat; nam & Abraham nouimus Saræ vxori dixiſſe. Noui quod pulchra ſis mulier. Geneſ. 12. Quòd & Rebeccæ dixit Iſaach cum ad peregrinandum in Gerare deſcẽderet. Gen. 29. De Rachele quoque dicitur, quòd erat virgo pulcherrima. Gene. 29. Nec non & Dauid in ipſo iuuentutis flore pulchritudinis venuſtate laudatur, cũ de eo Scriptura inquit. Erat Dauid vir rufus, & decorus aſpectu. 1. Reg. 16. Addam quoque quòd & Abſalon qui ſui temporis vniuerſos impiiſſima iniquitate præcelluit, ob pulchritudinis decorem, his verbis Scriptura commendat. Non erat vir pulchrior illo in omni Iſrael, à veſtigio pedis, vſque ad verticem capitis, non erat in eo macula. 2. Reg. 14. Quo circa haud mirum profecto ſi cæteris, in Scriptura, Meſſiæ enumeratis virtutibus, adhuc & nimia pulchritudine commedatur, cum de eo ſic dauidicus hymnus reſonat. Speciosus forma præ filijs hominum, diffuſa eſt gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum. pſa. 44. Imo & Euangeliſtæ tranſfigurati Meſſiæ pulchrituoinem literis mandare cupientes aiunt. Reſplenduit facies eius ſicut Sol. Matth. 17. Idcirco Ieſus, vt vera quæ de eo ſcripta fuerant oſtenderet, ipſe quoque ſuo ore, mundi lucem ſe eſſe demonſtrat inquiens. Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me non ambulat in tenebris. Mirum quidem, Solem ſe non dicit eſſe, ſed lucem, eſt etenim Sol corpus nil de ſpiritualitatis natura participans, lux vero, licet corpus omnium nobiliſſimum Auguſt. 1. de gen. ad lit. autumet, nil tamen de corporeitatis natura ſubſtinet, imo fulgoribus omnia corpora replet: Chriſtus ergo Solem ſe nõ dicit eſſe, ſed lucem, ne hunc viſibilem Solem eum quis eſſe putet, quo deinde fuit Manicheus deceptus errore; lucem autem ſe dicit eſſe, vt eum credamus Sole longe nobiliorem, qui vt immortalis Deus omnia replet. Quòd ſi eum huic viſibili Soli aſſimilari licet, ex his quæ de Sole proclamauit antiquitas, ſupra cæleſtem Solem, Solem hunc qui ab ortu mouetur, indeque ex Occaſu, continuo motu vnde occiderat in ortum reuertitur, & luminis formoſitate, & ſubſtantiæ natura, vt Creatorem creaturam in infinitum excellere agnoſcemus. Qui Solis encomia literis mandare curarunt, plurimos ex priſcis, neotericiſque iam vidimus; at qui profundius in Sole myſteriorũ quorundam arcana deſignarunt, profecto Aegyptios, Chaldeoſque primos liquido fuiſſe conſtat. Quandoquidem ex ſitu primo Solis excellentiam laudibus extollere cæperunt Quorum Chaldei, Solẽ in planetarum meditullio conſiſtere dixerunt, vt ſuo cuncta venuſtet ſydera fulgore. Aegiptij autem orbis medium Solis ſedem conſtituerunt, vt ſic omnibus æque naturæ rebus dominari queat. Tria igitur planetarum ſydera ſupra ſolem, at tria ſub Sole Caldei ſita declarant, quorum ſuperiora Saturnus, Iuppiter, & Mars, inferiora vero Venus, Mercurius & Luna ſunt. At Aagyptij quinque ſupra Solem eſſe dicunt, .ſ. Saturnum, Iouem, Martẽ, Venerem, & Mercurium: ac quinque ſub Sole, .ſ. Lunam, ignem, aerem, aquam, tellurem que. Num fortaſſe huius ſcemodi Solis ſitus, Chriſti excellentiam inter omnia creata præſignat? Sic vtique, nam Ieſus quò ad humanitatis portionem, ſupra ſe tria, totidemq; ſub ſe habet. Supra Chriſti humanitatem nil creatum conſiſtere poteſt, niſi in creata natura, quæ diuinis tribus eſt ditata ſuppoſitis, .ſ. Patre, Verbo, & Spiritu ſancto, & hæc tria tantum Chriſti humanitatem omni nobilitatis excellentia ſuperant: Quæ vero creata ſunt ipſa ſuperat Chriſti humanitas, cum etenim creata quæque triplici partitione diſtinguantur, .ſ. in ſpiritualem, corporalem, mediamque creaturam, quæ eſt Angelus, Corpus, Homo, ſiquidem Chriſti humanitas, ſupra Angelorum, corporum, hominumque natura locata eſt, nam Dei verbo iuncta, omnia creata calcat. Quòd autẽ in orbis meditullio Aegyptij Solem conſiſtere aſſerunt, ideſt ſuper Lunam & hoc quoque Chriſtum Deum omnia gubernantem explicat. Vt etenim Dei filius hominem perditum redimeret ſuper Lunam ſtetit, quando in Maria Virgine, pulchra vt Luna, Lunæque in ſacris codicibus aſſimilata, carnem aſſumens natus eſt homo: Lunam que Sol ipſe condiderat, in matrem ſibi eligere voluit, iuxta quod pſaltes cecinit. Homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam altiſſimus. pſ. 86.

[Margin notes: *Gen. 12.* *Gen. 29.* *1. Reg. 16.* *2. Reg. 14.* *Chriſtus pulchritudine commẽdatus.* *Pſ. 44.* *Matth. 17* *Auguſt.* *Sol in medio planetarum aut ſupra Lunam cõſtruitur.* *Solis ſitus Chriſti excellentiam præſignat.*]

Pſ 86. pſ 86. Vt autem redemptum in vitam conſeruaret, ſuper Lunam quoque ſtat, quæ eccleſia eſt, Lunæ configurata, de qua myſtice ſcriptũ reperimus. Sicut Luna perfecta in æternũ; teſtis & in cælo fidelis. pſ. 88. *Pſ 88.* Sic ergo ex Solis ſitu iuxta Chaldeorũ, Agyptiorũq; doctrinam, Chriſti filii Dei excellentiam venari licet, vt ſi pro luce Solem accipimus, ſumma veritate ab eo dictum noſcamus. Ego ſum lux mundi. *Orpheus. Solis encomia.* Qui vero inter priſcos magis Solis encomia celebrare nititur, Orpheus omnium maximus oſtenditur, qui hymno de Sole, hæc huiuſmodi lampadis encomia canit. Sol oculus mundi eſt, cælorum lumẽ ſupereminens, cæleſtia ſimul & mundana temperans, ſuauiſſima harmoniæ concordia, cæleſtes regit motus, ipſe dominus mundi eſt, immortalis Iuppiter, ſigillum habens, quo omnia naturæ ſignat entia, æternæ intelligentiæ filius, à quo bona cuncta proueniunt. Quid amplius ex Orphei dictis in Sole deſiderare poſſumus, cum profecto ex huius ſcemodi dictis, ad mirabilia de Chriſto contẽplanda mens eleuatur? Chriſtus profecto oculus mũdi eſt, *Chriſtus Solis habet titulos.* qui præterita præſentia ſimul & futura vnico intuitu videns adhuc ad humanas diſcerendas cogitationes deuenit, hinc ipſe dicebat. Amen dico vobis quia capillus non præteribit de capite veſtro. Iterumque veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt. Matth. 10. *Matth. 10.* ac ſi diceret, oculus mundi ſum, vſque ad interiora cordis penetrans, bonas prauaſq; hominum cogitationes dijudicans. Idemque teſtatus eſt Paulus: Omnia (inquiens) nuda, & aperta ſunt oculis eius. Lumenque adeo ſupereminens filius Dei eſt, vt Deum de Deo, lumen de lumiue, lucemque de luce apparuiſſe, ſacra decantet Eccleſia. *Sap. 7.* Quem etiam Salomon lucis æternæ candorem appellat. Sap. 7 Candor lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula, & imago bonitatis illius. Quòd ſi Solem Orpheus cæleſtium, mundanorumque motuum temperatorem appellat, hinc quidem argumentari licet, vt iam Chriſti fides ſanctiſſima docet; ſolo Chriſtum lucrandi deſiderio, adeo irrationales ſenſuum motus moderari, vt quicquid Chriſti amore patiendum ratio præcipit, illi cópleant; vnde Chriſti virtute, ſenſus obedieus, rationi ſubijcitur: atque ſuauiſſima harmoniæ concordia, ſic ſenſus, ratioque in homine cohabitare videatur, vt Ieſum, qui habitare facit vnanimes in domo, cæleſtium animæ motuum moderatorem, ductoremque eſſe dicamus. Vere mundi dominus Ieſus eſt, nec vt Sol iſte viſibilis, qui annua ſui motus mutatione terrenana ſcientia corrumpit, & generat: ſed qui vitam electis incorruptibilem tribuit; cuius poteſtas æterna in cælo terriſque refulget, vt ipſe dixit. Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra Mar. vlt. & Io. *Apo. 19.* Apoc 19. filiũ Dei vidiſſe teſtatur, qui in fæmore ſcriptum habebat, Rex regum, & dominus dominantium. Qui & immortalis Iuppiter dicitur. nam ex mortuis reſurgens iam non moritur, & mors illi vltra non dominabitur. Atq; qui ſunt eius noſcẽs, eos veluti ſigillo quoddam ſignat, vt filij Dei dicantur, & ſint: dedit enim poteſtatem hominibus, filios Dei fieri. Ioa. 1. *Ioa. 1.* Cuius imaginis ſignaturam pſaltes exprimens ait. Signatũ eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. pſ. 4. *Pſ. 4.* Quòd autem Ieſus æternæ intelligentiæ filius ſit, vniuerſa quidem ſcriptura teſtatur, & nos quoque alibi declarauimus. Inquã tandem vt Orpheus docet, quòd omnia nobis à Sole bona proueniunt, non tamen ab hoc viſibili Sole cenſenda, ſed ab inuiſibili, & ſupra naturali Sole Chriſto, omnia nobis ſũt bona collata: cum etenim nobis Deus Pater Filium dediſſet, omnia cum illo quoque dedit, qui & illi omnia dederat, iuxta id quod idem Ieſus dixit. Omnia mihi tradita ſunt à patre meo. Matth. 11. *Matth. 11.* De Sole quoque hoc viſibili aliqua Plato diſſerens, ait, filiũ ſummi boni Solem eſſe, *Plato.* qui & ſũmi Dei in hoc mundano tẽplo ſtatua dicitur. Quærã ex his igitur, cuius filius Chriſtus eſt? nonne ſũmi Dei, vt ſcriptũ eſt. *Pſ. 2.* Dominus dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te. pſ. 2 Quod & Deus Pater ipſe teſtatur inquiẽs. *Pſ 109.* Tecũ principiũ in in die virtutis tuæ, in ſplendoribus ſanctorum, ex vtero ante Luciferum genui te. pſ. 109. Apertiuſq; ſupra Iordanẽ dixit. Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene cóplacui. *Matt. 4.* Matth. 4. Cum ergo Deus ſummum bonum ſit, & Chriſtus quoque ſummi boni filius eſt. Qui haud Dei ſtatua tantum, ſed expreſſa Dei figura, & imago in hoc mundano templo fuit, vt Apoſtolus aſſerit. Qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius. Imo expoſcen-

Digitized by Google

poſcenti Philippo; Domine oſtēde nobis Patrem, & ſufficit nobis, reſpondens ipſe dixit. Philippe, qui videt me, videt & patrem meum. Ioan 14. nam & ipſe imago patris in hoc mundo erat. Adeſt quoque & Marſilij Ficinij libro de Sole doctrina notabilis, quòd in ſolari globo ſanctiſſimæ Trinitatis figura quoddammodo relucet, qui etiam Angelorum ordines in ſuimetipſius natura demonſtrat. Tria etenim in Sole coruſcāt, fæcunditas ſcilicet, qua ſolaris radius gignitur, radius genitus, & calor qui ex radiorum reflexione, Soliſque ſubſtantia producitur: idemque in Sanctiſſimæ Trinitatis natura eſt. Eſt nempe in Patre æterno fæcunditas, qua ex ſemetipſo Verbum gignit, Verbum item genitum, & Spiritus ſanctus, qui calor ex vtrorumque ſcilicet Patris, & Filij amoris reflexione producitur. Angelicæ quoque mentes tribus Hierarchijs diſtinctæ dicuntur, quarum ſuprema Patri, media Filio, & tertia Spiritui ſancto tribuitur, tribus quæ Soli inſunt correſpondentes, fæcunditati, ſcilicet radio, atque calori. Quarum ſupercæleſtium Hierarchiarum, vnaquæque tribus Angelorum ordinibus abſoluitur, ita vt ſuprema Seraphim, Cherubim, & Thronos habeat, media, Dominationes, Virtutes, & Principatus, ac tertia Poteſtates Archangelos, Angeloſque. Sic & tria quæ in Sole ſunt, tribus quoque ordinibus, in vnaquaque partiuntur. Nam fæcunditas ad tria fertur, ad rationabilia animalia, irrationabilia, & plantas. Radius cuius luce cuncta videntur, ad trium colorum diſcretionem extenditur, nigrum, ſcilicet, album, & quod ex dictorum extremo genus medium conflatur. Calor item Solis ad tres fertur operationes, quia aut reſtringit, aut mollificat, aut temperat. Sic ergo tota trium Hierarchiarum Angelorum ſimilitudo abſoluitur. In Chriſto quoque tanquam ſupereminentiſſimo Sole fæcunditas eſt, radius, & calor. Fæcunditas quidem, quia fidelium animas ſacri baptiſmatis fonte regenerat. Radius quo ſuorum mentes illuſtrat, de quo & ipſe dixit. Spiritus vbi vult ſpirat, & vocem eius audis, & neſcis vnde veniat, aut quo vadat. Ioan. 3. Et calor quo hominum corda in Deum, & proximum amoris igne ſuccendit: vt iam proprio teſtatus eſt ore. Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi vt ardeat. Luc. 12. Quòd autem in eo cunctæ ſint Angelorum virtutes, iam & ſui nominis natura declarat, dum magni conſilij Angelus appellatur. Sic ergo in his quæ de viſibili Sole dicuntur, Ieſus Sole lucidior omnique virtute præclarior oſtenditur, qui rectè de ſeipſo ait. Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me non ambulat in tenebris. Magna tamen inter viſibilem Solem, & Chriſtum differentia proponitur, nam viſibilis Sol occidens, cuncta caliginibus inuoluta relinquit; at Chriſtus in cruce occidens animas in tenebris illuminauit ſedentes; ac ex mortis occidēte reſurgens pleniſſimo luminis ſui ſplendore, vtriuſque ſtatus illuminauit Eccleſiam.

Ioan. 4. *Marſ. Fic.* *Sol ſanctiſſimam Trinitatē præmonſtrat.* *Angelorum ordines in Sole deſignati.* *Solis influxus ad tria feruntur.* *Ioan. 3.* *Luc. 12.* *Solis, & Chriſti differentia.*

Quòd Chriſtus lux mundi ſit, ac ex viſibilis Solis effectibus, & ipſe quoque allegorice Sol mundi dicitur.

AD Euangelij literam, ſi Chriſti verba perpendimus, quibus inquit; Ego ſum lux mundi profectò, ad calumniam Phariſeorum deſtruendam diriguntur. Adduxerant enim coram eo mulierem in adulterio deprehenſam, vt vel eam iuxta legis rigorem, mortis pœna puniendam declararet, aut legis rigore dimiſſo, immunem omnino dimitteret, vt vtriuſque ſententiæ iuditio accuſationis ſemitam euadere nequeat. Quam ſi fortaſſe dimiſiſſet, tanquā legis deſtructor imprompe tu aduerſus eum accuſatio inſurgeret; ſi autem morti iudicaſſet dannandam, ſuæ doctrinæ contrarius, oſtenderetur, qui pietatem prædicans, aſperitatis nimiæ reprehendendus præberetur. Vt vtraque Ieſus calumniæ ſemitam effugeret, quam condennandam Phariſei putabant, ipſorum iuditio remiſit; qui ſine peccato veſtrum eſt (inquiens) prius in illa lapidem mittat. Huiuſmodi propoſitione propoſita erubeſcentes receaunt, cumque adhuc mulier coram eo ſtaret, nec qui ad mortem eam dijudicaret inueniretur, pia Chriſti voce, libertate donatur; vnde ſicut Solis præſentia tenebrarum caligines deſtruuntur, ſic diuino Chriſti aſpectu phariſeorum euanuit caliginoſa calumnia. Idcirco ait: ego ſum lux

lux

lux mundi ac ſi diceret, Sol tanquam mundi oculus omnia videt; at qui ſupra Solem eſt, interius penetrans, vſque ad intimas cordium cogitationes diiudicandas ingreditur, quid ergo Phariſei calumnijs me tentare contenditis, cum iam ego lux mundi ſim? in adulterio conprehenſam libertate donaui, nam qui ſequitur me non ambulat in tenebris. Seu verborum huius ſcemodi myſteria tangentes, aliud in eis deſignatum enarrare decebit. Mundus nempe, vt Auguſtinus ait, lib. Enchiridion ad Laurentium. 26. vniuerſum genus deſignat humanum, cuius lux Chriſtus eſt, iuxta Iſaiæ oraculum. Dedit te in lucem gentium, quòd exactius Ioannes oſtendit, inquiens. Ipſe eſt lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Porrò qui in tenebris ſedet, lumine æget, nec denſior peccato valet reperiri caligo, cumque vniuerſa generis Adæ progenies, ſub peccato maneret, atteſtante Paulo. Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes pertranſijt, in quo omnes peccauerunt, nec peccati tenebra aliunde deſtruenda eueniebat, niſi per filiũ Dei qui lucis æternæ candor eſt, quo mundi tenebras ingrediente, omnia clariſſima luce perfudit, iuxta Zachariæ vaticinium. Illuminare his qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedent. Luc. 1. Mundi lucem, ideſt, vniuerſi generis humani illuminatorem ſemetipſum oſtendere volens, ait. Ego ſum lux mundi. Origenes vero in diuerſis Matth. locis. hom. 2. Mundo ſacram Scripturam comparat, quam Ieſus ſua prædicatione illuſtrauit. Legimus quidem in creationis orbis primordia caliginibus, omnia obuoluta fuiſſe, nam tenebræ erant ſuper faciem abyſſi. Gen. 1. nec mundi creaturæ viſibiles ſe præbere valebant, niſi lucis adueniente beneſitio, dixitque Deus fiat lux, & facta eſt lux, & diuiſit Deus lucem à tenebris. Gen. 1. Quærat quiſpiam igitur, cur legem daturus Deus, Moyſi dixit, Veniam ad te in caligine nubis? Nonne quia lex, vniuerſuſque ſacræ Scripturæ codex, profundiſſima Dei arcana figuratum caliginibus obſignabat? atteſtante Paulo; Omnia in figuris contingebant illis. Sic ergo tenebræ figurarum erant ſuper faciem abyſſi, ſacram obtegentes Scripturam. Dixit autem Deus fiat lux, quando filium ſuum ſuum miſit in mundum, qui Euangelicæ prædicationis lumine, ſcripturæ abſcondita manifeſtabat; plenius autem eam vere intelligentiæ lumine colluſtrauit, cum diſcipulis ſenſum aperuit, vt intelligerent ſcripturas. Luc. 24. Cuius rei gratia, ipſe quoque Patri gratias agens dixit. Confiteor tibi pater, qui abſcondiſti, hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Matt. 12. Qui ergo ab initio ſacram Scripturam condidit, caliginibus obuoluens, eam vere interpetrationis intelligentia illuminans, ſacræ Scripturæ lux dici voluit, quòd ſuis verbis oſtendit. Ego (inquiens) ſum lux mundi. Hieronymus quoque ſup. Iſa. 14. Militantem Eccleſiam mundum appellat, cui & myſtice ad ſtipulatur Ioannes 1. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, vbi & mundum factum, ideſt, militantem Eccleſiam per Ieſum formatam nemo dubitat. Hæc profectò in Adæ, vxoriſque Euæ creatione, tum naturali, tum ſupra naturali quoddam fulgore decorata, primi parentis deliquio lumen amittens tenebris obtecta, veluti vidua nigris operta veſtibus in tenebris permanſit. Cumque filios ſub Meſſiæ fide genitos omnino deperderet, deſioribus quotidie obſcuritatibus obuoluebatur; lucem tamen ab æterno ſibi prædeſtinatam expectans, Venit igitur Ieſus in mundum, quo diſcipulorum collegio congregante, viduitatis veſtibus abiectis, cæpit Eccleſia conſurgere, quodque lumen ſibi promiſſum expectabat inuenit. Cui & Iſaias dixit. Surge illuminare Hieruſalé, quia venit lux tua, & gloria Domini ſuper te orta eſt. Illuminans ergo Ieſus Eccleſiam, lux mundi, ideſt, Eccleſiæ dicitur. Hieronymus item in Epiſt. ad Cyprianum. Mundum rationali animæ refert, quæ peccatorũ caligine tecta, alio non poteſt lumine purgari, niſi quo Sol Chriſtus radio refulget, naſcitur enim originali tenebra inuoluta, peioribuſque caliginibus per vitæ curſum obuoluitur, Chriſtus aſtat, omnia Sacramentorũ lumine purgans, quo circa lux mundi dicitur, ideſt, rationalem animam illuſtrans. Nec à veritate abſonum eſt, Ieſum ſenſibilis mundi lucem eſſe, & hoc quantum ad diuinitatem dico. Scimus enim Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, mundũ hunc ſenſibilem, hoc ordine creaſſe, Pa-

Auguſt. *Mũdus generi humano refertur.* *Luc. 1.* *Origen.* *Sacra Scriptura mũdo cõparata.* *Gen. 1.* *Luc. 24.* *Matt. 12.* *Hieron.* *Eccleſia mundus dicta.* *Ioan. 1.* *Hieronym.* *Anima humana mũdus dicitur*

Digitized by Google

Chriſtus quomodo Sol mundi eſt.

Eccl. 18.

ſe, Pater ſcilicet, cui potentiæ attributũ adeſt, dicens imperraſſe, vt quæ non erant fiant; Dixit enim & facta ſunt. Filius cui attributum ſapientiæ datur, quæ Patris imperio, ſecundum materiam tantum creata ſunt, iuxta Sapientis dictum; Qui viuit in æternum, creauit omnia ſimul, ad formarum diſtintionem, ſecundum vniuſcuiuſque naturam, ſua ſapientia perduxit, ordinauitque: vt ſcriptum eſt; omnia in ſapientia feciſti, Pſal. 103. Cunctorum vero perfectio, Spiritus ſancti bonitate adfuit. Fateor quidem in his, ſemper vnicam Patris, Filij, & Spiritus ſancti actionem reluxiſſe, quia opera Trinitatis ad extra indiuiſa ſunt. Erant ergo in materia, ſine forma creaturæ, quaſi in tenebris inuiſibiles, dixit Verbum fiat lux, propriam formam quibuslibet tribuens, tuncque viſibiles effectæ ſunt, formarum ergo tunc eas luce illuminauit. Inquiens itaque, ego ſum lux mundi, idem eſt, ac ſi dixiſſet, ſapientia ego illa ſum, in qua facta ſunt omnia, atque per eam formarum luce coruſcant. Cumque inter alias creaturarum formas, Soli quoque lucem dediſſem, per quam ſenſibilis iſte mundus illuminatur, vt ſic cuncta, mea luce reſplendeant. Ego ſum lux mundi. Addam etiam quòd lux mundi filius Dei eſt, vnumquodque creaturarum genus ſui luminis participatione coruſcat, vt per creati luminis veſtigiũ, ad ſui luminis claritatem eximiam agnoſcendam aſcendamus. Sic profeſto Paulus ait. A creatura mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. Nam inter Angelos, qui maiori Dei lumine fulgent Seraphim æſtimantur, in quibus increati luminis veſtigium maximũ elucet. In cælorum natura, qui maiori lumine fulget, Sol eſt, qui fons inferioris lucis dicitur, illeque increatæ lucis veſtigium ſummopere præſentat. In elementis promicat ignis, in animantibus ſolus intellectus elucet humanus, in plantis, palma fertur ad Solem referri, inter lapides pyropus, & inter mineralia aurum; nec aliquid interentia quæque reperiri valet, in quo ſplendidiſſime increati luminis veſtigium non eluceat: cumque omnia ſic à ſummo lumine, qui filius Dei eſt, fulgoribus decorentur, eundem mundi lucem eſſe exactiſſime conſtat. Illud quoque proponam, quod quæ viſibilis iſte Sol corporaliter operatur, etiam Chriſti operationes per allegoriã dicuntur. Sol etenim fætida purgat, & corruptioni obnoxia, ne corrumpantur quoddammodo præſeruat; at quis animæ rationalis fæditates purgat, eamque ne æterna, morte pereat præſeruat, nonne Ieſus, qui dixit: Veni vt vitam habeant, & abundantius habeant? Ioan. 10. Sol ad noſtra propinquans terre naſcentia viuificat, qui à nobis decedens omnia mortificat, vt in vere patet, ſimul & Autumno: ſic & Chriſtus nobis appropinquans vita influit, quo à nobis decedente, mors in foribus adeſt, vt Salomonem pro eo dixiſſe noſcimus. Qui me inuenerit, inueniet vitam, & omnes qui me oderunt diligunt mortem. Prou. 8. Solis præſentia cuncta lætantur, qua priuata miſſerrime langueſcunt; ita & Chriſti præſentia ſolatiũ diſcipulis inferebat, quo in cruce decedente langore preſſi morabantur abſcondite. Temporum Sol varietates diſtinguit, & hoc quoque in Chriſto nouimus, qui ſuo aduentu vtriuſque legis tempora diſtinxit. Calidas exalationes (Ariſtotile referente) ad extremum aeris Sol eleuat, ibique cæleſtibus incendit ignibus; & Chriſtus quoque calentes Dei amore animas eleuat, vſque ad mentis exceſſum, quas diuinis ignibus inflammat. Atque vt ita dicam Sol ſimilia congregat, & diſſimilia diſgregat, vt in luto patet, cui terra inſpiſſatur, iuxta ſimilares partes, & aqua, quia diſſimilis eſt, ſegregatur: quod Chriſtus in nouiſſimo complebit die, ſimiles ſibi in bonorum operum imitatione, complectens; diſſimiles autem in ignis pænam detrudens. Sic ergo Chriſtus lux mundi eſt.

Omnia à Verbi Dei luce clareſcunt.

Solis operationes multæ.

Ioan. 10.

Prou. 8.

Ariſtoteles.

DOMINICA IN PASSIONE.

TEXTVS.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Ioan. cap. 8.

Quòd Chriſtus ex propria ſuiipſius natura omnino impeccabilis fuit.

Digitized by Google

OPtimi præceptoris Paulus Apoſtolus veſtigia ſequutus, cũ iam ſibi profectus
eſt Aſia immineret, à Mileto ſcribens Epheſum, illius Eccleſiæ maioribus,
ſic legimus alloquutum. Argentum,& aurum, aut veſtem nullius concupi-
Act. 20. ui, ſicut ipſi ſcitis: quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum
ſunt,miniſtrauerunt manus iſtæ. Act. 20. Vnde lætantem Chriſti diſcipulum
noſcimus,quòd ſuæ legationis expleto miniſterio,neminem ſuiipſius gratia grauatum re-
linqueret. Huiuſcemodi vero exemplum vnde ſumpſerit ſcimus: Mam ſalutiferæ paſſio-
nis imminente tempore, quo Dei filius ex hoc mundo ad patrem erat tranſiturus, ne
quempiam ſuæ conuerſationis grauatũ oſtenderet, in templo coram Deo,quaſi villicus,
ſuæ villicationis rationem redere ſtudens,dixit. Quis ex vobis arguet me de peccato? ſi
Num. 16. veritatem dico vobis quare non creditis mihi? Figuram ſiquidem hæc verba pronũtians
explens;nam & Moyſes quoque coram Deo dixit. Tu ſcis Domine,quia nec aſellum qui
dem vmquã acceperim, nec afflixerim quẽ piam eorũ. Idemq; Samuel p̃ſignauit,cũ co-
ram Deo, & Chriſtus eius,ſuæ rationẽ reddens,dixit. Loquimini de me coram Domino,
& coram Chriſto eius, vtrũ bouem cuiuſquã tulerim, aut aſinum, ſi quempiam calumnia
1. Reg. 12. tus ſum ſi oppreſſi aliquem, ſi de manu cuiuſquam munus cæpi, & contemnam illud ho-
die, reſtituamque vobis. 1. Reg. 12. Nil ergo mirum ſi omnium bonorum exemplar Chri
ſtus Ieſus, vt ne proximis ſcandala relinquamus, exemplaria tribuens, peccatum
neſciens,voluit de peccato argui,dicens. Quis ex vobis arguet me de peccato. Duo qui-
Cantic. 5. dem veluti ſingularia quædam & inter cætera omni laude digna, cæleſtis ſponſi, ſponſa
collaudat, Cant. 5. caput,ſcilicet, & guttur,de quibus ait. Caput eius aurum optimum.
Caput Chriſti deitas eſt. Guttur illius ſuauiſſimum. Vbi & Chriſti caput deitas, & caput Eccleſiæ Chriſtus deſi-
gnatur; Deitas profectò ita falli ſicut & fallere neſcit,hinc impeccabilis omnino,auroque
aſſimilata nullo ignis,ſaliumque mordacitate corruptioni apto. Humanitas inde Verbo
Cant. 5. iuncta, nulla quauis ratione peccato obnoxia conſtitui valuit, quòd & ſponſa explicat,
cum inquit. Venter eius eburneus,diſtinctus ſapphiris. Cant 5. in ebore enim quod præ
cipue celebratur albedo,& puritas eſt,quam ad Chriſti humanitatis puritatem,innocen
tiamque ſacræ Scripturæ interpetres Catholici myſterioſiſſime referunt. Vtraque igi-
tur parte deitatis,ſcilicet,humanitatiſque ineffabili innocentia refulgens inquit. Quis ex
vobis arguet me de peccato? Guttur autem eius ſuauiſſimũ,quod eiuſdem doctrinæ ſan-
ctitatem præſentat, ſponſum reddit omnino deſiderabilem; ſicut & ſponſa quæ ad fide-
Cant. 8. lem refertur animam, optabat,inquiens. Apprehendam te, & ducam in domum matris
meæ, ibi me docebis. Cant. 8. Quocirca vt omnes nouerint vtriuſque teſtamenti veri-
Cant. 7. tatem, ſuam effluere doctrinam,vt ſponſa cecinit. Omnia poma, noua & vetera dilecte
mi ſeruaui tibi. Cant. 7. quod de vtriuſque teſtamenti veritate intelligitur,quæ per Chri-
ſtum explicanda ſeruabatur, & ipſe quoque inquit. Si veritatem dico vobis, quare non
creditis mihi? ac ſi diceret, poma,ſeu myſteria,veteris nouique teſtamenti, à me expli-
canda ſeruantur,quibus iam quotidie à me explicatis,quare non creditis? Vt plenius itẽ
cæleſtis ſponſi innocentia refulgeat, vt inde fidelis anima ardentius in eum amoris oble-
Cant. 5. ctamenta deſumat. Cant. 5. Idem cæleſtis animarum ſponſus ait. Expoliaui me tunica
mea,quomodo induar illa? Laui pedes meos,quomodo inquinabo illos? Quid vero ſpon
ſi tunica ſit qua ſemetipſum expoliauit,quidue ſuorum pedum lotio,interius perſcrutari
licet. Fecit nempe Deus Adæ & vxori eius veſtes pellicas, ne nuditatis turpitudine ni-
mis grauari queant, nuditas autem primæ veſtis amiſſione comparuit, cum etenim prius
Iuſtitia originalis indumentum Adæ primum. non cognouerint, originalis iuſtitiæ veſte iam perdita, ſe nudos eſſe cognouerunt. Fuit
ergo iuſtitiæ originalis indumentum optimum omni fulgoris decore venuſtum,quo per-
dito, alia fuit homo veſte contectus,horrida,& pellicea, quæ peccati caliginem deſignat.
Hanc profectò expolians ſe Ieſus,vt homo,dimiſit,hinc ait. Expoliaui me tunica mea,
ideſt, vt verus homo natus, tunica mihi contingebat pellicea,inter peccatores naſcens,
peccatorum labe perfundi,ſed expoliaui me, quia in via peccatorum non ſteti: humani-
tatem

Digitized by Google

tatem aſſumens in ea ſanctitatis innocentia conſiſtens, vt erat ante lapſum. Nam de ſupernis ego ſum, vos vero de deorſum eſtis. Omne etenim hominũ genus poſt Adæ lapſum, vlcus antiqui caſus præſenſit, naturam caſu corruptam ſuſcipiens, ipſe vero humanæ naturæ ſupera conſcendens, humanitatem de ſurſum accepi, ideſt, antequam caderet, & vt erat ante lapſum; impeccabilis ergo cum ſit in me natura, quia iam peccati tunica expoliata fuit, quis eſt, qui eam audeat de peccato arguere? Et ſi humanitas mea, quæ per pedes ſignificatur, antequam pollui poſſit, Verbo iuncta fuit, qui omnis lotionis fons eſt, vt ſcriptura teſtatur; apud te eſt fons vitæ. Pſal. 35. quomodo inquinari poteſt? impoſſibile eſt igitur in ea peccatum reperiri, idcirco & impoſſibile eſt, de peccato argui poſſe. Hoc idem in illis verbis Dionyſius oſtendit. In naturalibus ſupra naturam erat. Nam cũ ſedibus quatuor homo quieuiſſet, ſcilicet, ante lapſum, ſub lapſu, ſub gratia, & inde gloria, vtrumq; Ieſus bona multa deſumpſit, ex hominis quippe natura ante lapſum, naturã ſũpſit innocentiſſimã nulli peccato obnoxia ſub lapſu naturã ſibi iungens humanã, nõ peccato ſubditã, ſed pœnis peccati corripiendã aſſũpſit; eamq; habere volẽs, quæ ſub gratia eſt, omni gratiarũ plenitudine decorauit, vt Ioãnes inquit; vidimus eũ plenũ gratiæ, & veritatis. Atq; ex ea humanæ naturæ ſede quæ nũc ſub gloria eſt, totius gloriæ conſũmationẽ habuit; qua ꝓpter innocẽs ante lapſũ plenus gratia ſub Euãgelij lege, & vndequaq; glorioſus iuxta gloriæ ſtatũ, licet pro naturæ lapſu paſſibilis extiterit; tamen peccato labefactari omnino impoſſibile fuit. Quod Dauidico ore prænuntiatũ agnoſcimus, cũ omnes à rectitudine declinaſſe fatetur, pter vnus, qui Chriſtus eſt. Omnes declinauerũt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonũ, non eſt vſq; ad vnũ, ideſt vſque ad Chriſtũ, qui ſolus inflexibilis fuit, vt Gloſſa explicat. Pſ. 13. Idcirco hypoſtatice vnionis ratione Chriſtũ impeccabilem fuiſſe, Henricus aſſerit, qua Verbũ humanitatem ſibi iungens, adeo ſecum abſtrinxit, vt nullo quoque pacto peccati flexione curuari queat. Notum eſt profecto, ligneam virgam vtrinq; flecti valere, at ſi æneæ columnæ ligaminibus circumuoluta conſtringitur, omnino curuitatis efficitur expers; ita & hominis voluntas, cum ex ſe ſola permanet, vtrinque verti ad bonum, ſiue malum omnino valet; at diuinæ iuncta voluntati, nulla euenit flexibilitate curuanda. Talis erat Chriſti voluntas, vt ſtrictiſſime Verbo hypoſtatica vnione coniuncta, nulla prorſus peccabilitatis flexione, ad malum poſſet inclinari. Hinc myſterioſiſſime Salomon peccati veſtigium ſuper Chriſtum minime poſſe reperiri aſſerit, cum inter tria ſibi difficilia, hoc quoque complicauit; viam ſcilicet, colubri ſuper petram. Prouer. vlt. Coluber quidem peccati figuram gerit, iuxta ſapientis dictum. Quaſi à facie colubri fuge peccatum. Eccl. 21. Petra Chriſtus eſt, quòd haud tantum Pauli teſtimonio probatur, dicentis. Bibebant de ſpirituali, ſequente eos petra, petra autem erat Chriſtus: verum & Ieſus ipſæ petræ nomine ſemetipſum deſignauit, cum Petro Apoſtolorum Principi dixit. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiem meam. Matth. 16. Vbi ſub petræ nomine (vt Auguſtinus aſſerit) ſemetipſum Chriſtus oſtendit; ac ſi Petro diceret; tu es Petrus, & cephas, qui & caput interpetratur, quia tu es paſtor mearum ouium, princeps Apoſtolorum, Dominus fratrum tuorum, prædicator veritatis, & gentiũ magiſter: verumtamen ſuper hãc petram, ideſt, ſupermemetipſum ædificabo Eccleſiam meam, te ſuper me ædificabo Petre, non me ſuper te, & tunc bene noſces quòd porte inferi præualere non poſſunt. Ergo petra Chriſtus eſt, & peccatum coluber, cuius viam ſuper Chriſtum Salomon neſcire fatetur. Si etenim Chriſtus quoddammodo peccare potuiſſet, tunc ex ſuiipſius poſſibilitate dannandi, poterat non eſſe Deus, auertat hanc Ieſus amentiam à cordibus fidelium, nam Deus Chriſtus eſt, qui nunquam peccare potuit. Eiuſdem vero impeccabilitatis rationem, ex Deitatis gloria animæ Chriſti communicata, D. Bonauentura deſumit, 3. ſent. diſt. 12. Qui etenim perfecte beatus eſt, nullum timet dannationis periculum, eo quòd pœnæ cruciatum ſemper delictum præcedit; cum igitur beati delinquere nequeant, & ſimul nequeunt quoque dannari. Age quòd Chriſti anima Verbo iuncta pfectiſſima fruebatur beatitudinis gloria, quæ & dannatio

Pſal 35.

Dionyſius.

Gratiarum plenitudo in Chriſto vnde deſumpta.

Pſal. 13.

Henricus.

Prou. vlt.

Serpens peccatum deſignat.

Eccl. 21.

Matth. 16.

Auguſt.

Petra Chriſtus eſt.

Impeccabilitas Chriſti vnde proueniebat.

Digitized by Google

Ioan. Scot. nationis expers,erat quoque peccandi poſſibilitate immunis. Idipſum & Ioannes Duns Scotus ſentit, à continuo fruitionis actu Chriſti impeccabilitatem interpetrans, error etenim circa finem contingit,non autem in ipſo fine, erat vtique Chriſti anima ſuo iuncta fini, igitur errare non poterat. Placet & mihi quoque id quod D. Thomas Aquinas aſſerit nempe tribus ex cauſis Chriſtum impeccabilem fuiſſe, primo quia viator erat,ſecundo comprehenſor,& tertio Deus. Vt viator peccare nequibat; Dederat enim Deus Pater hominibus, vt ſit veræ ſanctitatis exemplar, omniumque virtutum regula, regula autem errare non poteſt,cum ipſa menſura ſit,qua cuncti dignoſcuntur errores: idcirco vt viator Ieſus errare non poterat. Neque vt comprehenſor, nam ſumma beatitudine perfruens,erat omnino erroris expers. Atque vt Deus quis eum peccabilem aſſerere poteſt? cum iam peccare nil aliud ſit, niſi à diuina voluntate auerti, Deus cum à ſemetipſo alienari non poſſit, à peccato alienus ſuamet ſubſtantia demonſtratur. Hinc & Cyrillus ait,peccare idem eſſe,quod à rectitudine diuinæ voluntatis obliquare,Dei voluntas cum eadem ſemper ſit, obliquari non poteſt, igitur Chriſtus vt Deus, à ſemetipſo obliquare non poterat.atque vt homo, cuius voluntas, diuinæ voluntati ſemper conformis erat,ab obliquitate fiebat immobiliter expers. Theophilactus autem per tres peccandi ſemitas Chriſtũ omnino impeccabilẽ oſtendit. Ait .n. tribus ſemitis peccati noxam conſurgere, aut fragilitate quadam,cum aut tentationi diabolicæ,aut propriæ concupiſcentiæ peccator reſiſtere putat non poſſe;aut ignauia, cum contra Dei præcepta eſſe,quæ quis operatur ignorat,aut legis mandata ſciens,malitioſe delinquit;quorum neuter in Chriſto reperiri poſſibile fuit;ab eo etenim fragilitas abfuit,qui diuinæ, Patris æterni, potentiæ coæqualis erat;nec ei ignauia tribuenda,qui æternæ ſapientiæ nomine fulget;nec malitiæ liuor qui ſumma bonitate, in mundo præditus apparuit. Quis igitur eum de peccato arguere poterat? Erat quidem mortalis attamen impeccabilis; vnde Auguſtinus tract. 35. in Ioan. ait quod ſicuti Luna ante Solem illuminatur,à qua tamen Sol eclypſim patitur; ita Chriſti humanitas deitatẽ obtegit; verum illa Verbi claritate perfuſa,omnino impeccabilis euaſit; quocirca recte Ieſus dicere poterat. Quis ex vobis arguet me de peccato?

D. Thom.

Triplici ratione Chriſtus erat impeccabilis.

Cyrillus.

Theophil.

Auguſt.

Quòd veritas quam Chriſtus prædicabat, ad æternam eius generationem referri poteſt; etiam & ad eiuſdem Verbi Dei incarnationem. Ad literam autem, excuſationem eius apud Patrem, Iudæorumque obiurgationem oſtendit.

DOlore Ieſus quodam affici demonſtrat,qui veritatem prædicans,ab audientibus reſpuitur,idcirco ait: Si veritatem dico vobis quare non creditis mihi? Verba ſimplicia quidem huiuſcemodi eſſe videntur, quæ ad diuinam generationem Verbi referri nil prohibet: quandoquidem haud tantum à Philoſophis hoc deſumimus, verum & à Theologis apertiſſime;quòd veritas adequatio rei ad intellectum eſt;nec veritas eſſe poteſt, cum rei ad intellectum adequatio deficit. At intellectus omnium maximus,à quo omnis pendet intellectionis origo, profecto ille eſt, quo æternus Pater Deus,& ſemetipſum,ac extra ſe cuncta intelligit; qui cum infinitæ naturæ ſit,nulla eſt ei res æqua,quæ veritas dici poſſit,eiuſdẽ intellectui adæquata,niſi ipſemet Deus. Intellectus ergo Dei cum non ſit otioſus,ab æterno intelligit,nec intra ſe aliud habet,vt intelligat niſi ſeipſum,æquatur igitur ipſe ſibi. Intelligentia vero nil ab eo differre poteſt,nam cum ſit omnis accidentis expers,intelligentia eius accidens non eſt, ſed ſubſtantia, omnis autem in Deo ſubſtantia Deus eſt,intelligentia ergo Dei, Deus eſt: ac æterni Dei intellectus,eiuſque intelligentia, vna ſubſtantia eſt; differunt tamen intellectus diuinus,eiuſque intelligentia in hoc,quia intellectus diuinus à ſe eſt,intelligẽtia vero,à diuino intellectu genita. Vna igitur intellectus diuini,& intelligẽtiæ eius ſubſtantia eſt.verum hypoſtaſes duæ,intellectus intelligens ſeipſũ Deũ,qui & memoria fæcũda dicitur, & intelligẽtia æterna,ab intellectu genita. At intellectus Dei infinitus cũ ſit,

Digitized by Google

ſit,infinitæ ſubſtantiæ intelligentiam gignit,æquatur igitur, notitia genita,intellectui generanti,idcirco veritas dicitur,veritatiſque nomine, Pater æternus appellat: Veritatem (inquiens) meditabitur guttur meum. Pro.8. Hanc veritatē Chriſtus prædicabat,Deum ſcilicet Patrem,quem ſub vnius ſubſtantiæ adoratione. Moyſes adorandum inſtituit,ſolum non eſſe,ſed ab æterno ſibi filium in æqualitate ſubſtantiæ genuiſſe,qui veritas æterna eſt. Quòd ſæpius in præcedentibus verbis, eiuſdem cap.8. Ioannis, explicat ipſe dicens. Iuditium meum verum eſt,quia ſolus non ſum,ſed ego,& qui miſit me Pater,vt vero oſtendat,quòd cum vnitate diuinæ ſubſtantiæ duæ ſunt Patris, & Filij hypoſtaſes,inquit. In lege veſtra ſcriptum eſt,quòd duorum hominum teſtimonium verum eſt. Ego ſum qui teſtimonium perhibeo de me ipſo,& teſtimonium perhibet de me,qui miſit me Pater. Prædicat igitur Ieſus comprobatam veritatem teſtimonis duobus,Patris ſcilicet, & ſuiipſius, qui Dei veritas eſt; hinc indignatione quadam affectus,cum non crederetur ait. Si veritatem dico vobis,quare non creditis mihi? Hæc eadem veritas, quæ diuino intellectui Patris æqua eſt, adhuc humanis intellectibus, vt concipi poſſit proportionari voluit,verum infinita ſubſtantia Dei, quomodo finitæ naturæ hominū proportionari poteſt, cum iam finiti ad infinitum nullam poſſe fieri proportionem conſtat? idcirco ſummus omnium creator Deus, vt humanæ iungatur naturæ,modū adeo tenuit occultum, ſibique ſoli notum, quòd recte Damaſcenus ſentiens, inquit,illū nec ſupremus omnium Angelorum contemplari poteſt. inexplicabilis ergo diuina Verbi ad humanam naturam vnio creatæ linguæ euenit, ſoluſque ille explicare poteſt, qui in eadem Deitatis ſubſtantia eſt. Hanc vt que Ieſus explicabat, vt in eodem. 8.Ioan.cap. patet,cum dicebat. Si exaltaueritis filium hominis, tunc cognoſcetis,quia ego ſum,& à me ipſo facio nihil; ſed ſicut docuit me Pater hæc loquor,& qui me miſit,mecum eſt,& non reliquit me ſolum, quia ego quæ placita ſunt ei facio ſemper. Hæc profecto erant medullitus verba,hominum corda penetrantia,quibus iam Iudæis minime credentibus indignatione Ieſus efferbens aiebat; Si veritatem ſcilicet incarnationis filij Dei,dico vobis,quare non creditis mihi? Ad literam autem Chriſti excuſationem apud Patrem hæc verba monſtrare videntur, incredulitatiſque Iudæorum obiurgationem potentem. Legimus quidem Gen.19. Quòd Angelis Sodomam accedentibus,vt ciuitatem,omnemque circa regionem ſubuerterent,dixerunt ad Lot; Delebimus locum iſtum, eo quòd increuerit clamor eorum coram Domino, qui miſit nos,vt perdamus illos. Egreſſus itaque Lot eſt ad generos ſuos, qui accepturi erāt filias eius,dixit: Surgite,& egredimini de loco iſto: quia delebit Dominus citatem hanc,& viſus eſt eis quaſi ludens loqui. Myſterium quidem abſconditum huiuſcemodi litera ſignat,nam viri Sodomitæ peſſimi,ob peccatorum impietatem à Domino delendi:peſſimorum Iudæorum figuram geſſerunt,qui ob ipſorum iniquitates à facie Dei viuentis delendi erant. Lot qui fugā generis ſuadet ne cum peccatoribus pereāt, Domini Ieſu figuram præfert, Dei iuditiū, iramque apud Hebreos prædicantis,prædicat diuinæ vltionis apud generos Lot acerbitatem, qui minime credētes,eū quaſi ludentem exiſtimant; ſic & Ieſus Dei filius apud Iudæos diuini furoris vltionem annuntiat, quem quaſi ludentem nil illi credentes exiſtimant; quorum infidelitatem Ieſus exprobrans inquit. Si veritatem dico vobis,quare non creditis mihi? ac ſi diceret,veritati non creditis,idcirco peribitis: ipſe autem apud patrem meum,qui miſit me excuſatus ero. Idipſum figuratur Gen. 24. Cum pater Abraham dixit Elezier ſeruo ſuo. Pone manū tuam ſubter femur meum, vt adiurem te per Dominum Deum cæli,& terræ, vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorū inter quos habito;ſed ad terram,& ad cognationem meam proficiſcaris,vt inde accipias vxorem filio meo Iſaach. Reſpondit ſeruus; Si noluerit mulier venire mecum in terram hanc? Dixit Abraham, non teneberis iuramento. Liceat nūc profecto quid hiſtoria contineat aliqualiter explicare. Alibi me quoque dixiſſe recolo Abraham æterni Patris figuram gerere,cuius filius deitatis natu à non amittens,formam ſerui accipiens,paulominus ab Angelis minoratus, habitu in terris inueſtus

Prou.8.

Filius Dei ueritas eſt.

Damaſc.

8.Ioa.cap.

Gen. 19.

Lot Chriſtum figurat.

Gen. 24.

uentus eſt, vt homo. Huic ſiquidem adiurauit Pater, vt cæleſtis ſponſa, quæ Eccleſia eſt, ex angelis non deſumatur; ſed ex hominibus; accedit filius in terris, fideique vnitate Eccleſiā deſponſare contendit, vt cum ea cæleſtis gloriæ connubia celebrētur in cælis, prædicat apud Hebreos, ſuadetq; leuate capite veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra; quoue fortius prædicationem miraculorum copia confirmat, mulier, quæ Synagoga Hebreorum eſt minime credit, nec celeſti coniungi ſponſo conſentit, Nunquid ergo Dei filius iuramento tenetur? vtique quod ex ſui parte licet operatur, atque ex ſynagoga defectus reſultat Excuſatur igitur apud Patrem. Iuramento non teneor, quia renuit illa venire, ecce veritatem prædico, cui haud tantum non credunt, verum & contradicunt. Quocirca & excuſatione Pater fit iſta contentus, filiumque excuſans Iudæorum vecor-
Ezec.c.33. diam dānat, cum apud Ezechiel cap.33. inquit. Terra cum in duxero ſuper eam gladiū, & tulerit populus terræ virum vnum de nouiſſimis ſuis, & conſtituerit eum ſuper ſe ſpeculatorem, & ille viderit gladium venientem ſuper terram, & cæcinerit buccina, & annuntiauerit populo. Audiens autem quiſquis ille eſt, ſonitum buccinæ, & non ſe obſeruauerit, veneritque gladius, & tulerit eum, ſanguis ipſius ſuper caput eius erit. Sonū buccinæ audiuit, & non ſe obſeruauit. Profecto gladium venturum, atq; Dei iram ſuper terram Iſrael, vniuerſi annuntiauere prophetæ, quibus ſpeculator, & cuſtos Ieſus Dei filius conſtitutus eſt, quem clamantem populus audiens, à ventura ira ſe cuſtodire deſpexit; excuſatur Ieſus, dicens tuba intonui, veritatem dixi, cui acquieſcere nolunt, ſanguis ergo eorum ſuper ipſos eſt.

FERIA SECVNDA DOMINICAE PASSIONIS.

TEXTVS.

Audierunt Phariſei turbam murmurantem hæc de illo, & miſerunt Principes Sacerdotum, & Phariſei miniſtros, vt apprehenderent eū. Dixit ergo eis Ieſus. Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum, & vado ad eum qui me miſit. Ioa.cap.7.

Quòd Chriſtus ſæpius ad mortem quæſitus, mori diſtulit, quouſque moriendi hora veniret; Eccleſiæ tamen amore feruens, prolixioris vitæ curriculo, noluit ſuam ætatem protendere.

QVo plus aqua ſilex perfunditur eo magis illam obdureſcere noſcimus, quæ ſi vehementius confricari contingit, in ardentes iguis prorumpit euomēdas ſcintillas; cuiuſmodi profecto ſēper duræ ceruicis Hebreorum ille populus ſemetipſū oſtendit; aqua etenim Diuinæ Sapientiæ ob Chriſti prædicationem perfuſus, nihil ad præceptoris vocem proficiens, peioris vitæ diſcrimina ſumpſit; cumq; acrius in eū diuinus prædicator efferbuerét; ad obiurgationis ſcintillas quaſi parum eſſet procedere viſum, ad mortis iacturam infligendā prorumpit; quæ adeo execrabilior conſideranda ſe offert, quo Principum impietate, ne turba populorū crederet aduentaſſe Meſſiam, machinatur. Miſerunt etenim (textus ait) Principes Sacerdotum, & Phariſei miniſtros, vt apprehenderent Ieſum. Quid eſt autem, quòd nemo tūc miſit ſuper eum manus? niſi dicamus, quòd nondum venerat hora eius, vtq; ſcripturarū in eo adimplerentur figuræ. Legimus quippe, inter Hebreos, Philiſteoſq; prælio commiſſo, arcam fæderis domini captā, quæ cum in templo Dagon Philiſtinorum idolo ſiſteretur, diuina in ea poteſtate fulgente, Dagon Philiſtinorum Deum proſternit in humo. Cūque iterum iuxta Dagon, & illa ſiſteretur, in terram ſculptile cadens, manibus, pedibuſq; imo & capite truncus proſternitur; quocirca arca Domini Dei Iſrael, ex idolorum tem-
1.Reg.5. plo ſublata, victrix in terram ſuā, reuerſa eſt. 1.Reg.5. Futurum ſiquidem in Chriſto abſoluendum myſterium in his Scriptura præſignat, Philiſtim enim, cinere conſperſi interpre-

Digitized by Google

pretantur, qui ſanctorum Patrum quoddammodo pœnitentiam deſignāt, qua apud Deū in cinere,& cilitio corruentes, Meſſiæ aduentum cito obtinere ſatagebant; ſicque præcibus, ieiuniiſque Deum quaſi prælantes vincere conabantur, dies tandem optatæ victoriæ aduenit, cum Verbum caro factum eſt. Tunc profecto arca Dei in Philiſtinorum manibus incidit, lætitiaq; magna per eam vniuerſus affectus eſt orbis, quam è ſummis cælorum verticibus effluentem præmonſtrauit Angelus dicens. Ecce Euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus eſt vobis hodie Saluator mundi, qui eſt Chriſtus Dominus. Luc. 2. Optime putauit Philiſtinorum populus agere, arcam Domini in templo Dagon conſtituens, ſic & humana generatio optime fieri credidit, Dominum Ieſum, in Iudeorum regione nutriri, quæ tunc temporis, ob Dei ſummi contemptum, tēplum Dagon potius, quam veri Dei domus dici iam poterat. Quòd eſt autem idolorū offitium noſcimus, ſ. ſupra Deum eleuari contendere: hinc, & qui idoli Dagon ſimilitudinē ob peccatorum ſuorum grauitatem præferebant, Iudæi .ſ., contra filium Dei eleuari ſatagebant; vt eum morti traderent, miniſtroſq; vt illū caperent deſtinant, qui tandem corā eo aſtantes, ab illa capiendi feritate cadunt, in eum manus inijcere non audent, eo quòd non iam dum venerat hora eius. at qui in feritate ſua Principes perſiſtunt, iterum ad capiendum, milites deſtinare deliberant, qui iam vota complentes, dum Ieſum in horto cōprehendere ſatagunt, ac ſi manibus, pedibuſque trunci, ad diuinæ vocis ictum cæciderunt retrorſum, trunco adhuc quoque capite cadente, cecidit enim, & qui cum eis caput Iudas aſtabat, tandem paſſione mediante, ac mortis abſoluto debito, ex huius ſæculi templo Chriſtus exiens, veluti arca fœderis Domini libertate donata, victor ad Patrem redidit. In textu ergo Iudæi tantum voluntate cadentes deſcribuntur, dum ſuper Chriſtum nemo manus mittere audet, in horto vero omnium Iudæorum caſus deſignatur, nā quod hic incipiunt, miniſtros Principes mittentes vt apprehenderent Ieſum, ibi cōplere conantur. Eademque miniſtrorum miſſio exactiſſime. 1. Reg. 19. Figurata comperitur. Legimus ſiquidem, quod Dauid in Naioth, quæ eſt in Ramatha morante, lictores Saul miſit, vt eum inde raperent, qui cuneum videntes vaticinantium prophetarum, & ipſi quoque Dei ſpiritu pleni prophetare cæperunt, capiendi Dauid voluntate dimiſſa, quòd cum audiſſet Saul, poſt primos, alios miſit, quibus item prophetantibus miſit & tertios, qui cū adhuc ſpiritu Dei ad prophetandum, & ipſi quoque replerentur, ipſemet Saul, vt è medio inimicum tollat acceſſit, ſuper quem Spiritus prophetiæ cadens, etiam arma deponere coegit. Magna ergo ſpiritus Dei vis, vt volendi actus etiam in melius mutare valeat. Ecce Principes, & Phariſei miniſtros, vt Ieſum apprehenderent mittunt, quibus Ieſu coram aſtantibus, repente fit voluntatis capiendi mutatio, nec tunc in eum manus mittere quiſquam auſus eſt, quia nondum venerat hora eius. Manſuetiſſime tamen eis Ieſus reſpondens ait. Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum, & vado ad eum qui miſit me. Modicum ſiquidem ſuæ vitæ Ieſus tempus elegit, vt inde citius valeat Eccleſia conſurgere, de qua Cantic. 8. dicitur. Vinea fuit pacifico, in ea quæ habet populos. Porrò filij Dei vinea, quam plantauit dextera ſua Eccleſia eſt, quæ à Iudæis extirpanda, in ea parte orbis per Apoſtolorum prædicationem plantanda erat, quæ gentium populos habet, quam ſi longioris vitæ curſum ſibi Ieſus elegiſſet, haud ſic citius Apoſtoli conſtruxiſſent, vt ergo ſolicitius Eccleſia formaretur, modicum tempus in hoc mundo Ieſus demorari cōſtituit. Thomas autem Beauxamis, ne breuitate vitæ noſtræ triſtemur, hoc factum fuiſſe putat; vtque Deo gratias referamus, cum ad longioris temporis curſum, vita noſtra protenditur, quàm filij ſui vitæ curriculus extitit.

Luc. 2.

1. Reg. 19.

Cant. 8.

Quare Chriſtus breuem ſibi uitam elegit.

TEXTVS.

Quæretis me, & non inuenietis, & vbi ego ſum, vos non poteſtis venire. Dixerunt ergo Iudæi ad ſemetipſos, quo hic iturus eſt quia non inuenie-

Digitized by Google

niemus eum? numquid in diſperſionem gentium iturus eſt, & docturus gentes? Quis eſt hic ſermo quem dixit. Quæretis me, & non inuenietis, & vbi ego ſum vos non poteſtis venire? Ioan. vbi ſupra.

Quòd Ieſum male quærentes inuenire nequeunt, quique ubi ipſe eſt, eſſe nituntur, eum prius in cruce ſit inuenire neceſſe.

Bernardus. DIù me latuiſſe fateor, cur tam vehementi ſponſa amore feruens, quem concupiſcenti animo optabat, ſollicite quærens inuenire non valuit? At qui (vt D. Bernardus contemplatur) interiori mentis indagine acta conſiderat, ſponſæ defectus, haud ſponſum inuenire permittit. Quærat qui vult quem quærere cupit, inuenire iam nequit, niſi quæ loca quæſitus incolat, quærens perluſtret. Sponſa nempe nouerat, vicos, plateaſque ciuitatis, imo & lectulum dilectus aufugere, alibique incolatus ſui protendere moras, ibi ergo quem quærit, vt inueniat debet *Cant.1.* perluſtrare conari. Ait ſiquidem, indica mihi, vbi paſcas vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum. Cant.1. cui vt vota compleantur dicitur. Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles, ſimilis eſto dilecte mi capreæ hinnuloq; *Cant.2.* ceruorum ſuper montes Bethel. Cant 2. Duo igitur ex his, in quibus Dilectus habitat lo*Loca quæ Chiſtus inhabitat.*ca monſtrantur, montes, ſcilicet, & colles. Vlterius ſponſa perquirens, vbi iam dilectus inhabitet, dicentem audit. Veni in hortum meum ſoror mea, meſſui myrrham meã cum aromatibus meis. Cant.5. Porrò hic tertius dilecti locus eſt, ſcilicet hortus, quẽ ipſa adhuc *Cant.5.* ſcire non negat; nam filiabus Hieruſalem interrogantibus: quo abijt dilectus tuus ò pulcherrima mulierum? ipſa reſpondit. Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum, ad areolam *Cant.6.* aromatum, vt paſcatur in hortis, & lilia colligat. Cant. 6. Ecce igitur tria loca dilectus inhabitat, montes, colles, & hortum. Quærit ſponſa dilectum, quem non inueniens, *Cant.3.* indebite triſtatur, dicens. In lectulo meo per noctem quæſiui, quem diligit anima mea, quæſiui illũ, & nõ inueni. Surgã & circuibo ciuitatẽ, p vicos, & plateas, quæram quẽ diligit anima mea, quæſiui illũ, & nõ inueni. Cant. 3. Manet dilectus in montibus, collibus, hortiſq;, quem illa in lectulo, in ciuitate, & plateis quærens nõ inuenit, vt triſtetur anſam pfecto non habet, vnde deſumat. Sic igitur Chriſtũ quiſq; quærens non inuenit, idcirco inquit; Quæretis me, & non inuenietis; & vbi ego ſum, vos non poteſtis venire. Non inuenietis vtique, quia veluti ſponſa in lectulo, in plateis ciuitatis, & nocturno tẽpore quæ*Gregorius.*ritis, ac vbi reperiendus ſum venire non poteſtis. Quid profecto lectulus ſignificet, Gre*Lectuli ſignificatio.*gorius lib.23. mor. cap.23. explicat inquiens, quietem qua in delitijs, laſciuijſque mundanis peccator perfruitur deſignare. Qui ergo inter ſæculi voluptates Chriſtum quærere ſtudet, profecto quærens inuenire nequit, quandoquidem ipſe docuit, qui amat animam *Beda.* ſuam inc hoc mundo perdet eam, & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æter*Plateæ ſignificatio.*nam cuſtodit eam. Plateæ vero ciuitatis, vt Beda refert ſup. Prou. cap.7. mundanam libertatem deſignant, quam omnino Chriſtus abhorret; nec hominibus ſibi complacet libertate ſolutis, qui tantum diuinæ legis iugo ſubditos amplectitur, dicens. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper vos, & *Matth.11.* diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris, iu*Hieronym.*gum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Matth.11. At nox, vt Hieronymus ſup. *Nox peccati ſtatum figurat.* Ezech.8. explicat, peccati ſtatum deſignat, vbi Chriſtus inueniri nequit; quia peccatum non fecit nec dolus inuentus eſt in ore eius. Qui ergo inter ſæculi delitias, liberas vanitates, & peccati nocte Chriſtum quærit inuenire non valet, ideo huiuſcemodi quærentibus ipſe ait; Quæretis me, & non inuenietis. Quòd autẽ ſubdit, & vbi ego ſum vos, non poteſtis venire loca deſignat in quibus quærendus offertur, quæ nempe tria ſunt, montes, colles, hortuſque vt iam paulo ſupra notauimus. Nec ad montẽ antea Chriſtus aſcendit, niſi prius hortum ingrederetur, colleſque tranſiliret. Tunc quidem hortum Chriſtus ingreſſus

Digitized by Google

greſſus eſt,cum iam paſchalis cœnæ peracto conuiuio, hymno dicto, egreſſus cum diſcipulis ſuis,ibat ſecundum conſuetudinem in montem oliuarum, vbi erat hortus,inquem introiuit ipſe, & diſcipuli eius. Hic igitur inueniendus eſt Ieſus. Verum quid ei in horto acciderit inſpiciamus,ſi forte vbi ipſe eſt,accedere poſſimus. Triſtatur in horto Ieſus,pauet,orat,lachrimas perfundit, clamat ad Patrem, ſanguinẽ pro ſudore emittit,diſcipulos docet,aduerſantis diſcipuli patitur oſculum, ſanguinis malum Petro perpetrari prohibet, damnum percuſſo reſtituit, ac tandem ſponte ſemetipſum militibus mortificandum obtulit; vt ex his diſcamus,de malis quibus Deum læſimus triſtari, extremi iuditij pauere diem, Patrem Deum, vt noſtri miſereatur orare, lachrimas interiori animæ contritione, pro iam commiſſis facinoribus fundere,ad Deum per confeſſionem clamare,pro Chriſto ſanguinem fundere non dubitare, quos in lege Dei ignaros noſcimus docere,mundi oblectamenta nobis aduerſaria ad ſalutem conſequendam æſtimare, mala committere in futurum cauere, quæue commiſimus, per pænitentiam expiare,ac tandem aduerſitatibus cunctis ſubijci,vt ſæculo mortificati ſurgamus in gloria. Qui ſic Chriſtum in horto quærit inuenit,& vbi ipſe eſt venit,alioquin,quæretis me(ait)& nõ inuenietis,& vbi ego ſum non poteſtis venire. Colles quoque noſcimus Chriſtum tranſilientem, dum baiulans ſibi crucem in eum qui dicitur caluariæ locũ,vt crucifigeretur aſcendere fatigatur, vbi & à quærentibus inueniendus oſtenditur, nec aliud à nobis in his Caluariæ collibus petit, niſi vt ex ipſo fluentem ſanguinem capiamus,quo animæ linitæ ad cæli montem euolare valerent. Iucundum quoddam ad hoc faciens profecto antiqui præceptores de Salomone referunt. Cum etenim Dei Iſrael templum ille ædicare ſtatueret, parum ſibi viſum eſt,auri pondere innumerabili illud decorare,niſi & ſtructuræ modus, intellectus omnino humanos excederet;quippe vt malleus & ſecuris,& omne ferramentum non audiretur in domo Domini dum fabricaretur. Quærunt igitur qui curioſe ſacrarum Scripturarum viſcera contemplantur,quomodo id fieri valuit, vt omnium illud auguſtiſſimum templum,quod ex politis aptatiſque lapidibus conſtruebatur,ſine ferramẽti vſu,conſtrui poſſet, cum iam ſcimus abſque ferri vſu lapides minime dolari valere? Soluunt quidem quod quæritur,nec dubitandi anſam dimittunt,cum referunt, Salomonem vermem ſanguinoſum quendam reperiſſe,cuius nomen Samir eſt,talemque ipſius ſanguis proprietatem continet,vt ſicuti hyrcino ſanguine adamas frangitur, ſic & vermis Samir ſanguine liniti lapides,iuxta Architecti velle frangebãtur,ita vt ſine ferramẽti opere, ad ædificium aptabantur lepidiſſime. Ad huiuſcemodi ædificij inſtar æternus ille Pater,cuius nutu omnia mouentur,templum in cælis quoque ædificare conſtituit,quod viuis lapidibus, ideſt, animabus humanis conſummandum fore curauit,vt autem rationales animæ dolari, apteque poliri valeant ad ſupracæleſtis Eccleſiæ ſtructuram locandæ,vermem illum adinuenit ſanguineum,de quo pſaltes dixit. Ego ſum vermis,& non homo. Pſal. 21. Qui Ieſu filij Dei profecto figurã præſentat,cuius ſanguine delibutæ animæ ſupracæleſtis templi ſtructuram abſoluunt,vt autem ſanguineus iſte vermis facilius à quærentibus inueniatur,ecce Caluariæ montis colles obijciuntur,quas ſacrocruore perfuſus crucem baiulans tranſilijt,vt crucifigeretur,qui ergo ad ſummæ beatitudinis montem peruenire contẽdit, huiuſce ſacri vermis ſanguine dealbetur,alioquin,quæretis(inquit)me & non inuenietis, & vbi ego ſum, vos non poteſtis venire. Tertius adhuc reſtat inquirendi locus, qui per montem ſignificatur,paternæque deitatis altitudinem figurat (aſſerente Hilario Can. 4. in Matth.) taliſque ſit ad Ieſum inueniendum aptiſſimus,vt qui mortuum in Caluariæ locis credit, & reſurgentem quoque in cælis eleuatum, ad altiſſimam Dei Patris æqualitatem ſedentem credat; Semita vero qua Chriſtus ad dexterã Patris reſidens, quærendus inuenienduſque obijcitur amor eſt in eũ tantopere efferbens,vt vſque ad mũdi contemptum deſcendat: quòd ſi amori eius, mundi præfertur amor, profecto,quæretis me(ait) & non inuenietis, & vbi ego ſum vos non poteſtis venire. Impoſſibilitatem ex ſuiipſius parte non ponens;& ex carcerum vinculis colligatæ animæ,quibus irretita ad Deũ con-

Vermis Samir mirabilis proprietas.

Pſalm. 21.

Hilarius

Digitized by Google

[*Iſa. c. 30.*] ſcendere nequit. Cuius alligationis acerbitatem myſterioſiſſimo verborum affatu Iſaias [*Hieronym.*] cap. 30. deſignat, inquiens. Præparata eſt ab heri Tophet, profunda, & dilatata: nutri-[*Idoli Ammonitarũ immane ſacrifitium.*]menta eius ignis, & ligna multa. Quæ verba D Hieronymus explicans ait; Thophet locum eſſe, qui incendium interpetratur, vbi idolum quoddam erat filiorum Ammon cumque illud æneum exiſteret, intrinſecus vndique vacuum, retrorſum vbi humeri oſtiolum habens, immanius omni ſacrifitiorum genere holocauſtum aſſumebat. Ammonitæ enim cum illi immolare decernerent, infantulum, ſeu puellulam expoliabant, quam per idoli oſtiolum tranſmittentes infra idolũ, clauſo extrinſecus inde oſtiolo locabant, qua ſic concluſa infantula, lignorum ſtruem circa idolum erigebãt, qua igne ſuccenſa, infantulus, ſeu puellula viuens crudeliſſime cremabatur; quam impietatem aliquãdo & filij Iſrael, ſequuti ſunt, de quibus pſaltes ait. Immolauerunt filios ſuos, & filias ſuas dæmonijs, dijs quos [*Pſal. 105.*] ignorabant. Pſal. 105. At ne puellulæ voces dum cremabatur, ad pietatem populum aſſiſtentem mouerent, vt inde fortaſſe liberaretur; ſtatim igne ſuccenſo, inſtrumenta muſicalia perſonantes, chorosque ducentes, adeo inualebat ludentium clamor, vt impie cremata puellula in cinerem verteretur. Hoc quippe illud eſt quotidie, quod Chriſtum nos inuenire impedit, idolum enim habemus corruptibile corpus, vbi rationalis anima peccatorum igne ſuccenſa comburitur, cuius ne miſereamur, ad muſicalia inſtrumenta, quæ mundi delitias præſignant, aures accommodare nitimur, cumque illa ſic peccatorum vinculis alligata conſiſtat, noſque mundi delitijs intenti, quæ mundi ſunt quærimus, non quæ Dei, Ieſum inuenire nequimus, atque vbi ipſe eſt, conſcendere non valemus; quo circa noſtram ille impietatem deteſtans ait. Quæretis me, & non inuenietis, & vbi ego ſum, vos non poteſtis venire.

TEXTVS.

In nouiſſimo autem die magno feſtiuitatis ſtabat Ieſus, & clamabat, dicens. Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me ſicut, dicit ſcriptura flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autẽ dixit de Spiritu quem accepturi erant credentes in eũ, non dum enim erat Spiritus datus, quia Ieſus non dum erat glorificatus. Ioan. vbi ſup.

Quòd Chriſtus filius Dei, apud patrem fons vitæ eſt in ſe omnia continens, à quo fluuius emanat: qui Spiritus ſanctus eſt.

[*Seneca.*] FOntium naturam ſatis laudatam haud tantum in ſacris voluminibus, verum & apud eos qui naturæ ſubtiliora ſcrutãtur. Nam referẽte Seneca, fons eſt in Africa qui ex ſui ortus gurgite, voces emittit harmonicas, iſdemque lib. 3. quæſt. nat. refert, fontes reperiri, qui ſex horarum interuallo copioſiori aquarum efluxu creſcunt, qui poſt ſex aliarum horarum tempore decreſcunt. Iſidorus item in Inſu- [*Iſidorus.*] la Chio fontem reperiri aſſerit, cuius aquæ ebrietatem inducunt, maniſq; alienationem [*Fontium mirabilia.*] influunt. Vtque ne naturalibus immorer ſacra quoque Scriptura fontium naturam collaudat, vt legimus, Cant. 4. Fons ſignatus, ſoror mea ſponſa, & de Paradiſi fonte. Gen. 2. [*Cant. 4.*] Fons aſcendebat è terra, irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ. Ac de verbo quoq; Dei, [*Gen. 2.*] ſub fontis nomine differit. Fons ſapientiæ Verbum Dei in excelſis. Idcirco omniũ præſtantiſſima fontium natura putatur, quò in fontibus Deus multa figurans, ſuiipſius quoq; [*Beda.*] Verbum d. ſignare oblectatur. Varia ſiquidem ſignificationũ fontes myſteria præſignãt: [*Auguſt.*] nam vt Beda refert ſup. Gen. 2. Paradiſi fons Spiritum ſanctum figurat, cuius flumina eiuſ [*Fontium ſignificationes.*] dem dona præ monſtrant. Auguſtinus quoque 1. de Gene. cont. Manicheos, in fonte inquit, diuinam illuſtrationem figurari, in fluminibus autem occultas diuinarum illuſtrationum ſemitas, de quibus Ieſus Nicodemo dixit. Spiritus vbi vult ſpirat, & vocem eius au- [*Ioan. 3.*] dis, & neſcis vnde veniat, aut quo vadat. Ioan. 3. Philo Iudæus humanæ ſapientiæ nõ ignarus,

Digitized by Google

rus,lib. Allegoriarum,fontem putat intellectum deſignare, cuius flumina ſenſus ſunt,quibus mediantibus intellectus operatur,quòd nec Ariſtotilem latuit,alioſque philoſophiæ neotericos ſectatores,Moderniores autẽ Theologi fontem vnum Theologiam autumant, cuius flumina quatuor illa putant de quibus Theologia dixerit,vt ſunt quæ ad diuinã naturam ad intra pertinent, quæ de Deo in ordine ad creaturas diſcutiuntur , quæ de ipſo explicantur,vt redemptor,atq; vltima quæ pertractãtur de eo vt glorificator. Nos quoq; alibi huiuſmodi fontis paradiſi fluminumque alia explicuimus ſignificata, ſufficiat igitur nunc fontem Deum Patrem explicare,imo & Ieſum filium eius,qui cum Patre in diuina natura Spiritum ſanctum producit.

Quòd Pater,Verbum,& Spiritus ſanctus,vno clamoris ictu, ea quæ nõ ſunt,tanquã ea,quæ ſunt vocantes,mundum ad extra conſtruxerunt.

DIuinam perſonarum vna cum ſit ſubſtantia, atque æqua Virtus , Poteſtas, & Sapientia,vna quidem voce,quòd opus erat ad intra,mundum ad extra conſtituerunt.Verumenimuero Pater æternus Verbum generans, quod primum apud ſe videt Verbum eſt,cumq; alia à ſe videre cupit,profecto in Verbo habet vt videat,quicquid videndum eſt,in quo omnium creaturarum ydeæ relucent. Omnia igitur Verbum in ſemetipſo continens,cunctarum creaturarum gazophilatiũ dicitur.Quòd Moyſes Dei Spiritu plenus agnoſcens dicebat. Aperi Domine theſaurũ tuum fontẽ aquæ viuæ.Num. *Creaturæ*
2.At iam in Verbo conſiſtentes creaturæ aquarum nomine deſignantur.Apoc.17. Aquæ *aquarũ nomine, deſignatæ.*
quas vidiſti,vbi meretrix ſedet ,populi ſunt, &gentes, & linguæ. Imo Apoc.14.Audiui vocem de cælo tanquam vocem aquarum multarum,ideſt, creaturarum multarum. Igitur aquarum huiuſcemodi omnium Verbum Dei fons eſt.Quomodo autem ſtabat, & *Num. 2.*
clamabat vt creaturæ, iſte ad extra producerẽtur per prædicta facillime concipitur. Pater Verbum in ore habet,nec Verbum ſine voce eſt,quæ Spiritus ſanctus dicitur, clamat *Apoc.17. Apoc.14.*
Pater per Verbũ, reſonat Verbum per vocem,& ea quæ non ſunt tanquam ea quæ ſunt vocat , ergo Pater Verbum,ſimul & Spiritus ſanctus mundum, creaturaſque omnes ad extra producunt. Quòd autem clamando,creaturas produxerunt , extat Baruch cap.3. teſtimoniũ, dũ de Angelorum creatione loquens ait. Stellæ dederunt lumen in cuſtodijs ſuis,& lætatæ ſunt:vocatæ ſunt, & dixerũt adſumus,& luxerunt ei cum iucunditate qui fecit illas . *Clamor Dei in creatione orbis. Baruch c.3*
Quando vero vocatæ ſunt Scriptura commemorat.In princio creauit Deus cælum,& terrã.Gen.1.ideſt,in principio temporis,creauit Deus naturam intellectualẽ , per cælum deſignatam,& naturam corporalem,quam terra præmonſtrat.Vtque Patris, *Gen. 1.*
& Filij,& Spiritus ſancti operatio vna monſtraretur,Deus Pater,aperte deſcribitur,cum dicitur;in principio creauit Deus,Filius per ly principium figuratur,vt Gloſſa int. explicat dicens,in principio,hoc eſt in Filio;& Spiritus ſancti perſona innoteſcit,cum Scriptura infert,& ſpiritus Domini ferebantur ſuper aquas. *Gloſſa int.*
Pater ergo,Verbum,& Spiritus ſanctus principium vnum creationis orbis eſt.At Verbum cum Patre ſimul, & Spiritu ſancto creans,ſtabat,& clamabat,ſi quis ſitit,veniat ad me,& bibat;vitam ſiquidem creaturæ ſitiebant, quam aliunde habere non poterant,niſi ab eo qui fons perennis vitæ eſt, vt iam pſaltes notatum reliquit; apud te eſt fons vitæ. pſ.35. *Pſ.35.*

Quòd Ieſus Dei filius, huius mundi tenebras ingreſſus,atque in cruce moriens,clamare non deſijt. Siquis ſitit veniat ad me,& bibat ; vtque abundantius homines ſatiaret, Spiritus ſancti flumina miſit in orbẽ.

HOc ferme omnes Eccleſiæ ſanctæ doctores vna voce fatentur,opera.ſ. Trinitatis ad extra adeo tribus diuinis perſonis indiuiſa eſſe, vt non quicquam Pater, aut Filius,aut Spiritus ſanctus ex ſe operari videatur,niſi & vniuerſa diuinarum per-

Digitized by Google

ſonarum Trinitas concurrat. Licetque Filius Dei, Mundi Redemptor appelletur, eo quòd
in eo incarnationis, paſſioniſque terminus abſolutus fuerit, non tamen ſic eſt ipſe Redē-
ptor, vt Pater, Spiritus ſanctus à Redemptionis opere arceantur. Qui etenim incarnatio-
nis connubia perfecerunt, & paſſionis quoque, redemptioniſque humanæ complementa
conſummarunt. Incarnationis profectò Pater æternus primordia inchoauit, cum prop-
ter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos, filium ſuum vnigenitum miſit in mundū.
Spiritus ſanctus eiuſdem incarnationis operator extit, vt Gabriel Angelus Virgini iuuen-
culæ teſtificatus eſt, dicens. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obum-
brabit tibi. Luc. 1. Atque in ipſo filio incarnationis terminus abſolutus eſt; quia Verbum
Luc. 1. caro factum eſt. Io. 1. Quocirca trium perſonarum diuinarum vna fuit incarnationis ope
Ioa. 1. ratio. At qui incarnationis abſoluto myſterio, clamare non deſijt; Si quis ſitit veniat ad
Tota Trinitas in incarnatione Verbi concurrit. me & bibat: profectò Ieſus Dei filius extitit. Nam veluti areſcens tellus, quatuor illa quæ
perdiderat, ardentiſſime ſitiebat humana natura. Perdiderat ſiquidem animæ vitam, in-
tellectus claritatem, diuinā imaginem, atq; optatiſſimū cæli habitaculū, vitā pdidit, dum
tortuoſi colubri verbis aſſentiēs, quibus ei dictum eſt; nequaquam moriemini. Gen. 3. in
æternum viuere poſſe putans, legis mandatum transgrediendo, pœnam mortis audiuit.
Gen. 3. donec reuertaris in terram de qua ſumptus es Gene. 3. Adeoque mortis fuit inde diffuſū
Addā per peccatū quatuor perdidit. venenum, quòd nec ſine dolore fatur Apoſtolus. Per vnum hominem peccatum intrauit
in mūdum, & per peccatum mors, & ita in omnes pertranſijt, in quo omnes peccauerūt.
Intellectus claritatem amiſit, quando de diuina lege dubius, obcecatum eſt inſipiens cor
eius. Diuinā denigrauit imaginem, dum; cum in honore eſſet non intellexit, comparatus
Pſ. 48. eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. pſ. 48. Alibiq; pſaltes dixit, quòd ini-
Pſ. 38. magnem pertranſijt homo. pſ. 38. Quando rationis vſu per inobedientiam dimiſſo, per-
trāſijt in imagine beſtie. Et quòd omni fletu dignū adeſt, optatiſſimā cælorū ſedē amiſit,
nam è paradiſo delitiarum eiectus, ſupracæleſtis habitaculi eiectionem prænouit. Are-
ſcebat igitur his, ſic miſerrime perditis humana natura, ſitienſq; clamabat: Rorate cæli
cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum. Ecce iuſtus acceſſit vt ſitientē refrigeraret, clāāſq;
dicebat: Si quis ſitit, animæ vitam, intellectus claritatem, diuinam imaginem cæleſtemq;
ſedem, veniat ad me, & bibat, quandoquidem è ſinu Patris ad hæc reſtituenda deſcendit.
Vitam nobis profectò ſua morte reſtituit, hinc aiebat. Veni vt vitam habeant, & abun-
Io. 10. dantius habeant Io. 10. Intellectus claritatem infudit; cum diſcipulis ſenſum aperuit vt
Luc. 24. intelligerent Scripturas. Luc. 24. Imo vt omnes ſui luminis claritate refulgeant Ioannes
Io. 8. inquit, quòd diluculo veniens in templum, omnis populus venit ad eum, & ſedens doce-
Io. Picus. bat eos. Ioa 8. Imaginem etiam perditam mirabiliter reſtituit, quod Io. Picus Mirandula
quæſt. de homine optimo declarat exemplo, .ſ. ſigillum aliquod in cera poſitum, vtique
imaginem imprimit quæ in ſigillo inſculpta videtur; at alio in eadem cera ſuperuenien-
te ſigillo, prima deſtruitur imago, imagine tantum ſecundi ſigilli in cera remanente; vt er-
go prima reſtituatur imago, primum ſigillum ſuper eandem ceram reiterandum euenit;
ſic vtiq; veluti cera ad varias imagines recipiendas apta, creatus eſt homo, qui Dei ſigil-
lo configuratus, diuinam recepit imaginem, teſtimoniū Scripturā ferente; Creauit Deus
Gen. 1. hominem, ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam. Gen. 1. At ſuperueniente Satana, ſuā im-
primens rebellionis figuram, diuinam eſt conatus imaginem exturbare, hic enim inimi-
cus ille homo eſt, qui patrefamilia quieſcente, in naturæ humanæ agro ſuperſeminauit
Zizania. Matth. 13. vt igitur prima reſtituatur imago, vt primi diuina ſigilli figura, ſit reim
Matth. 13. primi neceſſe; & ecce iam temporis aduentante plenitudine, ille de cælis ad terram de-
ſcendit, qui figura eſt ſubſtantiæ Dei, & imago bonitatis illius, qui hominibus iunctus, di-
uinam prius perditam reſtituit imaginem. Cæleſte quoque reſtituit habitaculum, quia iā
Pſ. 67. cælum aſcendens, captiuam ſecum duxit captiuitatem. pſ 67. Clamare autem non deſijt,
dum mortali hac vita viueret, dicens. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis,
Matth. 11. & ego reficiam vos. Matth. 11. Quòd idem ſonat, ac ſi diceret. Si quis ſitit, veniat ad me,
& bi-

Digitized by Google

& bibat.Mundum quoq; paſſionis ſuæ tempore redimens, etiam huiuſcemodi voce cla-
mauit,duo præcipue perdita reſtituere ſatagens,mundani.ſ.templi ſanctificationem, &
ad Deum,quo homo priuatus erat ingreſſum. Legimus quidem, Deum creaturas omnes,
orbis abſolutione completa ſanctificaſſe,benedictionibuſque repleuiſſe: at primi homi-
nis conſummato deliquio,qui benedictus erat orbis, fuit maledictionibus repletus; cum
dictum eſt homini.Maledicta terra in opere tuo,ſpinas,& tribulos germinabit tibi.Gen. *Gen. 3.*
3.Benedictionem ergo Ieſus reſtituere volens,in horto valide clamauit ad Patrem,atque
lachrimarum,ſanguiniſq; profluuio maledictionem è tellure abſtulit, cum factus eſt ſu-
dor eius ſicut guttæ ſãguinis decurrẽtis in terram.Luc.22. Abſoluitq; quod myſtice ſcri *Luc. 22.*
ptum fuerat.Fons aſcendebat de terra,irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ.Gen.2.Nec *Gen. 2.*
enim poſſibile ſit,vt literaliter dicamus,quòd paradiſi delitiarum fons,vniuerſam telluris *Fons Chri-*
faciem irrigaret,quandoquidem montium,colliumq; ſuperficies fluuiorum aqua non tan *ſti irrigãs*
git;niſi vt myſtice ſit aſſerere,quòd Ieſus filius Dei,veluti fons è Virgine natus,ſanguinis *terram.*
ſui riuulis,montis Oliueti tellurem irrigans,vniuerſam ſanctificauit humum:vtq; exube
rantiſſime proprio cruore eam irrigaſſe monſtraret,ſanctificatamque omnibus oſtende-
ret,flagellis cæſus,ſpinis coronatus,clauis confoſſus,& lancea vuulneratus,ſanguinẽ fun-
dens,ſolſemni quodam ceremoniarum ritu terram conſecrabat,tunc igitur clamabat; ſi
quis ſitit veniat ad me,& bibat; ac ſi aperte diceret, qui maledictione fuit vſque modo
circumſeptus,benedictionem ſitiens,veniat ad me,& bibat.Hominum quoque ingreſſũ
ad Deum,& ipſe quidem clamore perfecit.Cum etenim in cruce pendens,doloribus tor
queretur ineffabilibus,clamauit ad Patrem.Pater ignoſce illis,quia neſciunt quid faciũt.
Luc.23. Cumq; oratio eius vacua non eſſet, vt iam ipſe dixerat;Sciebã ergo Pater,quia
tu ſemper me audis.Io.11.& qui vere per ignorantiam in eum peccauerant, remiſſionẽ *Luc. 23.*
obtinuiſſent,ex quibus Petrus vno die tria fere millia,ſacro muniuit baptiſmatæ. Act. 2. *Ioa. 11.*
iam cælorum aperto oſtio,ex hoc mundo ad Patrem tranſiens, in cælũ eleuatus,clamare *Act. 2.*
non ceſſat. Si quis perennis vitæ ſitit aquam,veniat ad me,& bibat.Imo vt plenius orbis
diuinarum aquarum humore madeſceret,ac ſi proprij cruoris irrigua,parua quodammo-
do viderentur,Spiritus ſancti flumina è cælorum verticibus demittere voluit,quæ iã in
hoc mundo viuens promiſerat.Qui credit in me ſicut dicit Scriptura, flumina de ventre *Spiritus*
eius fluent aquæ viuæ: hoc autem dicebat de ſpiritu quem accepturi erant credentes in *ſanctus flu*
eum. Quærunt autẽ Sacræ Scripturæ Patres,vbi locus iſte ſit, de quo Chriſtus ait.Sicut *uiorum no*
dicit Scriptura,flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hieron. in prologo pentateuci, *mine deſi-*
hoc à Salomone dictum in prouerbijs aſſerit,ſed loci verba non affert. Cyprianus lib 2. *gnatus.*
c.3. inquit, ſub alia verborum forma Scriptura hoc referri apud Iſa.35. Quia ſciſſæ ſunt *Hieron.*
in deſerto aquæ,& torrentes in ſolitudine.Ipſe autem locum hunc eſſe putarem,Eccleſ. *Cypr.*
24. Ego ſapientia effudi flumina. At Origen.Prouerb.5.locũ refert Bibe aquam de ciſter- *Iſa. 35.*
na tua,& fluenta putei tui; Deriuẽtur fontes tui foras,& in plateis aquas tuas diuide.Vbi *Origen.*
per ciſternæ aquam,legis doctrinam ſignificari aſſerit:ac ſi diceret,doctrinam ne diſcas à
lege alienam,ſed eam tantum audiendo bibe,quam ciſterna tua,ideſt,lex tua per Moy-
ſen data perhibet.Per putei fluenta,Meſſie promiſſiones interpetratur,ideſt, Meſſiæ do-
ctrinis crede;in plateis inde aquas tuas diuide.ideſt, cum inebriatus fueris doctrina Meſ-
ſiæ,diuide illam per prædicationem,in plateis,ideſt,apud gentium populos. Quod tunc
expletum eſſe noſcimus,quando Spiritu ſancto de cælo miſſo,Apoſtolorum corda eiuſ-
dem Spiritus feruore repleta,verbum quod intus hauſerant,foris eructabant.Vt Ioel lõ-
ge ante prædixerat.Effundam Spiritũ meum ſuper omnem carnem,& prophetabunt fi-
lij veſtri,& filiæ veſtræ, & ſuper ſeruos meos, & Ancillas meas in diebus illis effundam
Spiritum meum. Ioel. 2.

FE-

Digitized by Google

FERIA TERTIA DOMINICAE PASSIONIS.

TEXTVS.

Poſt hæc autem ambulabat Ieſus in Galilæam, non enim volebat in Iudæam ambulare: quia quærebant eum Iudæi interficere. Ioa. cap. 7.

Quòd Chriſtus Iudæam deſerens, vt in Galilæam ſe transferat, & ſuos attentos reddit, ne quod optant amittant, & inimicis, vt immature in eum agant cauſas amouet.

QVòd mortis timore Ieſus Iudæam deſerit, vt in Galilæam transmitteret, inſulſum eſt credere, cum iam viribus potens, nullo mortis metu, ante tempus poterat affici: quod iam, & Salomon diuino feruens flamine, ſuauiſſimo verborum prædixit modulo. En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt, ex fortiſſimis Iſrael, omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi, vniuſcuiuſque enſis ſuper fæmur ſuum propter timores nocturnos: Cant. 3. Salomonem Saluatoris noſtri typum geſſiſſe ſatis Scriptura præmonſtrat, ibique maxime, cum de eo ad Dauid patrem Deus loquens, Meſſiæ figuram ſub eius perſona deſcripſit dicens. Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium. 2. Reg. 7. Cuius lectulus ſanctiſſima eius erat humanitas, omni gratiarum plenitudine fulgens, de qua ſponſa cæcinit. Lectulus noſter floridus. Cant. 1. ibi etenim Dei Verbum delitijs filiorum hominum iucundabatur. At ſexaginta fortes qui filij Dei humanitatem à nocturnis timoribus cuſtodiebant, porrò eius virtutes fuiſſe autumo, ſexagenario numero diſtributas, ad humanæ fortitudinis perfectionem; ſicut enim ſexageſimo ætatis anno vniuerſam ſumit homo ſuæ fortitudinis conſummationem; ita ſexageſimo numero vniuerſa abſoluitur virtutum ſtabilitas; omni igitur Ieſus fortitudinis virtute coruſcans, Iudæorum perſequutiones, in timoribus figuratas nocturnis, nil metuiſſe iam conſtat; vnde ergo ei hoc quaſi nouum aduenisse legimus, vt Iudæorum regione relicta in Galilæam ſe transferat, quòd timoris prætextu Euangelij litera monſtrat, dum inquit, quia quærebant eum Iudæi interficere? At ſi ſubtilius Euangelij verba perpendimus, nil timoris in Chriſto aderat, cum iam moriendi adhuc tempus non aduenerat. Imo qd ei timoris adeſſe poterat, qui nulla poteſtate coactus, ſed ſua in mortem erat voluntate offerendus, cuius animi robore, ſub alio enigmate ſponſa miratur. Neſciui (inquiens) anima mea conturbauit me, propter quadrigas Aminadab. Cant. 6. Quænam quadrigæ Aminadab ſponſæ animam conturbant? niſi dicamus, communem interpretum ſemitam ſectantes, quòd egrediente Hebreorum populo ex Aegypto, cũ ad maris rubri littus acceſſit, virgam extendens Moyſen, pontuſq; freta percuſſiſſet duodecim eſt mare ſectionibus diuiſum, obſtupuit populus, nec qui diuiſa ingrederetur æquora reperiebatur; niſi quòd fortis viribus Aminadab quadrigas mouens, quibus eius vehebatur familia, primus omnium diuiſi pontus vndas ingrediens, ita vt vniuerſa Hebreorum Synagoga obſtupeſceret, cæteris animum præbuit, vt feri maris fluctus ingredientes, perſequentium Aegyptiorũ manus aufugerent. At qui non factũ, ſed myſteriũ contẽplari lætatur, vtiq; mare rubrũ, paſſionis, mortiſq; acerbitatẽ deſignare cognoſcẽt, adeo antiquitus immani feritate ſuperbiens, vt nemo penitus qui eũ pertranſiret inueniretur; At ſupercæleſtis Aminadab, qui populus ſpontaneus interpetratur, Chriſtus. ſ. filius Dei, ſpontaneæ morti oblatus, quia ipſe voluit: adeo vt eius animi magnitudine vniuerſa creata obſtupeſceret natura, animum ſuis ſic potentem fecit, quòd ibant gaudẽtes à conſpectu cõcilij, & quaſi ad epulas inuitati, ad mortẽ properabant. Si ergo morientiũ pro Chriſti nomine, Chriſtus ipſe dux prior extitit moriẽs, Iudæã deſerens, vt in Galilæã trãſmearet, affectus timore non creditur, quia iam prædeſtinatæ mortis hora non venerat. Ad myſterium igitur Chriſti fuga transferenda cenſetur. Prædixerat enim Salomon Meſſiam Iudæorum perſequutionibus circumſeptum, Iudæam aliquando fore deſerturũ, vt ad gentes ſe transferat, cum dixit. Filij matris meæ pugnauerunt contra me, poſuerunt me cuſtodem in

Cant. 3.

Chriſtus non metu mortis ambulabat in Galilæam.

2. Reg. 7.

Cant. 1.

Cant. 6.

Quadrigæ Aminadab quæ fuerint.

Digitized by Google

Cant. 1.

Sara vxor Abrahæ quomodo mater Chriſti eſt.

vineis;vineam meam non cuſtodiui. Cant.1. Chriſti matrem (excepta Virgine) Vtique neſcirem,cuius filios contra Chriſtum pugnaſſe Salomon teſtatur,niſi loquentem Iſaiam audirem,qui cap.51.ait. Attendite ad petram,vnde exciſi eſtis, & ad cauernam laci de qua præciſi fuiſtis;attendite ad Abraham patrem veſtrũ, & ad Saram,quæ peperit vos. Chriſtus igitur ex ſemine Abrahæ natus ſecundũ carnem,Abraham patrem habuit;quod & Mattheus eius hiſtoriam inſinuans ait. Liber generationis Ieſu Chriſti,filij Dauid filij Abraham. Cuius mater Sara fuit vxor Abrahæ,idcirco & Iſraelitici generis omnes fratres eſſe dicuntur,quorũ pater Abraham,quorũ mater Sara. Hi nempe filij Abrahæ,& Saræ pugnauerunt contra Chriſtum fratrem, quærentes eum occidere: quos ille aufugiens pertranſijt ad gentes,vbi vineæ Domini Sabbaoth iam diſſipatæ,adhuc viroré aliquem retinentes,ſpem futuri fructus præſtabant. Hinc ille ait;filij matris meæ Saræ pugnauerunt contra me, quærentes me interficere, qui cum à me euitarentur,poſuerunt me cuſtodem in vineis,ideſt,animabus gentiũ quarum fructus expectabãtur vberrimi,vineam autem meam,quæ eſt Iudæa non cuſtodiui,nam ecce Iudeã relinquens Galilæam perambulo. Imo Paradiſus Domini gentilitas conſtituenda erat, quod fieri nequibat, niſi per Saluatoris præſentiam;ibi etenim paradiſus eſt,vbi ſummi Dei inuiſitur præſentia;idcirco Cant.4.dicitur. Emiſſiones tuæ paradiſus malorũ punicorum,cum pomorũ fructibus, ideſt,Eccleſia in gentibus conſtruẽda paradiſus tuus erit Domine;at nõ fiet,niſi per emiſſiones tuas;cum Iudæam derelinquens,ad gentes te conferes. Hoc idem illud ſonat. Deſcendi in hortum nucum,vt viderem poma conuallium,& inſpicerem ſi floruiſſet vinea, & germinaſſent mala punica. Cant 6. Hortus quidem nucum,gentiũ populus erat in vineam Domini electiſſimam mutandus;nuces etenim duo valde cõtraria continẽt,in corticibus ſcilicet,amaritudinem,& in medulla dulcedinem,quarũ corticibus cadentibus;ſola medullæ viget dulcedo: ita nempe populus gentium erat,adeo in exteriori conuerſatione,idolorum cultu labefactatus,vt ſola extrinſecus in eo amaritudo vigeret;intus autem ſic bene diſpoſitus, ad Chriſti doctrinam ſuſcipiendam,vt nimia dulcedine oppletus videretur: quocirca amariſſimos ſibi Ieſus Iodæorum populus deſerens,in hortũ deſcendit nucum, ſcilicet, ad gentes ſe tranſtulit,vt illarum populum,inflorentem,mutet vineam, amoris dulcedine exubeberantem. Huiuſcemodi vero gentium amaritudinem in melius mutandam, myſterioſiſſimo verborũ oraculo Ieremias quoque cap.12. prædixit, ſic ex perſona filij Dei loquens. Dereliqui domum meam,dimiſſi hereditatem meam dedi dilectam animam meam in manibns inimicorum eius. Domus ſiquidem filij Dei Iudæa dicitur,iuxta illud. Pſal.119. Facta eſt Iudæa sãctificatio eius,& Iſrael poſſeſſio eius;qui & hereditas Chriſti dicitur,vt Ieremias affatus eſt. Facta eſt mihi hereditas mea quaſi leo in Sylua,dedit contra me voces.quam & ob obſtinationis duritiem dimiſit;deditque animã ſuam in manibus gentium,qui ob idololatriæ cultum,inimicorum titulo appellabantur. Quod iam opere abſolutum cernimus dum Ieſum noſcimus Iudæam deſerentem, Galilæamque perambulanté. Cyrillus vero Alexandrinus 4,ſup.Ioan.31. vt Galilæam, vere Gentilitatem deſignare oſtenderet inquit Galilæam à Septentrione Iudææ conterminam eſſe;quam gentium populus inhabitabat;de qua & Iſaias quoque ait cap.9.& nouiſſimo agrauata eſt via maris trans Iordanem Galilææ gentium. In libro autem Leuitici cap.1 lex erat,vt agnus in altari offerretur Septentrionem verſus,vt inde præſignetur(vt Cyrillus ait)quòd oblatio veri agni licet in Iudæa eſſet complenda,paſſionis autem meritum ibi non permanſurum,ſed ad gentes fore transferendum. Quod quidem & ipſe Ieſus præfigurat,dum Galilæam perambulat,quia eum Iudæi quærebant interficere. Hinc illud Apocalipſis bene notandum euenit; Tene quod habes, ne alius veniat; & accipiat coronam tuam: aufert enim aliquando Deus ob demeritũ, id quod largiturus erat,quodque ab vno abſtulit alteri confert; vt de Iudæis noſcimus,à quibus ſacratæ paſſionis meritu abſtulit,vt gentibus daret. At D.Auguſtinus tract.28. in Ioannem;ideo Chriſtum Iudæam perſequutionũ tẽpore dereliquiſſe aſſerit; vt Apoſtolis exemplo monſtraret;quod

Cant.4. *Cant. 6.* *Gentilitas hortus nucum dicta.* *Pſal. 119.* *Cyrillus.* *Apoc. 3.* *Auguſt.*

verbis

Digitized by Google

Matth. 10. verbis explicuerat. Dixerat nempe, Si vos perſequuti fuerint in vnam ciuitatem, fugite in aliam. Matth. 10. vt iræ locum dantes, peccatoribus delinquendi tolleretur occaſio, cumque ſe perſequutionibus circundatũ cerneret, exemplo monſtrat, quod dixerat, à Iudæa deſcendens, & Galilæam perambulans. Seu hoc fortaſſe fecit, vt Salomonis dictum impleret; Vbi non eſt auditus, ne effundas ſermonem: prædicationem ergo à Iudæis aufert, nam qui auditum præberet non erat. Putant autem aliqui à Chriſtum diſceſſiſſe, quia ibi mors eius machinabatur occulte, ille autem clanculum mori nolens, ſed publice, vt per orbem valentius poſſit eius paſſio prædicari, mortis tempus expectans, in Galilæam tranſmeare decreuit; vt & ſic paſſionis fructus matureſceret, atque eius prudentia ſuperbum vinceret, vt dixit Iob 27.

Eccleſ. 32. — Iob 27.

TEXTVS.

Erat autem in proximo dies feſtus Iudæorum Scenophegia. Dixerunt autem ad eum fratres eius. Tranſi hinc, & vade in Iudæam, vt & diſcipuli tui videant opera tua, quæ facis. Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipſe in palam eſſe: ſi hæc facis manifeſta teipſum mundo. Neque enim fratres eius credebant in eum.

Quòd Chriſti ſocietas impijs ponderoſa videtur, vt iam fratrum eius oſtendit iniquitas, qui ſigna, & prodigia videntes, in eum minime credere inclinabantur.

Feſtiuitatis ſcenophegie ſignificatio.

TAbernaculorum feſtiuitas imminebat, quo tempore Ieſus Galilæam perambulabat, eo quòd à Iudæis quæreretur ad mortem; huius autem feſtiuitatis celebritas quartadecima Septembris agebatur die, vt per huiuſcemodi celebritatis ritum, Hebreorum familia, quadraginta annorum curriculis per deſertum, ſi ductam, atque ſub tabernaculis demorantem ad memoriam reduceret. Nec ita ad Hebreos ſecundum literam feſtiuitas huiuſcemodi ſpectabat, ſicut & ad nos ſecundum ſpiritum pertinet, vt mentis claritate noſcamus, nil huic ſæculo nobis prodeſſe conformari, ſed tanquam peregrini, & aduenæ cæleſtia inquirentes, ſæculum hoc quaſi temporaneum extimemus vmbraculum. Miror autem quo tempore Hebreorum vniuerſitas Dei amicis inherere debebat, vt iam diuinæ feſtiuitatis expoſcebat celebritas, eo plus illos perſequi contendebat; nam & fratres Ieſu qui omnino caram illius habere tenebantur ſocietatem quaſi grauem ſubſtinentes, ab ſe deijcere ſatagũt dicentes. Tranſi hinc & vade in Iudæam, vt & diſcipuli tui videant opera tua, quæ facis. Vbi duo profecto inquirenda obijciuntur, primum qui nam fratres Chriſti ſint? & ſecundum, quare quaſi moleſtam grauemq; Chriſti ſocietatẽ eius fratres habentes illum ab ſe eijcere ſtudent? Primum quidem difficile apud impium Eluidiũ extitit, circa quod obtenebratus, fætidũ os aperiens dixit: Mariam Virginem extra Ieſum plures ex Ioſeph concepiſſe filios, qui & Ieſu fratres dicti ſunt. Vere impium dogma, vere deteſtanda poſitio eſt. Quomodo Mariam Virginem ante partum, in partu, & poſt partũ prædicabimus, ſi ex Ioſeph filios habuiſſe, verum eſſet aſſerere? Idcirco D. Hieronymus optime Eluidij impietatẽ confutat, cum fratres Ieſù non Mariæ Virginis filios eſſe demonſtrat, ſed qui ex Virginis cognatione geniti fuerant. Sæpius enim iuxta noſtrum loquendi vſum eiuſdem conſanguinitatis genimina, fratres ſcriptura compellat. Fratres ſiquidem in diuinis literis illi dicũtur qui aut ex eiſdem parentibus natiuitatẽ trahxere, vt Iſaach, & Iſmael filij Abraham fratres dicti ſunt, licet diuerſo matrum partu, & Iacob, & Eſaũ fratres dicti ſunt, eorundem parentum ſemine propagati. Aut qui in eadẽ cognatione vitæ primordia ſempſere fratres ſcriptura compellat; cuiuſmodi Abraham, & Loth, qui filius fratris Abrahæ fuit, fraternitatis titulo decorantur; dicente Abraham ad Loth. Ne ſit iurgium inter me, & te, paſtores meos & paſtores tuos, fratres enim ſumus. Nos quoque communi vſu conſobrinos noſtros

Hieronym.

Fratres Chriſti qui fuerint.
Gen. 13.

Digitized by Google

ſtros fratres vocare ſolemus,cuiuſmodi & Iacobus cõſanguinitatis ratione frater Domini dictus eſt: Cum ergo in Euangelio dicitur;dixerunt fratres eius ad eum tranſi hinc,& vade in Iudæam: de fratribus,ideſt,cognatis intelligendum eſt. Secundum vero,quod explicandum euenit,quare ſcilicet Ieſum fratres moleſte ferentes,eum ab ſe eiicere procurabant dicentes. Tranſi hinc;quod idem eſt,ac ſi dicerent; Diſcede à nobis,quia iam te ferre non poſſumus; Verebantur tamen aperte ſic talia verba proferre,ſed acquirẽdi honoris,aut amplificandæ famæ prætextu,cordis malitiam operiunt,dicentes. Nemo quippe in occulto quid facit,& quærit ipſe in palam eſſe,ſi hæc facis manifeſta teipſum mundo. Placet mihi ſiquidem quod ſacræ Scripturæ interpetrũ plerique referunt; non odio ſcilicet,fratres Ieſum eſſe proſequutos,ſed incommodi gratia,peioriſque imminentis timore. Solet quippe ad hæc vſque tempora fieri,vt ob cõſanguinei vnius contumaciam, tota à magiſtratibus conſanguinitatis familiam vexetur. Cumque igitur Ieſus veluti contumax, à Iudæorũ præſulibus ad mortem quæreretur;nulli dubiũ eſt, quòd vniuerſa eius cognatio incommoda patiebatur,vnde ne ob ſui gratiam,amplius danna ſubſtinere cogerentur,illum à ſe amouere curabant,dicentes; Tranſi hinc & vade in Iudeam. Nam eius vitam ægre ferentes infra ſe dicebant: aut in diebus feſtiuitatis iſte miracula faciens,à Iudæis acceptabitur vt Meſſias, & ſic nobis augebitur honor; aut fortaſſe illum occident, & ſic per eum danna non ſubſtinebimus;quomodocumq; ergo ſit,ſi Galilæam deſerens, in Iudæam iterum reuertetur,bene nobis erit. Ecce quàm ad patiendum ob Dei amorem debilis ſit humana conditio,Ieſum magis amittere cupiens,quàm mũdi incommoda ſubſtinere. Legimus quoque Matth.8. quòd cum veniſſet Ieſus in regionem Geraſenorum duos à ſpiritibus immundis vexatos liberans, ſpiritus in porcos permiſit introire,cumq; porcorum grex in mare demergeretur,omnes ciuitatis incolæ ad Dominum accedentes, eum rogabant, vt ab eorum finibus tranſiret, ad beneſitia,& ſanitates hominum non reſpicientes,dummodo temporalia bona cuſtodirent: maioremque porcorum,quàm Chriſti æſtimationem habentes. O vtinam & apud nos,idipſum hodie non fieret: aliquos ſiquidem noſcimus,magis cum diabolo pacem habere cupientes,dummodo diuitijs,carnalitatibus,aliiſque immunditijs non priuentur;quàm Chriſto mundi incommoda ſubſtinentes,fæliciter amicari. Nec mirum,quia & ipſius fratres,eum ad mortẽ impellebant,dummodo nil pro eo pati cogerentur. Qui etiam & infidelitate arguũtur,dum de eis dicitur. Neque enim fratres eius credebant in eũ. Aut fortaſſe erat eis Chriſti moleſta ſocietas, quia ſicut iuſtis iuſtorum ſit dulce commertium; ita impijs impiorum dulce, & iuſtorum odibile ſit. Quod myſterioſiſſimo verborũ eloquio,patiens deſcripſit Iob.cap.21.dicens. Dulcis fuit Glareis cocyti. Vbi ad literam Nicolaus Lyranus refert,hic Iob Cocytum inferni fluuium nominare, qui iuxta antiquorum opiniones, non ex aquis vt cætera mundi flumina conflatur, ſed ex amariſſimis dannatorum lachrmis, arenæ autem in fornacibus inferi decoctæ cum influentem proijciuntur,licet amariſſimæ ſint vndæ,refrigerium tamen reſpectu ignis ardentiſſimi quoddammodo ſentiunt; ita & in hoc mundo euenit,vt ſceleſtiſſimi homines, licet omni iniquitatum, vitiorumque amaritudine affluant,cum ſceleſtis tamen hominibus conuerſantes,quia & illi adhuc vitiorum ardore efferbent,ſibi inuicem compatientes refrigerantur; at ſi ſanctis iunguntur hominibus, illos amaritudine afficiunt,vt latrones ſolent in villis pacifice commorantes inquietare. Viri quoque iuſti ob diuinarum doctrinarũ documenta impijs graues,& amari eſſe videntur,docebat itaque Ieſus ſuos,cuius doctrina,cum illis amara,grauiſque fortaſſe videretur. Omnino repellebatur;cui & dicebant; Tranſi hinc & vade in Iudæam. Aliud etiam conſideratione dignum occurrit,quòd impius Satan Chriſtum filium Dei eſſe non credens,an fortaſſe ad peccatum aliquod illum inducere ſtuduit, dixitque primo. Si filius Dei es,dic,vt lapides iſti panes fiant. Secundo ſi filius Dei es, mitte te deorſum,ac denique tertio; Hæc omnia tibi dabo ſi cadens adoraueris me: cui & conſanguinei Chriſti ſimiles quoddammodo effecti, cum illum filium Dei eſſe non crederent, iuxta quod Euangelij textus inquit.

Delitijs humana conditio ad patiendum.

Matth.8.

Iob c.21.

Nic. Lyra.

Fluuius inferni Cocytus.

Digitized by Google

Neque enim fratres eius credebant in eum: ad tentandum inclinantur, vt ſic forſan eis experiri liceret, an poſſit peccato ſuccumbere, qui ad vanæ gloriæ ſtatum inducitur, cum ei populorum concurſus proponitur, ſi feſtiuitatis tempore operari miracula dignaretur: idcirco dicunt. Si hæc facis manifeſta teipſũ mundo. Ex his ergo argumentari licet, tũc diabolum tentationis fortius immittere iacula, cum peccãdi occaſio proxima obijcitur; imminens erat tabernaculorum feſtiuitas, quando & Chriſti cognati eum putantes ad vanagloriæ peccatum poſſe eleuari, vanagloriæ quoque elationem ſuadent. Hoc nempe illud peccatũ eſt, ad quod homines elati facilius cadunt: vt de Hercule legimus, qui dum cũ gigante luctaretur Anteo, nunquam illũ proſternere valuit, cum autem aliquantiſper è terra ſubſtulit, ſtatim in humũ deiecit, occiditque: ita ſæpe diabolus cum hominibus tentationum diuerſitate luctatur, quos cũ non proſternere poſſe noſcit, ad peccatũ ſuperbiæ eleuare ſatagit, ſtatimque ſumit de hoſte triumphum; talis eſt enim hominũ natura, vt vix vanagloriæ ventum ſuperare valeat: ac ſoli perfecti huiuſcemodi tentationũ non timent.

Diabolus tentat quãdo occaſionẽ habet.

TEXTVS.

Dicit ergo eis Ieſus, Tempus meũ nondum aduenit, tempus autẽ veſtrum ſemper eſt paratum. Non poteſt mundus odiſſe vos, me autẽ odit; quia ego teſtimoniũ perhibeo de illo, quòd opera eius mala ſũt. Vos aſcendite ad diem feſtũ hunc, ego autem non aſcendã ad diem feſtum iſtum, quia tempus meũ non dum impletum eſt. Hæc cum dixiſſet, ipſe manſit in Galilæa. Vt autem aſcenderunt fratres eius, & ipſe aſcendit ad diem feſtũ, non manifeſte, ſed quaſi in occulto. Iudæi ergo quærebant eum in die feſto, & dicebant. Vbi eſt ille? & murmur multũ erat in turba de eo. Quidam [illegible] dicebant, quia bonus eſt: alij autẽ non: ſed ſeducit turbas.

Quòd Chriſtus [illegible] contraria verba pronuntiat, dicens; non aſcendam ad diem feſtum iſtum, deinde tamen aſcendens vtrumque verificat.

DVbitationis anſam profecto etiã ſimplicibus, Chriſti verba miniſtrant; Tẽpus meum non dum aduenit, tempus autẽ veſtrũ ſemper eſt paratũ. Nam aſſerente Paulo: at vbi venit plenitudo tẽporis, miſit Deus filiũ ſuũ. Quomodo verũ ſit hoc, quod Ieſus ait. Tempus meũ nõ dum aduenit? Idcirco modernorũ doctorũ optima ſit reſponſio. cũ dicitur aliud eſſe humilitatis Chriſti tẽpus, aliud exaltationis: profecto cognati eius exaltationẽ & gloriã in die feſto, per cũ miracula operantẽ conſequi putabant, Ieſus autẽ qui adhuc in humilitatis tempore erat, de quo & Paulus inde loquutus eſt; nec adhuc tempus exaltationis eius aduenerat (licet prope eſſet) dixit, Tẽpus ſcilicet, exaltationis meæ, non dum aduenit; tempus autem vanagloriæ veſtræ ſemper eſt paratum quia in peccato cõcepti, ſub peccati iugo viuitis. Ideo vos aſcendite ad diem feſtum hunc. ego autem non aſcendam. Quid hoc ſibi vult, non aſcendam, cum iam poſt quàm aſcenderunt fratres eius & ipſe quoque aſcendit? Nodũ ſoluit Nicolaus Lyranus, dum de feſto Scenophegiæ refert, quòd ſeptẽ diebus huiuſcemodi feſtiuitatis celebritas agebatur, at tribus ſeu quatuor primis diebus, Iudæorum quiſque ad ludos & conuiuia attendebat ſequentibus autem ſacrificiorum ſollennitates abſoluebantur. Chriſtus itaque ad conuiuia, & ludos accedere nolebat, idcirco ait, ego non aſcendam; at quia ſacrificiorum celebritatibus adeſſe optabat, poſtquam aſcenderunt fratres, eius & ipſe quoque aſcendit non manifeſte ſed quaſi in occulto. Aut fortaſſe vt Chriſoſtomus, & Theophilactus aſſerunt, ad diem feſtum aſcendere noluit, cum à fratribus hortabatur aſcendere, quia tunc inimicorũ corda aduerſus eum exaſperata iam nouerat, vnde moratur aliquantiſper, vt furor quieſceret, & præparati mali cauſam auferret. qui tandem aſcendit, excitatum furorem iam aliqualiter quieuiſſe cognoſcens. Seu tunc aſcendere renuit propter incredulos, qui tandẽ aſcendit propter

Tempus humilitatis, & exaltationis Chriſti.

Nic. Lyra.

Chriſoſt. Theophil.

Digitized by Google

ter iuſtos. Poſtquam autem aſcendit, murmur multũ in turba erat de eo, & alij dicebant, quia bonus eſt, alij autem non, ſed ſeducit turbas. Ad exemplum totum hoc factũ eſt, vt in medio peccatorum iuſti in diſcrimine poſitos eſſe noſcant.

FREIA IIII. DOMINICAE PASSIONIS.

TEXTVS.

Vos non creditis, quia non eſtis ex ouibus meis. Oues meæ vocem meã audiunt, & ego cognoſco eas, & ſequuntur me, & ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quiſque de manu mea. Pater meus, quod dedit mihi maius omnibus eſt: & nemo poteſt rapere de manu Patris mei. Ionn. cap. 10.

Quòd Deus omnium creaturarum Paſtor eſt, qui ideo oues ſuas cognoſcere dicitur, quia infinitæ prouidentiæ ſuæ intuitu, cuncta regit, diſponit, gubernatque.

PAſtores, oueſque ſimul mentem oblectare, ſola ipſorum cogitatione comperimus; at eo iucundius eis animus lætatur, quo profundius in ſacris Scripturis, eorum ſignificata ſcrutatur. Origenes, atque Chriſoſtomus in Matth. 18. nonaginta nouem oues, cum perdita centeſima ad Angelos, homineſque referunt, quorum Paſtorem Chriſtum aſſerunt. Gregor. illud Iob exponens: Venerunt autem amici Iob, & dederunt ei ouem vnam, & in aurem auream vnam: per ouem promptam obedientiam interpetratur. Gloſſ. ord. ſup. Exo. 22. ouiculæ ſignificatum ad legem Moyſis refert; ſicut enim legis mandato ſancitum eſt, pro vna deperdita oue, quatuor reſtitui debere; ita pro vna Moyſis lege perdita, quatuor Euangelij volumina reſtituta ſunt. Gregorius item. 1. Reg. 16. ouium greges ſanctarum cogitationum congregationes deſignare aſſerit. Baſilius etiam ſup pſ. 28. hom. 1. ouem Chriſtum appellat. Adſunt quoq; ouiũ apud ſacræ Scripturæ interpetres, ſignificationes quàm plurimæ, quibus ſummopere iucundatur animus. Paſtoris etiam allegoriæ varietate mirifica pollent. vt ſæpius autem Chriſtus paſtoris nomine deſignatur, vt ipſe dixit; Ego ſum Paſtor bonus, & cognoſco oues meas: & in præſentis Euangelij litera veluti paſtor, oues ſe habere teſtatur dicens. Vos non creditis, quia non eſtis ex ouibus meis. Oues meæ vocem meã audiunt. Ipſe vero pro nunc, Deum omnium creaturarum patrem ſub paſtoris nomine intelligam, cuius oues creaturæ cunctæ ſunt: noſcit autem oues, quia ſuæ prouidentiæ infinitate, omnia regit, diſponitque. Vt autem circa Dei prouidentiam aliqua tangam, quatuor ordinatim explicanda deſumam: primum, qua ratione Deus creaturis ſuis prouidus paſtor dicitur? ſecundũ, prouidentia quid eſt? tertium, vtrum in diuina natura, quo ad ipſam, inueniatur prouidentia? & quartum, quomodo diuina prouidentia in omnibus diffunditur creaturis? Quantũ ad primum; ex tribus quæ optimus paſtor habere debet, Deus creaturarum paſtor prouidus oſtenditur. Paſtoris nempe munus eſt, ouium ne pereant, moriantur que curam ſubſtinere, & hæc ſui muneris eſt prima conditio; ſecunda paſturarum eis fæcunda quærere arua; & tertia optimis cuſtodibus ouium curã cõmittere, quæ profecto pleniſſimæ ſuis Deus præſtitit creaturis. Cum etenim Angelos, ceu ouiculas ſibi creaſſet, aliquas deperire vidit vt fuit Lucifer, & qui cum eo aberrare ſenſerunt, cumq; ad mortem truſas cerneret, quibus nulla reſurgendi ſpes inerat, earum ſedes hominum animabus reparare decreuit, vt hinc ouile ſacrum, nulla luporum rabie videretur abſciſſum. Ouibus quoque paſturarum loca fæcundiſſima conſtituit; nam Angelis cælorum prata dedit, vt ſupercæleſtium ciborum affluentia paſcerentur; hominibus autem ad tempus terreſtribus cibis vti conſtituit, panem Angelorum in æternũ inde cibandis. Verum Eccleſia ipſa qui nam feracior ager? vbi diuinis ad tempus epulis, potibuſque pecus ſatiatur humanum? & tandẽ optimis cu-

Origen. *Chriſoſt.* *Gregorius.* *Gloſſ. ord.* *Ouium, & paſtorũ ſignificationes.* *cap. 42.* *Gregor.* *Baſilius.* *Paſtoris cõditiones tres.* *Ouium Dei paſcua fertiliſſima.* *Creaturæ omnes ſuis cuſtodib. commiſſæ.*

Deus Pater animã poſuit pro ouibus ſuis. Auguſt. Origen. Leuit. 26. Anima Dei filius eius eſt. Ezech. 34. Prouidentia quid eſt. Cicero. Auguſt. Iſidorus. Boethus. Quomodo in Deo non eſt prouidẽtia.

ſtodibus rationalium animarum,imo & creaturarum omnium quæ ſub cælo ſunt curam commiſit. Angelos enim priuſquam beatitudinis gloria coronarentur, potentiſſimi Archangeli Michaelis munimine cuſtodiuit,ne voracis lupi Satanæ morſibus abſcinderentur.Homines quoque,imo,& creaturas omnes(vt D.Thomas teſtatur)Angelicæ curæ cõmiſit. Addam etiam id quod omnem excedit intelligentiam:Deum.ſ. vt optimi paſtoris munus exercuiſſe noſcamus,animam pro ouibus poſuiſſe Scriptura demonſtrat,quod filij ſui teſtimonio probatur Bonus paſtor animam ſuã ponit pro ouibus ſuis. Ioa. 10.quod licet de Chriſto in cruce moriente pro animabus humanis Scriptura referat; tamen de Deo omnium paſtore intelligi poſſe, nulla abſurditatis ratione innoteſcit. Difficultatem autem huiuſcemodi interpetrandi ratio miniſtrat; quandoquidem ſi Deus vere ſumme ſimplex eſt,vt Auguſtinus teſtatur,nec ſimplicior ſimplicitas Dei ſimplicitate excogitari poteſt, quomodo poſſibile fiat,vt animam habeat? Dubium profecto Origeneis verba diſſoluunt;exponens etenim Adamantius idem,quæ apud Leuit.26. Scriptura cõmemorat. Ponam tabernaculum meum in medio veſtri,& non abijciet vos vltra anima mea. inquit, non abijciet vos vltra anima mea,ideſt filius meus. Anima igitur Dei filius eius eſt, itaque Bonus Paſtor Deus,animam ſuam,ideſt,filium ſuum,pro ouibus ſuis dedit ad mortem. Quem etiam animarum paſtorem conſtituit, iuxta quod Ezechiel verbis prædixerat.Suſcitabo mihi ſuper eas paſtores vnum.Optimi ergo paſtoris Deus munus exercuit, filium ſuum pro ouibus ſuis tradens ad mortem: idcirco his quidem ſic iam præhabitis, prouidus paſtor creaturarum ſuarum Deus dignoſcitur.Quantum autem ad ſecundũ explicandum attinet,.ſ.quid prouidentia ſit: Cicero ſic prouidentiam diffinire videtur, virtus.ſ.qua futura bona,vel mala præuidentur antequam fiant.In idemque Auguſtinus incidere videtur lib.de ſpiritu,& anima:prouidentia.ſ.inquiens,eſt, præcognitio quædam qua munimur futura mala præcauentes.Iſidorus autem Etymolog.lib.3. ſimulque Boethus de Conſo.aiunt, prouidentia,quaſi porrò videntia,ideſt de longe videntia,ſeu à longe præuiſio quædam,qua aduenientia futura præcognoſcuntur.

Deus ens ſumme neceſſarium eſt.

Vtrum autẽ in Deo, qui ſumme prouidus ſuis creaturis oſtenditur,quantum ad ſui ipſius naturam, prouidentia reperiatur,(eſtque tertius tangendus punctus)puto quòd non. Si etenim prouidentia,præuiſio eſt,ad futura præcauenda mala,ac omnis mali Deus expers eſt,nec prouidentia ad aliquid præcauendũ indiget.

Diuinæ operationes ad intra neceſſariæ ſunt.

Imo ſi prouidẽtia,futurorũ præcognitio eſt,& Deus omnia ſibi præſentia videns nil futurũ habet, vtique & prouidentiam in ſemetipſo dari abſonum omnino eſſet. Nec prouidentia quicquam fieri poteſt,vbi omnia ſecundum neceſſitatem ſunt. Dicam profecto Deum ens ſumme neceſſarium eſſe,at vbi neceſſitas, nulla poteſt neceſſarij entis prouidentia reperiri;hinc Deus quo ad ſuiipſius naturam, prouidẽtia non indiget.Imo nec in diuinis operibus ad intra quicquam prouidentiæ reperiri poteſt,cum iam omnia ibi neceſſaria ſint. Nam diuinus intellectus ocioſus non eſt,ergo neceſſario intelligit, nec conceptus intelligentiæ ſuæ accidens eſſe poteſt, eſt enim Deus omnium accidentium expers:idcirco ſubſtantia eſt,nec alia ſubſtantia niſi ſua ipſius ſubſtantia,

Prouidẽtia diuina in creaturis diffunditur.

igitur notitiam genitã intellectus diuinus habens, vna gaudet ſubſtantialitate naturæ,duobuſque diuinis ſuppoſitis,Patris.ſ.generantis,& notitiæ genitæ;non autem diuinus intellectus notitiam gignit aliunde, niſi ex ſe neceſſario,cum ergo Verbi Dei neceſſaria ſit generatio,nulla reperitur in eiuſdem diuina generatione prouidentia.Imo quoque nec in Spiritus ſancti productione aliqua poteſt prouidentia reperiri;licet enim voluntariæ producatur,productio tamen neceſſaria eſt:eo quòd Pater,& Verbum otio nõ vacant, agunt ergo aliquid, Pater Verbũ amat,iſdemque amor à Verbo in Patrem reflectitur;vnde fit,vt amor Patris,& Filij nexus dicatur;nec talis amor accidens eſt,ſed ſubſtantia,nec alia .ſ. niſi Patris & Filij ſubſtantia,ecce igitur tria ſuppoſita in diuina natura ſunt, Pater,Verbum,Amor,quorum ſubſtantia vna;licetq; amor ex Patris, Verbique voluntate emanet,haud propter hoc,volunrarius amor contingens eſt,ſed neceſſarius;ineuitabiliter enim,Pater, & Verbum mutuo diliguntur,vbi ineuitabilitas ibi neceſſitas, & vbi

vbi neceſſitas, ibi nulla eſt prouidentia: igitur Deus quantum ad ſuam ipſius naturã, prouidentiam non habet. Ad quæ vero diuina diffundatur prouidentia nunc perſcrutari liceat, eritque quartus hic à nobis punctus explicandus. Diuina prouidentia creaturæ tantum indigent, atque ad eas tantum diuina pietate diffunditur. Primumque diuinæ prouidentiæ actum (ſi primum aliquod apud Deum dari licet) Angelorum, hominumque prædeſtinationẽ ad gloriã fuiſſe puto: nec enim abſque diuinæ prouidentiæ munimine, beatitudinem creatura quæque conſequi poſſet. In Angelorum nempe creatione adeo ſe diuina prouidentia diffudit, vt nec lingua valeat eiuſdem enarrare actus. Liceat nobis tantum quæ de Angelorum natura, ab antiquis deſumpſimus enarrare. Quinque ſiquidem diuinæ prouidentiæ actus, in Angelorum creatione, ceu principaliores enumerantur. Primus, quòd Deus, ſine corporibus prouidentia ſua Angelos creauit intellectuales ſpiritus, iuxta illud. Pſal. 103. Qui facis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos flammam ignis, Secũdus, vt ſemper mobiles ſint. Tertius, vt arbitrij libertate lætentur. Quartus, vt ſemper Deo miniſtrantes adſint. Et quintus, vt nõ natura, ſed gratia, immortalitate gaudeãt.

Diuinæ prouidentiæ actus quinque in Angelis. Pſal. 103.

Mirabili profecto prouidentiæ intuitu Angelos ſuos creauit Deus, ſpiritualis naturæ, ita vt nil corporeitatis habeant, vt ſcilicet in eis, lucidius intellectus claritas promicaret: quo circa nullo pacto ſpernenda euenit opinio illa, quæ Angelos ſine diſcurſu ponit omnia intelligere. Adeo enim in eis intellectus claritas viget, vt abſque principiorum ad concluſiones applicatione, quicquid euenit cognoſcibile dignoſcunt, vt per hoc maxime ab hominibus differant, qui idcirco rationalitate ditati ſunt, vt omnia ſecundum diſcurſum intelligant, & noſcant: vnde Dionyſius, Angelos, cæleſtes mentes appellat, qui ſi diſcurſu pollerent, fortaſſe ſpiritus rationales appellaret. Quòd autẽ ſemper mobiles Angeli ſint, in hoc & ſumma Dei prouidentia eluxit; quandoquidem & Angelorum mobilitas, ad annihilationis rationẽ referri debere autumo, & ſic creaturæ cunctæ ſemper mobiles ſunt, ideſt, ad annihilationẽ vertibiles: vt inde sũma Dei immobilitas, & incorruptibilitas eluceſcat; qui ſemper idem, ſtabiliſque manens, dat cuncta moueri. Neceſſe ergo fuit, vt & ad hoc, diuina prouidentia reſpiciat, vt Angelos ſemper mobiles creans, intellectibus humanis anſam errandi auferat: futurum enim erat, vt Angelorum natura, apud homines, tantæ admirationis eſſet, vt illos Deos fortaſſe putaret; nil autem tàm à deitate alienum dignoſcitur, quàm ſi ſuapte natura ad annihilationem ferri eſtimatur. Aut Angelorũ mobilitas, pro diuinarũ illuminationũ cognitione accipienda euenit; mouentur etenim apud Deum beatæ mentes, ex vna illuminatione ad aliam, & quia quanto plus in beata illa diuina natura vident, eo plus videndum remanet, ex vnius viſionis deſiderio, ad aliud viſendi deſiderium mouentur, quod cum ſemper in eis fiat, ratio eſt, vt Angeli ſemper mobiles dicantur.

Angeli in intelligendo non diſcurrunt. Dionyſius. Angelorũ mobilitas quomodo intelligenda.

Curioſioris autem inquiſitionis doctrinam, in eo quem de numerorum arcanis inſcripſimus, circa Angelorum mobilitatem adduximus, atque ex ea, infinita Dei prouidentia dignoſcitur, cum Angelos moueri putamus, ob creaturarum rationalium beneſitium, ex vno offitio ad aliud: quod & Iob authoritate munitur, qui de Angelis loquẽs, ait. Ecce qui ſeruiunt ei non ſunt ſtabiles, & in Angelis ſuis poſuit mutationem. cap. 4. licet vulgata æditio habeat, & in Angelis ſuis reperit prauitatẽ. Mouentur enim ſæpius Angeli ab offitijs ſuis, & ex vno ad aliud traſeunt: quod de Michaele Archangelo exactiſſime noſcimus, omnium Angelorũ Principe, qui olim Iſraeliticæ plebis cuſtos erat; vt Gabriel Angelus apud Dan. 10. oſtendit dicens. Et nemo eſt adiutor meus in omnibus his, niſi Michael princeps veſter. Nunc autem impia Iudæorum manu Chriſti morte conſummata, ad cuſtodiendam Eccleſiam tranſlatus eſt, à priori in melius mutatus offitium. Sunt nempe qui aſſerunt, ſingulis tribus menſibus, mundi cuſtodes à cuſtodijs ſuis moueri; ac ſingulis tribus horis, qui animarum curam habent, ab offitijs ſuis moueri alijs ſubintrantibus. Ad quod fortaſſe Calixtus Papa reſpiciens, haud tantum pro temporum diuina ordinatione, ſingulis tribus menſibus, trium dierum ieiunium inſtituit; verumenimuero, & vt Deo pro optima Angelorũ gubernatione in tribus præteritis menſibus peracta, gratias

Angelorũ offitia mutantur. Dan. 10. Angelus Eccleſiæ cuſtos Michael. Quatuor temporũ ieiunij ratio.

gratias agamus, Angeloſque ad illud idem offitium ſubintrantes propitios habeamus. Quo modo vero, qui animarum cuſtodiam habent ab offitio moueantur, vt alij ad cuſtodiendas vigilias ſubintrent, difficile ſit intellectu, propter D. Hieronymi verba: magna dignitas animarum, vt vna quæque ab ortu ſuæ natiuitatis habeat ſibi Angelũ delegatum. Niſi dicamus, quod vnaquæque anima ex eo inſtanti, quo ſuo eſt infuſa corpori, Angelum ſibi cuſtodem habeat; ſed non ſemper vt vnus & idem ſit, eſt neceſſe, quandoquidem vt mutari ſolent militum excubiæ, alijs ſubintroeuntibus ad vigiliam cuſtodiendã militibus; ita & circa animarum cuſtodiam, Angelicæ mutantur excubiæ, ſic vt vno recedente Angelo, alius ad cuſtodiã ſubintret, & ſic anima ſemper ſub Angeli cuſtodia manet. ſed non ſemper vnus, & idem Angelus, eſt ad cuſtodiendum delegatus. Faciunt ad hoc profecto & illa Chriſti verba apud Lucam. 12. Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & apud Marc. 6. Et circa quartam vigiliam noctis. Porrò noctis vigilia nulla eſt, niſi quod Chriſtus de Angelorum vigilijs loquitur, circa hominum defenſionem qui etenim primam vigiliam cuſtodiunt, mouentur ab ea, alijs ſecundam incipientibus, & ſic ſucceſſiue, qui Deo ſeruiunt, creaturas cuſtodiẽdo, nõ ſunt ſtabiles, nam in Angelis ſuis Deus poſuit mutationem: vnde & Angeli ſemper mobiles eſſe dicuntur. Voluit etiam prouidentia ſua ſummus omnium artifex, vt & Angelis arbitrij libertate donentur; præuidens enim illorum aliquos eſſe caſuros, ne forte de conditore triſtentur, omnes libertate arbitrij, ad bonum, vel malum eligendum voluit eſſe dotatos, vt qui delictorum ſuorũ pænas in æternum luent, propria electione ſciant ſibi malũ elegiſſe, non bonum. Cumque omnes creaturæ ſuapte natura Deo inſeruire teneantur, nobiliori obſequio hæ miniſtrare tenentur, quæ naturæ ſimplicitate cæteris altius Dei ſimilitudinem proferunt: idcirco Angelicarum mentium ordines, omnium opifex rerũ ad duo ordinauit abſoluenda, ſcilicet, & vt adſiſtant, & vt miniſtrent. Aſſiſtentes quidem apud Deum Angelos quoſdam legimus, Tob. 12. Ego ſum vnus ex ſeptem Angelis, qui aſtamus ante Dominum. Ac cæteros omnes miniſtrantes eſſe, Paulus teſtatur, dicens. Omnes ſũt adminiſtratorij ſpiritus, miſſi propter eos, qui hereditatem capiunt ſalutis. At denique Angelos Deus gratia immortales, non natura creauit, repugnat enim, ac impoſſibile omnino eſt, aliquid creatum eſſe, & natura immortale, cum tantũ creatori immortalitas ex natura ſit. At qua ratione prouiddus paſtor Angelorum Deus, abſcindendam præuidens Angelicam naturã, poſtquam de facto abſciſſam cognouit, tantæ miſeriæ prouidere noluit? placet quidem D. Thomæ reſponſio, quod in peccato cadens Angelica natura, non tota corruit, ſed pars aliqua tantum; quocirca qui remanſerãt Angelici ſpiritus, ſufficiebãt, vt talis creata natura, Dei fruitione gauderet. At in hominibus quis diuinæ prouidentiæ influxum enarrare valet? tribus quidem ineffabilibus methodis in hominibus, ſuam Altiſſimus prouidentiam diſſeminauit, primo prædeſtinans ſecundo creans, & tertio, vt beatificaret redimẽs, quorũ vtrumque Euangelij verbis deſignatur. Oues meæ vocem meam audiunt, his profecto creatio ſignificatur, vocauit enim Deus ea, quæ non erant, tanquam ea quæ ſunt, quæ per creationis actum reſpondentes dixerunt adſumus. Et ego cognoſco eas; porrò hæc prædeſtinatio eſt, qua Deus ante ſæcula præcognouit omnia. Et nemo rapiet eas de manu mea: atque hæc redemptio eſt. Inter prædeſtinationis autem actus, maximus ille fuit quo non tantum homo fuit prædeſtinatus ad gloriam, verum & ad filij Dei vnionem indiſſolubilem. Quinetiam ſi peccatum non adfuiſſet, adhuc & pro hominum gloria, filij Dei incarnatio fuiſſet conſummata. Nec tantum ad hoc me Doctorum verba cogunt, quantum & ſacræ Scripturæ teſtimonium quoddam eximium. Legimus vtique Gen. 2. quòd hominis conditione abſoluta, vt nunquã ſoluendo connubio mas, & fæmina iungerentur, verbis Dei vſus Adam dixit. Propter quam relinquet homo patrem ſuum, & matrem ſuam, & adherebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Quæ verba D. Paulus exponens ait. Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico de Chriſto, & Eccleſia. Ecce igitur ante hominis lapſum promittit Deus, humanam naturam, ſuo filio iungendã. Altera etiam & Dei

Hieronym. — *Luc. 12.* — *Marc. 6.* — *Noctis vigiliæ, quæ ſint.* — *Angeli aut aſſiſtentes, aut miniſtrantes.* — *Tob. 12.* — *Angelos natura immortales eſſe impoſſibile eſt.* — *D. Thomas* — *Diuinæ prouidentiæ in hominibus actus tres.* — *Adã ſi non peccaſſet filius Dei incarnatus fuiſſet.* — *Gen. 2.* — *Ephe. c. 5.*

Digitized by Google

Gen. 3.

Dei promiſſio circa Meſſiæ aduentum reperitur, Gen. 3. vbi Deus ſerpenti maledicens, dixit. Inimicitias ponam inter te & mulierem, ſemen tuum, & ſemen illius, ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius. Hæc profectò poſt Adæ lapſum promiſſio facta eſt, vt perpetrata danna reparentur, vtq; à ſerpentis ſeruitute eriperetur homo; ad quid ergo prior illa ꝓmiſſio facta eſt? Si etenim nõ peccaſſet homo, & filius Dei carnẽ nõ aſſumpſiſſet, promiſſio illa ante lapſum facta, erunt duo in carne vna, nunquam impleta fuiſſet; num Deus fortaſſe mendaciter promittit, vt nõ compleat? Idcirco dicendũ, quòd ſi Adam non pecaſſet, filius Dei pro hominum gloria incarnatus fuiſſet, vt ſic impleretur promiſſio illa ante peccatum facta: erunt duo in carne vna: at quia peccauit homo, & pro gloria filius Dei incarnatus eſt, & pro redemptione, vt ſecunda poſt lapſum impleretur promiſſio; ipſa conteret caput tuum. Quo circa ſicut ante lapſum prouiderat Deus homini, vt per filij ſui cum eo hypoſtatica vnione illum glorificaret; ſic prouidentia ſua, vt bonus paſtor, ne huiuſcemodi ouiculam perderet adhibuit redemptorem. In creatione quoque hominis, ſummopere Altiſſimus ſuam prouidentiam diffudit. Cum etenim orbis creationem inchoaret, Spiritus eius ferebatur ſuper aquas, hebraice autẽ ly ferebatur, merachephet dicitur, quod eſt volitando confouebat aquas, quia ſuiipſius diuino feruore, materiam fæcundabat, vt inde corporalia cuncta educerentur, quibus & ex aqua ſpiritũ vitæ conſtituit, vt iam ſcriptura refert. Producant aquæ reptile animæ viuentis ſuper terram. Gen. 1. Cum autem hominem de limo terræ crearet, non ei aqueum ſpiritũ dedit, ſed ſpiritualis naturæ, diuino ore inſufflatum, ſcriptura teſtimonium ferente; Et inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ. Gen. 2. Hebraice vero niſcemath ahijm, ideſt, ſpiraculum vitarum, eo quòd omnis vitæ ſpiritu viuere dicitur homo; nam eſſe habet cum lapidibus, viuere cum plantis, ſentire cum beſtijs, intellectum cum Angelis, & Dei quoque ſimilis effectus eſt; nam creauit Deus hominem ad imaginem, & ſimilitudinẽ ſuam. Gen. 1. Cui vt antiquis Theologis viſum eſt, Angelum Deus cuſtodem adhibuit Raziel, qui ſecretum Dei interpetratur, à quo Adã omnia didicit adhuc illa intellectus claritate perdurante, quam ei in ſuæ conditionis exordio dedit Altiſſimus. Idcirco nil mirum ſi omnibus creaturis Adam iuxta ipſarum proprietates illis nomen impoſuit, cum iam rerũ proprietates, & virtutes ab Angelo reuelatas habuiſſet. Cur autẽ tanta claritate fulgentem, Deus hominem condidit, inquam, vt diuina eius prouidentia cuncta ordinate regantur, nam ſublimioribus Angelorum poteſtatibus hominem ſubiecit, cumque omnia ſub hominis ditione conſtituenda fore decreuit, ſapientia præditum eſſe conſtituit, vt recte omnia dijudicare valeret. Idcirco dixit ei. Creſcite, & multiplicamini, & replete terrã, & ſubijcite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cæli, & vniuerſis animãtibus quæ mouentur ſuper terram. Gen 1. At cum in creatorem creatura deliquiſſet non abſtulit in ira ſua miſericordiam ſuã Altiſſimus: ſed vt prouidus paſtor, ne pereant oues, redemptorem largitus eſt, quem & ouium ſuarum, nõ mercennarium ſed verum paſtorem inſtituit; qui Patris ſui oues, ſuas etiam eſſe proclamat, inquiens. Oues meæ vocem meã audiunt, & ego cognoſco eas, & nemo rapiet eas de manu mea. Diſtantia magna quidem eſt inter paſtorem, & mercennarium, nam videt paſtor venientem lupum, & accurrens inſurgit in eum, quem vſque ad mortem perſequi conatur; mercennarius autem cuius nõ ſunt oues propriæ, videt lupum venientem, & fugit, & dimittit oues, quia non pertinet ad eum de ouibus, & lupus rapit, & diſpergit oues. Ita profectò qui paſtores ouium fuerunt ante Chriſtum potius mercennariorum nomine nuncupari debent, quam paſtores. Nam licet ad bella Domini prælianda inſtituti fuerint, vt lupum venientẽ trucident, nil tamen mali lupo inferentes, ipſorum ſaluti tantũ ſtudebant. Fuit Abel paſtor ouium, cuius morte pro Meſſiæ fide, tantum eius anima ſaluata eſt. Abraham, Iſaach, Iacob, & filij eius, paſtores extiterunt ouium, at ipſorũ ſalutem tantum ſcriptura cõmemorat, inquiens, quòd in ſuper humerali ſacerdotis ſummi duodecim lapidibus pretioſis, nomina duodecim filiorum Iſrael inſculpta erant, tanquam hi ex familia Iacob Deo chari; ouium autem ſeu cætoro-

Spiritus hominis à ſpiritu beſtiarum differens origo. *Gen. 1.* *Gen. 2.* *Homo omnem habet vitam.* *Gen. 1.* *Angelus cuſtos Adæ Raziel dictus.* *Gen. 1.* *Paſtoris & mercẽnarij differentia.*

Digitized by Google

cæterorum hominum per oues ſignificatorũ, aperte neſcimus cui ſalus euenerit: ſic etiam & de cæteris paſtoribus, quos ſacra pagina enumerat, vſque ad Chriſtum dicendum eſt; quòd veluti mercennarij bonis terræ ſaturabantur, ſub quorum tutela animarum ſalus, per fidem Meſſiæ tantum ſperari poterat. Etiam quod peius eſt inquam, nam & aliqui ſibi paſtorum nomen vendicare volentes, ad Dei oues ſuperſtitioſiſſimis doctrinarum ritibus venerunt; quos Ieſus non mercennarios, ſed latrones appellat dicens Omnes quotquot venerunt ante me fures fuerunt & latrones. Non de mercennarijs loquens, qui prout poterant ſaluti ouium ſtudebant, vt fuerunt Abraham, Iſaach, Iacob, & cæteri quos ſcriptura cõmemorat; nam hi non ſponte venerũt ad oues, ac ſuo ſpiritu ducti; ſed à Deo miſſi fuerunt Latrones igitur Ieſus appellat eos, qui non à Deo miſſi, ꝑprio ſpiritu, ſponte venerunt, vt Philoſophorum cunei, qui ſuarum vanitate doctrinarum, animas ouium Dei occidebant, perdebantque. Ecce igitur bonus paſtor Ieſus adeſt, qui vt oues à truculenta luporum rabie liberet, vtque venientem lupum occideret, ſemetipſum morti exponere non dubitat: vt pro ouibus moriens ad regnorum culmina proueheretur. Cuius regni exaltationem myſterioſiſſime pſaltes cæcinit. Dum anxiaretur cor meum, ſcilicet, pro ouibus meis, in petra exaltaſti me. Pſal. 60. Quænam petra fuit in qua exaltatus Dauid, Chriſti exaltationem figurat? Niſi dicamus, vt primus Regum volumen habet. cap. 17. Quòd dum Goliath gigas Philiſteus agminibus Iſrael exprobaret quotidie, vt illorũ quiſpiam audeat, cum eo ad ſingulare certamen exire, nec ex ouibus Iſrael coram tàm omniũ mordaciſſimo lupo, qui egrederetur eſſet; anguſtia affligebatur Dauid, idcirco inquit: dum anxiaretur cor meum, quia ſcilicet, lupus Goliath oues Dei Iſrael ad mortem quæreret: in petra exaltaſti me. Dicam quomodo. Vt nõ mercennarij, ſed paſtoris Dauid fungeretur offitio, coram Saul Rege aſtitit, ſemetipſum ad mortem offerens, dummodo Gigantem Goliath perimeret: & ecce petram in funda quam habebat ponens, vehementiſſimo ictu in frontem gigantis inijciens, illum glorioſiſſie proſternit. Quid inde Dauid acciderit, videamus: iam & ſcriptura refert, quòd cũ victor à pugna reuerteretur, exeuntes mulieres de cunctis vrbibus Iſrael, canebant dicentes. Percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia. Inde tam gratus Dauid populo euaſit, vt & ad regni culmen exaltari mereretur. Exaltatus eſt ergo Dauid in petra, ſcilicet, illa quam in fronte Goliath infixit, vnde eggregius Rex Iſrael effectus eſt. Sic profecto Paſtor Ieſus in patra exaltatus eſt, cũ etenim ſuperbus ille gigas Satan, qui nullum timere ſe iactat, quotidie in homines prælia exercens, irreparabilibus dannis genus grauaret humanũ, nec qui fortitudini eius obſiſtere poſſit inueniretur; Ecce filius Dei coram æterno Patre, mortificandũ ſemetipſum obtulit, qui ad ſingulare certamen exiens, in petra illa, de qua dicitur: Petra autẽ erat Chriſtus, diabolum vincens, oueſque in Dei caulam reducens; adeo exaltatus, eſt, quòd ſicut promiſerat dicens. Si ego exaltatus fuero à terra, ad me ipſum omnia traham. Ioan. 12. ſic opere compleuit exaltatus in gloria. Nec lupus amplius, vt Dei ouiculas rapiat, præualere poteſt. Hinc ipſe huiuſcemodi admirabilis operis conſummatione gloriatur, inquiens. Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognoſco eas, & nemo rapeit eas de manu mea. Atque in hoc profecto admirabilis Dei prouidentia claruit, claretq; in dies, quas condidit creaturas conſeruans.

Latrones oues Chriſti deprædantes.

Pſal. 60.

Petra exaltationis Dauid, & Chriſti.

Ioan. 12.

FERIA QVINTA DOMINICAE PASSIONIS.

TEXTVS.

Rogabat autem illum quidam Phariſeus, vt manducaret cum illo, & ingreſſus domum Phariſei diſcubuit. Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit, quòd Ieſus accubuiſſet in domo Phariſei, attulit alabaſtrum vnguenti, & ſtans retro ſecus pedes eius, lacbrimis

cæpit

Digitized by Google

cæpit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur pedes eius, & vnguento vngebat. Luc. cap. 7.

Quòd Deus qui infinitæ virtutis eſt, quatuor ſuas, veluti præcipuas virtutes, inter alias (pro vt fas eſt dicere) oſtendere cupiens, mundum creauit; quæ tamen altiori monſtrauit gradu in redemptione hominis; ac maxime in dies oſtendit, cum peccatores iuſtificat, vt in Mariæ Magdalenæ conuerſione dignoſcitur.

QVærit fortaſſe curioſe quiſpiam, quid eſt, quòd Deus iam tot longiſſimæ æternitatis elapſis curriculis, tandem mundi creationem in temporis initio exorſus eſt? Cumque mundum creaſſet, hominemque in eo conſtituiſſet, poſt quam peccati vinculis irretitum agnouit, vt quid incarnari voluit, vt perditum redimeret? Ac ſi ad vniuerſalem ſalutem, ſola filij Dei paſſio ſufficiens extitit, cur etiam ad particularia diuina miſericordia deſcendens peccatores iuſtificare peroptat? Iam quidem qui tria huiuſcemodi quæſita inueſtigare ſatagit, curioſitatis omnino arguendus obijcitur. Verumenimuero vt ex rerum inquiſitione fructum acquiramus, liceat & nobis huiuſcemodi quæſita aliqualiter diſcutere. Nec aliud fortaſſe dicendum puto pro prima ſoluenda quæſtione, niſi quod Damaſcenus in initio lib. 4. refert, quòd ſcilicet, infinitis iam Dei exiſtentibus *Damaſc.* virtutibus, quatuor ſunt quas ſibi ceu omnium virtutum fontes vendicat, ſcilicet ſumma potentia, ſumma ſapientia, ſumma bonitas, & ſumma iuſtitia: quæ cum ipſi Deo tantum *Deus quatuor oſtendit in creatione orbis.* notæ eſſent, voluit & creaturis ſuis etiam oſtendere, quocirca mundum creare decreuit, vt ſic creaturis omnibus, prædictæ virtutes innoteſcerẽt. Innotuit tunc quippe Dei ſumma potentia cum ex nihilo orbis vniuerſi yle creauit, & ex yle totum, diuerſarum formarum varietate decoratum. Quærunt aliqui, quid difficilius agendũ euenit, ex pauco multum, aut ex magno paucum facere? & qui imbecillioris ingenij virtutem redolẽt, facilius putant ex mangno paucum facere, quàm ex pauco multũ conflare: cum iam oppoſitum fieri quotidiano experimento noſcimus. Paruum quippe ſeminis granum adeo natura nutrit, vt ex eo breui temporis interuallo plantam magnitudine eximiam conſtituat; nec inde natura valet, vt quod magnum conſtituit, ſine corruptione ad modicitatẽ reducere. In hoc igitur natura poteſtate magna pereminet, vt ex pauco magnũ, & ex imbecilli forte producat. At qui ex nihilo omnia creat, hic profecto infinita poteſtate refulget: ſummam ergo potentiam Deus in creatione orbis oſtendit. Sapientiæ autem infinitatem in creaturarum ordinatione monſtrauit. Quis enim conſiderare valet, quo ſapientiæ arcano ex ſubtiliori aquarum ſubſtantia, ſit cælorum formata natura? Quod quidem ſcriptura refert; Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis; & fecit Deus firmamentum, illudque cælũ appellauit. Gen. 1. Elementa quoque ſic diſponens, & quæ *Gen. 1.* in elementis ſunt, vt nulla cõtrarietate ſoluantur, infinitæ ſapientiæ lumen oſtendit. Summam etiam bonitatem monſtrauit, nam bona cuncta creans, bonitatis titulo creata laudauit; cum vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Gen. 1. At ſi quæramus *Gen. 1.* quando ſummam patefecit iuſtitiam; vtique aut quãdo omnia proprijs legibus inſigniuit; *Quare Deus hominẽ redemit.* aut quando apoſtatas Angelos ignibus circumuallauit æternis. Vt igitur quatuor has Deus virtutes oſtenderet, ad mundi creationem acceſſit. Cur autem creatum hominem, atque in peccato lapſum redimere curauit, dicam vtiq;, quòd in illa ſumma iuſtitia quam in Angelorum malorum expulſione monſtrauit, ſumma occultabatur miſericordia, quam apoſtatæ Angeli non nouerant, vt igitur ſicut in expulſione illorũ iuſtus, ita in redemptione hominum miſericors oſtenderetur, voluit per mortem filij ſui hominem redimere. At cur noluit eundem miſericordiæ exceſſum etiam Angelis è cælo pulſis præſtare, licet alibi *Innocentius.* aliqua me dixiſſe recolo, placet mihi tamen id quod Innocentius ſerm. 3. de aduentu refert. Tria ſcilicet eſſe peccatorum genera, aut quæ per fragilitatem, in Patrem, aut quæ *Quare Deus Angelos nõ redemit,* per ignorantiam in filium, aut quæ per malitiam in Spiritum ſanctum perpetrantur: De quibus Saluator ait. Qui peccauerit in Patrem remittetur ei, qui peccauerit in Filium re-

Digitized by Google

Luc. 12. mittetur ei;qui peccauerit in Spiritum ſanctum,hoc peccatum non remittetur neque in hoc ſæculo neque in futuro. Luc.12. Peccauit itaque Adam per fragilitatem in Deũ Patrem,idcirco meruit remiſſionem : peccauit Eua per ignorantiam in Filium Dei, idcirco non fuit à remiſſione aliena;at quia peccauit Angelus per malitiam in Spiritum ſanctum, idcirco Dei miſericordiam non meruit obtinere, Vt igitur miſericordem ſe Deus præberet hominibus,per vnigeniti filij ſui mortem voluit redemptionem complere. Quo actu, maior (ſi dicere fas eſt) potentia,ſapientia,bonitas,& iuſtitia, quàm in orbis creatione promicuit. Nam mundum creans,nullo præliorum conflictu,aut aduerſantium concurſu circumuentus extitit, at homines redimens, diabolum habuit aduerſantem,imo & homines ipſos,nam Pilati vxor eius innocentiam marito prædixit,& Pilatus quoque illum à morte liberare ſtuduit. Adhuc & ſapientia maior dicitur in redemptione oſtenſa,quàm in creatione;nam quibus Deus in ipſo creationis initio formã intulit pulcherrimam,hoc quippe fuit, quia excellentiori materia erant corpora producta : vt cæli ſydera,quia ex cælorum ſubſtantia ſunt , lucidioris formæ præ cæteris decorem obtinuerunt, quæ vero deterioris ſudſtantiæ, corruptibiliorisque materiæ corpora ſumpſere , & vilioris, quoque formæ habueruut acceſſum, vt ſerpentes, & cætera ſimilia : vnde quæ ad pulchras erant apta formas, pulchritudine decorauit,& quæ ad horridas,deformitate compleuit, vnumquodque tamen in ſui natura perfectum. At in humana redemptione,horridis,de formibuſque vſus eſt,vt pulchra conflaret. Quid enim morte horribilius? quid doloribus intollerabilius? quidue Deum ludibrijs ſubijci deformius? quæ tamen pati dignatus eſt,vt priſtinam homini reſtitueret pulchritudinẽ. Bonitas etiam eluxit inenarrabilis,& plus fortaſſe quàm in orbis creatione,cum etenim cũcta crearet omnia ſibi amicã,è non eſſe ad eſſe vocabat: quocirca ſi creaturis omnibus ſuam diffudit bonitatem,hoc nempe nullius admirationis dignum adeſt;nam quod amicis tribui ſolet,& ipſe quoque dedit. At in redemptionis opere ſuæ bonitatis nimietatem excedens,ſemetipſum vt ſumme bonũ,non amicis, ſed inimicis diffudit ; cum enim adhuc inimici eſſemus miſit Deus filium ſuum in mundum,quæ igitur maior valet reperiri bonitas,quæ non tantum amicos, verum & inimicos nimia charitate fouet? Ac vt ita dicam maior fuit in redemptione, quàm in creatione orbis oſtenſa iuſtitia,quia ibi delinquentes dæmones iuditio dannauit,hic vero innocentis morte omnium peccatorũ damna reparauit. Verumenimuero cur ad hæc quoque diuina miſericordia deſcendit,vt & impium iuſtificare peroptet,eſt quærere delectabile. Dicam vtique, quòd in illa infinita miſericordia qua ad hominem redimendum inclinatus eſt Deus,infinitus includitur amor, qui latere neſciens, & cũcta ſibi amicari contendens,ad impiorum quoque corda ſe transfert,ſi forte ad Deum reuertentes iuſtificati ſaluentur. In quorum iuſtificatione,infinitus panditur, potentiæ,ſapientiæ,bonitatis,& diuinæ iuſtitiæ exceſſus, & plus quàm (ſi ſic dicere licet) in creationis orbis initio. Nam cum Deus orbem crearet, quis reſiſtebat ei? nemo quidem, imo quæ adhuc non creata erant(ſi poſſibile fuiſſet)vt crearentur optaſſent. Quid Angeli Dei dicunt: quid cæli,elementa,& omnia quæ cæli ambitu continentur? num à Deo creata eſſe lætantur? ſic vtique: at in iuſtificatione impij,impius metipſe reſiſtit,nec à Deo iuſtificari cupit,dummodo ſecundum deſideria cordis ſui dimittatur. idcirco ipſius impij Deus reſiſtentiam vincens,vt ad viam veritatis reducat, maiorem oſtendit potentiam,quam in creatione orbis,quando nihil ſibi reſiſtens inueniebat. Maiorem quoque ſapientiam oſtendit,dum irrationales impij actus corrigit,vt qui veluti pecus ad malũ properabat,ratione vtens mala perpetraſſe ſe noſcit. Maiorem etiam commoſtrat bonitatem, dum odientem quærit, fugientemque ſequitur. Addam quòd & maiorem oſtendit iuſtitiam,cum nil aliud ab impio quærit, niſi vt ille ſe peccaſſe dignoſcat,doleatque. Hæc omnia profecto in Mariæ Magdalenæ iuſtificatione monſtrauit: cuius conuerſionem ſic Lucas enarrans exordiri dignatur. Rogabat Ieſum quidam Phariſeus, vt manducaret cum illo. Conuiuium profecto in conuerſione peccatricis præponitur,vt peccatoris conuerſione ſciamus,vniuerſam

Redẽptioni multa aduerſabantur.

Quare Deus peccatorem iuſtificat.

cæli

cæli curiam lætari, vt Ieſus dixit. Gaudium eſt Angelis Dei ſuper vno peccatore pænitentiam agente, quàm ſuper centum iuſtis qui non indigent pænitentia. Et ingreſſus domum Phariſei diſcubuit, vt conuerſionis ſpectaculum cunctis conuiuantibus innoteſceret, diſcantque mundi delitias lachrimis commiſceri debere, quodque Salomon prædixerat: Melius eſt ire ad domum luctus quàm ad domum conuiuij. Eccl. 7. noſcant in conuiuio lachrimas fieri neceſſe. *Eccl. 7.* Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix attulit alabaſtrũ vnguenti. Maria Magdalene, quæ poſt conuerſionem contemplationi dedita ſemper extitit, puto & in ipſo conuerſionis actu, dum ad Ieſum properabat, quòd intra ſe meditando multa conferebat. Quis ſcit (inquiens) ſi Ieſus amor meus in me reſpicere dignabitur; quomodo peccatrix ego ad iudicem qui muneribus corruptus non condonat accedam? *Mariæ Magdalenæ diſcurſus.* Si peccatores odit, me quoque odio habet; at quare cum peccatoribus & publicanis manducat & bibit? peccatorum meorum grauitate deſperor, verum quia cum peccatoribus conuerſantem illum agnoſco, ad eum viſendum ſpem certe reſumo. Duarum meretricum Deum recordari ſcriptura commemorat. Memor ero Raab, & Babylonis ſciẽtium me. Pſal.86. *Pſ.86.* Nunquid mei tantum obliuiſcetur? abſit. ſurgam & circuibo ciuitatem quæram quem diligit anima mea. Cant.3. *Cant.3.* Si Deus quæ pulchra ſunt diligit, & quæ deformia pulchrificat, ad eum accedam, nam licet nigra ſum ob peccatorũ meorũ multitudinem, ſicut tabernacula Cedar, formoſa tamen ſum ſicut pelles Salomonis. Cant.1. quia intus in anima eius amore ferueo. At quis in eum, amorem, quo vror oſtendet? auxilium mihi ferte ſenſus mei. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrimarum, & plorabo die ac nocte? Ier. 9. *Ier.9.* Scio quid feceritis olim oculi mei, quot vana iuuenum illaqueaſtis volubilitate cateruas, flete nunc quæſo, & infontes aquarum prorumpite; qui etenim in lachrimis ſeminat, cũ exultatione metet. Et vos ad dilecti mei voces intẽtæ eritis aures meæ, qui ſi in obiurgationes prorumpet, cõuitia ſubſtinete patiẽter; hoc etenim eſt quòd cupio, vt oſtẽdat mihi faciem ſuam, ſonet vox eius in auribus meis, quia eloquium ſuum dulce, & facies ſua decora. Cant 4. *Cant.4.* Eſto lingua mea prompta, & ſuauis eloquij fæcunda, blandire obſecro dilecto meo, vt ſuaui verborum illectus ſermone, me ſui amore fruentem non ſpernat. Confortamini brachia mea, dilectumque apprehendite ne fugiat, quia ſimilis eſt dilectus meus capreæ hinnuloque ceruorum. Cant.8. *Cant.8.* Nec à facie dilecti mei diſcedetis pedes mei niſi peccatorum meorum remiſſione obtenta. Voſque crines mei funes eſtote fortes, vt dilectum meum mihi, ac me illi inſolubili amoris nodo colligetis. Atque tibi loquor vnguente præcioſiſſime, ſupra modum eſto fragrans, vt tui odoris ſpiramine, nullus pænitus ſentiatur peccatorum meorum fætor. Hæc intra ſe loquens ad domum Phariſei Magdalena pergebat afflicta: quæ interioribus quoque potentij confortabatur, & ſenſuum ſuorum vicem gerens, in ſemetipſa loquens, à ſenſibus reſponſionem ſumebat, quid oculi fortaſſe dicerent audiebat. Eſto Maria fortis, nec tuorum facinorum pondere deſperes, erimus & nos veluti torrentes, adeoque lachrimarum gurgites emittemus, vt Ieſus amoris pietate liqueſcens, quod cupis concedat: pro nobis enim ſcriptum eſt illud Pſal.122. Sicut oculi ancillæ in manu Dominæ ſuæ; ita oculi noſtri ad Dominum *Pſal. 122.* Deum noſtrum donec miſereatur noſtri. Miſerere noſtri Domine, miſerere noſtri, quia multum repleti ſumus deſpectione. Aures quoue dicebant: erimus nos ô Maria intentæ, ſuauiſſimo dilecti tui oblectabimur eloquio: de nobis enim pſaltes cæcinit. Aures autem perfeciſti mihi. Pſal.39. *Pſalm.39.* At lingua potentius Mariam hortabatur, vt in Domino ſuo Ieſu ſperaret: ac ſi diceret loquuta ſum olim verba mendacij, nunc autem coram Domino Ieſu, veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea deteſtabũtur impium; iuſti erunt omnes ſermones mei, non erit in eis prauum quid neque peruerſum. Prou. 1. *Prou.1.* Quam conſolationem & brachia dabant quis explicari poteſt? Ne timeas Maria dicẽtes, ad pedes dilecti corruemus, erimuſque ænei, dummodo dilectus non aufugiat. En loquitur ipſe nobis. Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum, quia fortis eſt, vt mors dilectio, dura ſicut infernus emulatio. Cant.8. Quid crines dicebant au- *Cant.8.*

Digitized by Google

diamus; Quid Maria times? an neſcis quia tui amore dilectus captus eſt,& oculis ac crini-
Cant. 4. bus tuis,amoris vulnere ſaucius: en ipſe loquitur. Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, in vno crine colli tui. Cant. 4. Et pe-
Pſal. 118. des quoque remiſſionis ſpem offerebant,cum dicerent. Audi Maria quæ de nobis pſaltes loquitur. Ab omni via mala prohibui pedes meos. Pſal. 118. quid ergo times? Addā quòd ſi vnguēti voces liceret audire,& ipſe quoq; diceret;remiſſionis Maria eſto ſecura, quia vt ipſe potero,dilectū mulcere conabor, fragrantiuſq; ſummi Sacerdotis Aaron, quo vngebatur euadam vnguento,de quo ſcriptum eſt. Sicut vnguentū in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron,quod deſcendit in oram veſtimenti eius. Pſal. 132. Sic profecto vt poterat Maria Magdalena infra ſemetipſam ſenſibus ſuis, interioribuſq; potentijs alloquens,conſequendæ remiſſionis ſpem ſumebat, afferenſque alabaſtrum vnguenti,Domino conſecranda Simonis domum petebat. Cur vero ſponſum quærens cum vnguento abijt,vt ſic fortaſſe putant,ad condonandum mulceretur Ieſus;ac ſuaui vngento præſtito,ad mulieris ſordes,Ieſus minime aſpiceret. Simile quoddā legimus,Gen. 20. Quòd cum apud ciuitatem Geraræ peregrinaretur Abraham, Abimelech Rex Geraræ tulit Sarā vxorē Abrahæ in domum ſuam, vt eam concubinæ abuteretur vice,cumque illam cognoſcere non potuiſſet, reddidit Abraham viro ſuo, ſimul & munera largiens,vt iniuriæ obliuiſceretur, dixitque Sarai vxori Abrahæ; Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes qui tecum ſunt, & quocumque perrexeris memento te deprehenſam. Fortaſſe & Maria Magdalene putans,quòd vnguenti munere ad ſuas ſordes Ieſus non reſpiceret,in velamen oculorū illud attulit: ac ſi diceret; hoc pignus moris eſt,tantum me Domine Ieſu Chriſte ne deſpicias. Et ſtans retro ſecus pedes eius. Putant aliqui hoc bene morigeratæ mulieris munus extitiſſe, vt non ad faciem coram conuiuantes accederet, ſed quaſi pauida,ac pro peccato verecūda retro ſiſteret. At qui bene textus literam legit, vtique neceſſitate compulſam,illam inueniet retro ſtetiſſe. Quandoquidem ingreſſus Ieſus domum Pariſei diſcubuit: ergo diſcumbens,ad latus menſæ ſedebat; igitur Ieſus ante pectus menſam habebat,& circa menſam alij conuiuantes ſedebant,qua propter Magdalenæ locus alius non dabatur, niſi vt retro ſtaret, neceſſitate ergo compulſa retro ſtetit, vt iam Euangelij litera monſtrat. Difficultas autem non parua eſt;quia ſi in conuiuio Ieſus ſedebat, pedes profecto in terram habebat, quos vt lachrimis Maria Magdalena ablueret,capillis tergeret, & vnguento vngeret, ad terrā inclinari oportebat,quomodo ergo Euangeliſta inquit,quòd ſedente Ieſu,Maria ſtetit retro ſecus pedes eius,& lachrimis cæpit rigare, &c. aliud quidem ſtare eſt, & aliud inclinari,non inclinata eſt Maria,ſed ſtetit,igitur ſic ſtans,nec irrigare lachrimis,nec capillis tergere,nec vnguento vngere poterat Domini pedes. At ſi antiquorum conuiuantium mores conſideramus,difficultas vtique nulla eſt. Nam vt ex antiquorum monumentis habemus,mos erat antiquis in alto menſas conſtituere,quas thoros appellabant,vt de Enea in conuiuio Didonis diſcumbente legimus,quòd in eodem loco vbi vt manducaret ſedebat, aliquid de Troiano excidio enarrare volente, ne menſam ſe dereliquiſſe Poeta monſtraret, vtque eam in alto poſitam fuiſſe oſtenderet, inquit.

Quare Maria Magdalene non corā Ieſu, ſed retro abijt.

Antiquorū mos in conuiuijs.

Inde thoro pater Eneas ſic orſus ab alto.

Erant itaque antiquorum menſæ eminentes, & per gradus quoſdam aſcendebatur vſque ad conuiuantium ſedilia, cum igitur ſic eminens Simonis Phariſei menſa exiſteret, Maria Magdalena,vt pedes Ieſu tangeret accedens,inclinari ſiquidem non oportebat,ſed ſtare;idcirco Euangeliſta inquit: Et ſtans retro ſecus pedes eius. Quòd autem ſequitur; & lachrimis cæpit rigare pedes eius;interni doloris quo Maria torquebatur,vulnus oſten-
Iob,c.28. dit:amoriſque ignem quo vrebatur præmonſtrat. In qua illud Iob,ca. 28. verificari cernimus. Lapis calore ſolutus,vertitur in æs. Quis non lapidem obſtinationis peccatricem Mariam fuiſſe ignorat? quæ tamen amoris igne ſuccenſa liqueſcit. Hoc vtique myſtice puto prænuntiaſſe pſaltem, cum dixit. Qui conuertit petram in ſtagna aquarum, & rupem

Digitized by Google

pem in fontes aquarum. Pſal. 113. Vbi licet ad literam myſterium illud tangat, quod in Exodo legimus, cum populo deficiente aqua, Moyſes petram virga percutiens, eduxit in deſerto flumina: myſtice tamen quis negare audet, Mariam petram obdurationis fuiſſe, ac peccatorum rupem profundam, quam Ieſus conuertit in ſtagna aquarum, imo in aquarum fontes cum eam adeo contritione liqueſcere fecit, vt lachrimarum profluuio eius pedes irrigaret? Sic patenter Chriſti experimento doctrina probatur: dixit enim Luc. 10. Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi vt ardeat? Quod in die Pentecoſtes euidentiſſime viſum eſt, igne de cælo miſſo ſuper Apoſtolos, cuius feruore ſuccenſi varijs linguis loquentes, cum fiducia teſtimoniū reſurrectionis Chriſti proferebant: de quibus pſaltes dixit. Tange montes, & fumigabunt. Pſal. 103. Quod quidem etiam in Madgalena compleuit, quam diuini amoris intrinſecus igne ſuccēſa, extrinſecus in lachrimarū aquas reſolui conſtituit. Vt inde noſcamus, quòd quandocumq; flabit ſpiritus eius, fluent aquæ. Pſal. 147. Et capillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur pedes eius, & vnguento vngebat. Num grande myſterium non præſignatur, quòd Maria ad pedes Domini cucurrit, vt inde ægra ſuorum vlcerum medicamen deſumeret. Certe Ieſum aduocatum habemus apud Patrem, qui in cælis pro peccatis hominum interpellat, nec ſine Chriſto aduocato, delictorum remiſſionem à Patre obtinere quiſque præſumat; idcirco cum ad Deum Eccleſia ſancta orationes dirigit, nil ex ſe petit, niſi Chriſto mediãte, vnde in ſingulis orationibus, ſuas petitiones concludendo exprimens, inquit: per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum: qui ante quàm carni iungeretur, erat in diuina patris natura ignis ardens, vt Daniel dixit. fluuius igneus, rapiduſq; egrediebatur à facie eius. 7. Quod de filio Dei ex æteano Patre manante dictum interpetrantur. Cum autem deſeuire nolens, ad noſtram deſcendit ſublimitas humilitatem, humiliauitque ſemetipſum filius Dei, formam ſerui accipiens, ad quid ſe peracturum venerit oſtendit dicens. Non veni vocare iuſtos ad pænitentiam, ſed peccatores. Peccatrix ergo Magdalena cum eſſet, ad pedes acceſſit Ieſu, ad humanitatem ſcilicet, qua mediante, ſuorū peccatorum ablutionem obtineret. Rupertus vero, & cæterorum cū eo plurimi, hoc myſtice exponētes aiunt, Dei caput iuſtitiam deſignare, pedes vero miſericordiæ figuram gerere, iuſtitiam nolebat Maria Magdalene; ſed miſericordiam, ideo ad pedes accurrit Ieſù, nō ad caput Murmurat hæc fieri videns Simon, intra ſe dicens. Si hic eſſet propheta ſciret vtique quæ, & qualis eſt mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix eſt. Talis ferme eſt hominum natura, quæ bona cōſiderare nolens, etiam quod bonum eſt in malum vertere nititur; at qui carnem nō reſpicit, nec ſanguinem Chriſtus Ieſus, ſed animarū tantum ſaluti ſtudet, pænitenti iam abunde peccata dimittit, inquiens. Remittūtur tibi peccata tua, fides tua te ſaluam fecit; vade in pace.

Pſal. 113. *Maria Magdalene lapidi aſſimilata, Luc. 10.* *Pſal. 103.* *Pſal. 147.* *Pedes Ieſu humanitatem deſignant, & miſericordiam.*

FERIA SEXTA DOMINICAE PASSIONIS.

TEXTVS.

Collegerunt ergo Pontifices, & Phariſei concilium, & dicebant. Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum; & venient Romani, & tollent noſtrum locum, & gentem. Ioan. cap. 11.

Quòd humana voluntas, quæ malum velle non poteſt, ſi aliquando ad malum fertur, ſub ratione aliqua boni illud operatur. Idcirco Pontifices, & Phariſei, peſſimum illud facinus occiſionis Filij Dei operantes, prætextu communis boni, id eſt conſeruationis Regni, velare ſtuduerunt, ne populo in ſcandalum ferent.

LEpidiſſime ſiquidem, nec ſine fructu apud antiquos Academicos quæſtio illa diſcuſſa fuit: an ſcilicet, humana voluntas, quæ ſemper ad bonū fertur, aliquãdo valeat, & malum

malum optare? ac optime dixiſſe comperimus eos;qui voluntatem ad intellectum referentes, illique illam comparantes;ſicut intellectus,putarunt, ad verum ſemper tendit; at aliquando deceptus falſo quoque aſſentire audet, non quia falſum eſt id cui aſſentit, ſed quia falſum ſub veri ratione concipit: ita & volũtas quæ ad aliud ferri non poteſt,niſi ad bonum;malum aliquando ſe velle dignoſcitur,non quia malum eſt,quod vult;ſed ſub aliqua boni ratione velatum.

Volũtas nõ poteſt velle malum.

Malum profecto homicidium eſt,furtum, adulterium,huiuſque generis quodcumque, verum ſi homicidio volũtas aſſentit, hoc ſub ratione boni operatur, quia bonum eſt homini ſine hoſte viuere. Si furto annuit, ratio boni impromptu adeſt,ſcilicet,proprij ratio commodi,quæ alterius commodo præfertur. Si adulterio aſſentit perpetrando,boni delectabilis prætextu malũ abſconditur. Sic igitur cum ad malum voluntas inclinatur,boni excuſatio,malitiæ operit iniquitatem. Sic & Laban in Iacob deliquiſſe legimus,cui ſtatim operiẽdi delicti ratio adfuit. Seruiam tibi (dixit Iacob) pro Rachel filia tua minore ſeptem annis. Reſponditque Laban. Melius eſt, vt tibi eam dem, quàm alteri viro. Seruiuitque Iacob pro Rachel ſeptem annis;quibus impletis,dixit;da mihi vxorem meam,quia tempus impletum eſt,vt ingrediar ad illam: qui veſpere facto Liam maiorem filiam quæ lippis erat oculis introduxit ad eum;cumque mane facto,eam vidiſſet Iacob,dixit ad Laban ſocerum ſuum. Quid eſt hoc,quod facere voluiſti mihi? nonne pro Rachel ſeruiui tibi? quare Liam impoſuiſti mihi? Ecce iniquus homo ſtatim quod malum perpetrarat,ſub cuiuſdã boni velamine tegit, ne ſcilicet patrias temeraret leges, quæ pro communi bono apud omnes inuiolatæ ſeruabantur, inquiens.

Gen. 29.

Non eſt in loco noſtro conſuetudinis,vt minores ante tradamus ad nuptias. Gen.29. Atque huiuſcemodi excuſatione malum obtegere conatur.

Malũ ratione boni ſæpe tegitur.

Ididem apud Pontifices,& Sacerdotes Hebreorum noſcimus,qui malũ occiſionis filij Dei perpetrare volentes,ne apud plebem in ſcandalum fierent, homicidij nequitiam apparenti bono conſeruationis regni obtegere conantur, dicentes. Si dimittimus eum ſic,omnes credent in eum, & venient Romani,& tollent noſtrum locum,& gentem. At qui confundit ſapientes in malitia eorum,& conſilia prauorum diſſipat Deus; confundit & Pontifices Hebreorũ,qui dum occidentes Chriſtum, Regnum putant ſeruari poſſe,per illius met mortem diſſoluitur in ruinam. Adeoque dannabilis fit Pontificum,Sacerdotum,Scribarum,Phariſeorumque nequitia,quo publico concilio, ad Chriſti mortem machinandam conueniunt;vt iam Euangeliſta teſtatur.

Concilium Iudæorum non errauit circa finem mortis Chriſti.

Collegerunt Pontifices, & Phariſei concilium. Vbi illud primo videndum euenit; an hoc Pontificum Phariſeorumque concilium errare potuit? & dato quòd non errauit;cur tot ſcripturarum teſtimonijs dannatur,vituperaturque. Concilium ſiquidem huiuſmodi aduerſus Ieſum errare non potuit,nec de facto errauit, ſi finem attendimus,licet erraſſe circa modum finis patet. Habemus etenim & nos canonicis ſanctionibus conſtitutũ, nullum concilium poſſe rite celebrari;niſi ex authoritate Summi Romani Pontificis,quod cũ ita ſit,tunc ei Spiritus ſanctus præſidet,qui concilij Patres,ſua pietate errare non permittit. Cumque concilium hoc,quod aduerſus Ieſum ſcriptura commemorat,Summi Pontificis Caiphæ fuerit authoritate collectum, cui & Spiritus ſanctus aſtitit, per eiuſdem Caiphæ Pontificis os,errare non potuit. Quod etiam ex parte Dei palam oſtenditur:

Iuſtitiæ & miſericordiæ altercatio.

inducunt enim plerique deuoti ſacræ Scripturæ patres, diuinam iuſtitiam,ac miſericordiam coram Deo litigantes: quarum iuſtitia petebat, vt peccatori homini nullatenus indulgeretur,ſed diſtrictius contra illum agatur,vt delictorum vſque ad minimum pænas luat. Fore enim aiebat,vt ſi creaturæ Dei delinquentes à ſupplitio immunes euaderent,vt cõtemnatur omnino diuina maieſtas;nec orbis fundatio ſine iuſtitia, & lege poſſe permanere. E regione præcabatur diuina miſericordia,vt peccatori mundo Deus miſereri dignaretur, fore enim aiebat, vt à cunctis Deus diligeretur creaturis,ſi aliquãtiſper eum miſericordem agnouerint. Complacuit diuinæ maieſtati in ira iuſtitiæ ſuæ non relinquere miſericordiam ſuam in homines,vtque iuſtitiæ ſatis fieret,& miſericordiæ ſolatium præſtaretur, concilium apud ſe colligit. Nunquid concilium congregat

Deus,

Digitized by Google

Concilium congregat apud ſe Deus.

Deus,cum aliquid acturus eſt? Nunquid puerilia hæc ſunt,aut Poetarum fabulæ? abſit. Ecce concilium habere Deum ſacrarum Scripturarum teſtimonio probatur. Iſaia ſic dicente cap.6. In anno quo mortuus eſt Rex Ozias,vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum. Inde ſequitur, quòd duo Seraphim ſtabant coram Domino, & clamabant, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum,plena eſt omnis terra gloria eius. Cumque Seraphim cantus abſolueretur, inquit. Et audiui vocem Domini dicentis. Quem mittam,& quis ibit nobis? Et dixi,ecce ego mitte me. Quid quæſo hæc tria notent inueſtigare liceat,ſcilicet, & Regem Oziam mortuum,& duo Seraphim clamantes, & Dominum quem mitteret quærentem. Porrò Ozias fortitudo Dei interpetratur,vniuerſi generis humani typum gerens,in quo diuerſimode,vt interius perſcrutanti patet,Dei fortitudo oſtẽſa eſt, Mortuus eſt autem Rex Ozias, quãdo in ligno ſcientiæ boni,& mali transgrediens Domini mandatum pænam mortis, ſibi prænuntiatam,ſe incurriſſe cognouit,per verba illa: Donec reuerteris in terram de qua ſumptus es, puluis enim es,& in puluerem reuerteris. Gen.3. Quo per peccatum mortuo ſtatim duo Seraphim coram Domino clamare cæperũt. Sanctus,Sanctus,Sanctus Dominus Deus,exercitum,plena eſt omnis terra gloria eius. Nec abſonum eſt aſſerere,duo Seraphim,typum iuſtitiæ diuinæ, & miſericordiæ præſentare;quæ ſtatim, homine in peccatum lapſo clamare cæperunt,quarum iuſtitia exclamans aiebat. Sanctus tu æternæ Pater,qui potentia tua ſuperbos deprimis,ne aduerſum te inſolentiæ nutu eleuentur,& qui ſuperbos depreſſiſti Angelos, deprime quoque homines,qui te Dominum habere noluerunt,ſed tibi æquari,dementiæ furore decepti conati ſunt. Sanctus es tu Domine fili Dei,qui ſapientia tua omnibus legem conſtiuens,eam temerari non permittis; cumque Angelos temerantes inſpexiſti, in infernũ eos demergi debere iudicaſti. Sic igitur hominibus eueniat, tuam legem temerantibus, vt ſic tibi inſeruire noſcant creaturæ tuæ,ac timor tuus ſemper in illis eluceat. Sanctus es tu æternæ Spiritus, qui bonitate nimia cuncta decoraſti, nec aliquid de forme coram diuinis oculis tuis ſubſtinens? qui paradiſum Dei deformantes Angelos eieciſti à facie tua; ſic & homines in tenebras exteriores eijcias, facinoribus ſuis paradiſum Eden,labefactantibus. E regione Seraphim alter proclamabat,ſcilicet diuina miſericordia,dicens. Sanctus eſt Pater æternus,Sanctus Filius,& Sanctus vtrorumq; Amor,quorum viæ, miſericordia,& veritas,propitius ſit ergo hominibus Deus,vt veritas illa compleatur: erunt duo in carne vna, Gen.2. quod de filij Dei vnione cum hominibus intelligitur,vt ſic plena ſit omnis terra, ideſt, humana natura maieſtate eius. Tunc omnium miſericordiarum Pater,myſterium habuit concilij ſui in regno ſuo vt & iuſtitiæ diuinæ ſatisfieret,& miſericordiæ ſolamen impartiretur,dixitque. Quem mittã,& quis ibit nobis? ideſt,nemo infinito hominis debito ſatisfacere valet,niſi perſona infinita,cuius meritum infinitatum ſit;quem igitur mittam ex vobis qui mitti poteſtis, ò Fili æternæ,& Spiritus altae;& quis ibit,vt nobis miſericordiæ ſimul & iuſtitiæ lumẽ ineſſe,creaturis omnibus oſtendat? Profecto qui filij Dei Iſaias typum gerit,dixit. Ecce ego mitte me. Quocirca & inæterno Dei concilio,decretum eſt,vt Dei filius moriatur pro homine. Vtque huiuſcemodi concilij decretum hominibus innoteſceret;mortis pænam pro peccato infligens,promiſit Deus ex muliere naſciturum, qui deceptoris draconis vindictam ſumeret. Gen.3. Atque vt qui in ligno victi fuerant,per lignum fore ſaluandos oſtenderet;ecce Noe præſtitit in figuram,in arca lignea omnem ſpiritum vitæ ſalutãtem Gen.8. Quique vt pæna mortis Adæ deliquium fore plectendũ oſtenderet, ecce Abel in figura, pro iuſtitiæ prædicatione peremptum. Gen.4. Per figuras igitur diuini concilij decretum innotuit de morte filij Dei. Ergo concludentes in cõcilio Pontifices,& Phariſei,vt Chriſtus occidatur,nec errarunt circa finem,nec errare poterant, quar dequidem æterni decreti promulgatores tantum extiterunt,vnde Euangeliſta aſſerit,quòd Caiphas qui mortis Chriſti finale decretum pronuntiauit, à ſemetipſo non dixit; ſed cum eſſet Pontifex anni illius prophetauit. Qua propter alia obijcitur quæſtio, Si Pontificum Sacerdotumque

Rex Ozias genus humanum deſignat.

Gen.3.

Duo Seraphim corã Deo cãtantes.

Gen.2.

Gen. 3.

Gen. 8.

Gen. 4.

Concilium Iudæorum errauit circa modum finis.

que conciliū non errauit, cur ſic vndique in Scripturis ſanctis vituperatur? Cuius reſponſio facilis eſt, quòd licet non errauit circa finem, errauit tamen circa modum finis: nam quod Deus decreuerat decreuerunt, non autem eadem voluntate, qua Deus filij ſui mortem volebat, voluerunt. Quippe vt Adæ debitum ſolueretur, filij ſui mortem Deus ordinauerat, illi vero ad delicti reatum nil aſpicientes, duplici ex cauſa mortem induxerunt, ne videlicet mundus in eum crederet, atque vt dominij rationē intactam præſeruarent: vt iam ipſorum verba demonſtrant; ſi dimittimus eum ſic, omnes credent in eum; ecce fidei prædicationis impedimentum, quod eſt peccatum maximum. Et venient Romani, & tollent noſtrum locum, & gentem, ecce quomodo ne ſeruitute præmerētur, filij Dei mortem decernunt; Non igitur errarunt circa finem, ſed tantum circa modum finis. At ſiquidem circa finem eos erraſſe, credimus, ideſt, circa illum finem quem ipſi præcogitabant; putantes enim ſeruitutem aufugere, in ſeruitutem demerſi ſunt. Idcirco, concilium vanitatis illud pſaltes nominat, non ſedi cum concilio vanitatis, & cum impijs non ſedebo. Pſal.21. Simile quoddam legimus apud Ioſue cap. 9. Quod cū audiſſent Gabaonitæ mirabilia quæ fecerat Deus in Iſrael, cuius virtute gentes fugabantur ab eis, ne in ore gladij percuterentur, aut ſaltem in ſeruitutem redigerentur: inito concilio, nuntios ad Ioſue mittere decreuerunt, vt callide pacem poſtularent, tuleruntque ſibi cibaria, ſaccos veteres aſinis imponentes, & vtres vinarios ſciſſos, atque conſutos, calceamentaque per antiqua, quæ ad inditium vetuſtatis, pitratijs conſuta erant, induti veteribus veſtimentis: panes quoque quos portabant ob viaticum, duri erant, & in fruſta comminuti. Perrexeruntq; ad Ioſue qui tunc morabatur in Caſtris Galgalæ, & dixerunt ei, atque ſimul omni Iſrael. De terra longinqua venimus, pacem vobiſcum facere cupientes. Credidit Ioſue, fœduſque inijt cum eis. Poſt dies autē tres initi fœderis, eos in vicino habitare vidit, quos non occidit, ſed ſub maledictione cōcluſit, vt in vſus vniuerſæ multitudinis, ligna cædāt, aquaſque comportent: ſic igitur qui ſeruitutem aufugere putabant in ſeruitutem redacti ſunt. Ididem Pontificibus, Phariſeiſque, ac vniuerſo Iudorum populo euenit. Cogitātes enim quòd Ieſum occidentes, à ſeruitute ſeruarentur immunes, poſt tres dies reſurrectionis Domini, illorum captiuitas inſurgere cæpit, atque poſt triginta circiter annos pleniſſime abſoluta fuit, tunc enim Romani venientes, eos occiderunt, diripuerunt, vaſtaueruntq;, quorum euerſiones, qui noſcere cupit Ioſephum Iudæū legat, de bello Iudaico prope finem.

Pſalm.22.

Gen. 49. Hebrei diuiſi in Iacob, & diſperſi in Iſrael. Matth 6.

Tunc ferme, quod prædixerat Iacob impletum eſt. Diuidam eos in Iacob, & diſpergam eos in Iſrael. Gen.49. Iacob profecto qui ſupplantator, & luctator interpetratur, eos deſignat, qui cum Deo luctare contendunt, extra Chriſti fidem, gloriam æternæ beatitudinis poſſidere, nec ad id quod quærunt pertingunt, quia extra Chriſtum non reperitur ſalus. Iſrael autem qui videns Deum dicitur, eos figurat qui intra Chriſti Eccleſiam, ſacro baptiſmatis fonte purgati, Deum per fidem vident; de quibus dicitur. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Matth.6. Diſpergendos ergo fore Iudæos prænuntiauit Iacob, in Iſrael, & Iacob, ideſt, inter fideles, & infideles, vt hodie certiſſimo experimēto comprobatur: adeoque in ſeruitutem redacti ſunt, vt virgo Iſrael quæ corruit, non habeat ſuſcitantem.

Pſal. 110.

Chriſtus quoque Dauidico ore, huiuſcemodi concilij inanem prænuntians finem, ait. Circundederunt me ſicut apes, & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis. Pſ.110. Quærant qui ſcripturarum arcana ſcrutantur, quare duas has ſimilitudines ſumpſit, vt Hebreorum furorem, apibus, & igni aſſimailret? Verum hoc pro comperto habemus, apem vehementi furore in hominem inſurgere, lædendi animo peruicaci, cumque in carnem ictum aculeo incutit, aculeum extractura euiſceratur, & moritur; vnde fit, vt quæ læſura acceſſerat, iam vſque ad mortem læſa remaneat: Ita & Hebreorum Pontifices, vt à ſemetipſis ſeruitutis iugum amouerent, in Chriſtum inſurgunt, quo mortis iaculo percuſſo, & ipſi quoque ſeruituti ligantur; qua propter veluti apes lædentes, læſi permanēt. Etiam & ignis feruor ſpinas adurit, quibus iam vſtis & ipſe moritur, ſpinis iam veris tēpore iterum excreſcentibus; ſic & Iudæorum furor Chriſtum occidere conſtituit, quo iam interfecto,

fecto,

Digitized by Google

ſecto, & ipſi quoque perempti ſunt, Chriſti iuniorem reſurrectionem penitus impedire non valentes. At in ſuo furore permanẽtes aiunt. Si dimittimus eũ ſic,omnes credent in eum,& venient Romani,& tollent noſtrum locum,& gentem. Siquidem Iudæi omnes ſub tributo Romanorum erant,& quartæ parti Iudaicæ telluris,Pilatus Romani Imperij vicem gerens imperabat;vt quid ergo timebant, ne Romani venirent,& locum tollerẽt ſimul,& gentem? Putat Card.Hugo, omnes ſimul Iudæorum principes conſpiraſſe,vt à Romanorum ditione rebellarent,ſtatutoque tempore aduerſus eos arma ſumere: Chriſtus autem pacis amator,pacem prædicans,aiebat: ſi quis tibi percuſſerit maxillã vnam, porrige ei & alteram. Matth. 8. Cuiuſcemodi doctrinæ formam Principes prædicari nolebant; tempus etenim fore putabant,vt nemo aduerſus Romanos arma ſumeret: cumque illi conſpirationem noſſent, eos fore euerſuros. At profecto hæc dubitationem non tollunt. Alij quoque dicunt, vt Ioſephus aſſerit,edictum à Romano Senatu prorupiſſe, ne quis in Regem alicubi coronari permitteret,niſi de eiuſdem Senatus conſenſu: at turbæ Ieſum quærebant ſibi Regem conſtituere, quod cũ Pontifices noſſent,putarunt,hoc aliquando poſſe Romanis innoteſcere,atque ob id,tanquam rebelles puniendi:quocirca dicebant. Ne forte veniant Romani, & tollant noſtrum locum,& gentem. Verum nec hoc dubitationem ſoluit,oportet enim inueſtigare,quem locum non perdere timebant. Idcirco verius aſſerendũ puto, vniuerſam Hebreorũ gentem Romanis fuiſſe ſubiectam, præter templum,& ſacerdotium,apud Romanos maxime reuerendum habitum: cumq; de ſemine regio,ſcilicet Dauid, Pontifices Chriſtum agnoſcerent,ne fortaſſe in Regnum ille proueheretur timentes,quo audito,vt nouum Regem Romani expugnarent venientes,timebant quoque,ne & templum,Sacerdotiumque deſtruerent,omniaque ſub ſua ditione detinerent, idcirco male præcognitum malum præcauere curantes,dicebant. Si dimittimus eum ſic,omnes credent in eum,& venient Romani,& tollent locũ noſtrum, ſcilicet templũ, & gentem,ſcilicet,ſacerdotalem quæ nunc libera eſt,ſeruituti redigent.

Hug.Card. *Ioſephus.*

TEXTVS.

Vnus autem ex ipſis,Caiphas nomine,cum eſſet Pontifex anni illius,dixit eis. Vos neſcitis quicquam, nec cogitatis, quia expedit nobis, vt vnus homo moriatur pro populo,& non tota gens pereat. Hoc autem à ſemetipſo non dixit: ſed cum eſſet Pontifex anni illius,prophetauit, quòd Ieſus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente; ſed vt Filios Dei qui erant diſperſi,congregaret in vnum. Ioan.vbi ſupra.

Quòd expediens fuerit, pro humana ſalute Chriſtum mori.

TVnc plene delictum abſoluitur, cum vndique iuſtitiæ legibus ſatisfit, læſerat quidem diuinam maieſtatem, Rex ille vniuerſæ terræ cui à Deo dictum fuerat;creſcite,& multiplicamini,& replete terram,& ſubijcite eam. Gen.1. Rex igitur vt moriatur,erat expediens, alioquin non in omibus diuinæ iuſtitiæ ſatisfactum eſſet, & ecce de eiuſdem Regis ſemine, Rex Chriſtus natus eſt, cui ſatisfaciendi munus imponitur,cui & ſi alia non deficiebant redimendi media,expediens tamen fuit pro vniuerſa gente mori. D.autem Thom.3.p.ſumq.46.art.1 Expediens fuit (inquit) Chriſtum mori,vt per eius victoriam, qui victus fuerat homo exaltaretur: vtque humilitate Chriſti, ſuperbia Luciferi deprimeretur; etiamque vt vera quæ in Scripturis ſanctis de morte eius prænuntiata fuerant oſtenderentur. Placet adhuc mihi,quod Franciſcus de Mayronis in.3.ſent.diſt.17.q.2. quòd nil facilius Deum placat ira ſeuientem,ſicut acceptabile ſacrifitium,at nullum aliud acceptabilius inueniri poterat,vt diuinam deprimeret iram,niſi humanitatis,diuinitatiſq; Chriſti oblatio,idcirco expediens fuit Chriſtum in cruce mori. Noſcimus quoque Eccleſiam Dei in Scripturis ſacris paradiſum flo-

Gen. 1. *D. Thom.* *Expediens fuit Chriſtũ mori.* *Franc. de Mayron.*

Digitized by Google

centem appellari: at ſicut in paradiſo delitiarum, fons erat quatuor fluminibus vniuerſam humum irrigans; ita & Eccleſia ſacro Chriſti fonte in cruce extenſo, diuinarũ gratiarum irriguis erat fœcundanda. Nonne expediens fuit Sanſonem, vt inimicos vinceret, columnam frangere, ac ſemetipſum interimere? ita expediens quoque fuit Chriſtum humanitatem ſuam in cruce frangere, vt humanæ naturæ inimicos, è medio tolleret. Emphaſim quoque illud Caiphæ verbum habet, ſcilicet, expedit nobis vt vnus homo moriatur, non autem indefinite loquitur, vt dicat, expedit vt homo moriatur: nam ſi homo, ideſt, vniuerſum genus hominum mortuum fuiſſet, inſufficiens mors erat ad debiti ſolutionem, expediens ergo fuit, vt vnus homo tantum, moriatur, ille ſcilicet Ieſus qui vnus exiſtens vniuerſam hominum ſanctificat naturam, qui ſolus ſua morte, omnium mortem deſtruere ſufficit. Hoc autem à ſemetipſo Caiphas non dixit; ſed cum eſſet Pontifex prophetauit; adſtat enim Spiritus ſanctus Sacerdotibus, ad eorum vtilitatem, & populi, ſi iuſti ſunt, ſi autem iniuſti, ad vtilitatem populi tantum, ſicut aſtitit in Caipha impio, pro ſalute omnium, non autem ſua.

DOMINICA IN RAMIS PALMARVM.

TEXTVS.

Et cum appropinquaſſent Hieroſolimis, & veniſſent Bathphage, ad montem Oliueti, tunc Ieſus miſit duos diſcipulos, dicens eis. Ite in caſtellum quod contra vos eſt, & ſtatim inuenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea, ſoluite, & adducite mihi: & ſi quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia his Dominus opus habet; & confeſtim dimittet eos. Hoc autem factum eſt, vt adimpleretur, quod dictum eſt per prophetam dicentem. Dicite filiæ Sion, ecce Rex tuus venit tibi manſuetus, & ſedens ſuper aſinam, & pullum filium ſubiugalis. Euntes autem diſcipuli fecerunt, ſicut præcepit illis Ieſus. Matth. cap. 21.

Quòd Ieſus diſcipulos ſuos mittens, vt aſinam, & pullum ſoluentes ad ipſum adducant, illa præſignat de conuerſione populi gentium, quæ poſt paſsionem ſuam impleturus erat.

Bethphage incarnationem Filij Dei figurat.

NEceſſe quidem fuit, vt ad ſuper cæleſtem Hieruſalem, quæ æternæ beatitudinis ſtatus eſt, appropinquaret Ieſus, in Bethphage ad montem Oliueti, (vt textus litera monſtrat) primo accederet, quia teſtante ipſo apud Lucam vlt. oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam. Betphagè nempe domus vallis interpetratur, actum incarnationis Filij Dei deſignans in domum enim humanitatis ſuæ Verbum deſcendit, quam in huius ſæculi valle ſibi coniunxit. Inde vero ad montem peruenit Oliueti, ideſt, ad paſſionis, & mortis adimplendum myſterium; ſignificat enim Oliueti mons, diuinæ miſericordiæ exceſſum, qua Deus proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Cum igitur ad paſſionem, & mortem acceſſiſſet Ieſus, vtique Hieroſolimis appropinquauit, ideſt, æternæ beatitudinis præmium accepturus acceſſit; idcirco in Euangelio dicitur. Cum appropinquaſſet Ieſus Hieroſolimis, & veniſſet Bethphage, ad montẽ Oliueti. Hiſce profecto verbis, quæ poſt reſurrectionem ſuam acturus erat Ieſus indicat; tunc etenim cum tempus eius appropinquaſſet, quo terrena deſerens, ſupercæleſtem Hieroſolimam eſſet aſcenſurus, miſit diſcipulos ſuos, & illis Euangelium prædicantibus, gentium populus conuerteretur ad fidem.

Ieſus pictori comparatus.

Atque vt opinor pictoris ſpecimen Ieſus inducere videtur, cum etenim pictor, picturam vndequaque abſolutam habet, nec ei quicquam ad perfectionẽ pertinens deficit; vt eam quò poſſibilius eſt, omni redderet decore venuſtam; ſuperaddit, & aurum: ita quidem in homi-

Digitized by Google

hominis reparatione Ieſus agere voluit, nam illa voluntate tantum ſufficiente, ad vniuer-
ſi redemptionem complendam, quam in inſtanti ſuæ conceptionis habuit patiendi, imo
& moriendi; inde ad vlteriora trãſire voluit; vt ſcilicet ex Bethphage, quæ incarnationẽ
deſignat ad montem Oliueti, ideſt ad paſſionem & mortem perueniret, vt vltra dignita-
tem illam quam humano generi dederat, carnem, & animam aſſumendo, etiam ſuperad-
deret aurum, ideſt, hominẽ pulchriorẽ redderet, præcioſo ſui corporis ſanguine abluens:
atque ſic ſupercæleſti Hieroſolimæ vicinum conſtitueret. Neceſſe igitur fuit ad Bethpha
ge, & ad Montem Oliueti accedere, vt Hieroſolimis ſe appropinquaſſe monſtraret. No- *Cyrillus.*
tat autem Cyrillus in Ioan. lib. 5. cap. 14. Quòd decens fuit, Ieſum ad Montem Oliueti,
ex Bethphage appropinquari, nam cum mons Oliueti diuinã miſericordiam per oleum
deſignatam figuret, Ieſum miſericordia pro hominum ſalute ſuper indutum oſtẽdit, imo
ſicut in olympicis oleo luctatores vngebantur, vt fortius dimicarent, à tactu concurren-
tis immunes; ita vt humanæ naturæ hoſtes Ieſus proſterneret, ad montem vntionis ac-
ceſſit. At tres mihi ſacræ vntiones conſiderãdæ occurunt, prima ſcilicet, Regis Saul eſt, *Tres vntio*
ſecunda Dauid, & tertia Chriſti. De Saule quippe legimus. 1. Reg. 10, quòd cum Samuel *nes præcla-*
illum in Regem vngeret, tulit lenticulam olei, & effudit ſuper caput eius. Cum autẽ Da- *ræ.*
uid in Regem vngere vellet, non lenticulam fudit olei, ſed cornu, multo magis lenticula *1. Reg. 10.*
oleo affluentem; at cum Deus, Chriſtum filium eius, ſuper omnes gentes in Regem vnge-
re conſtituiſſet, nec olei lenticula, nec cornu vſus eſt, ſed illũ accedere voluit ad olei mon *Gregor.*
tem; vt affluentiæ copiam, quiſpiam excogitare nequeat. Quid autem Gregorius per len
ticulam, & cornu olei intelligat iam nouimus, actus ſcilicet diuinæ pietatis primos in len
ticula deſignari; at qui fortiores ſunt, in olei cornu: qui vero omniũ fortiſſimi ſunt in olei
monte; ecce igitur non Saul, & Dauid redemptores Iſrael erant, ideo parua olei vntione
delibuti ſunt; at redemptor omniũ Ieſus, ad olei montem acceſſit, vt ſuæ pietatis infinitas
à nullo exacte concipi queat: Quis enim infinitæ miſericordiæ ſuæ [illegible]ceſſum, etiam ad
minimum enarrare valet? ſui aduentum promiſit in mundum, & hi vtique pietatis ſuæ
actus extitere priores. Acceſſit Bethphage, quando incarnatus eſt; & hi quoque actus
ſuæ miſericordiæ extitere ſecundi: At cum ad montem peruenit Oliueti, ideſt, ad paſſio
nis, & mortis adimplendum myſterium, hi profecto omniũ fortiſſimi actus extitere mi-
ſericordiæ, quos nec intellectus concipere, nec lingua exprimere, nec manus ſcribendo
percurrere poteſt. Cum igitur hæc omnia Ieſus explicuiſſet, ac ſupracæleſti Hieroſoli-
mæ petendæ vicinus eſſet, ante quàm ad Patrem aſcenderet miſit diſcipulos ſuos per vni
uerſum orbem prædicare verbum Dei, dicens. Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, &
in terra: euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine Patris, & Filij, & *Duos diſci-*
Spiritus ſancti docentes eos ſeruare omnia quæcumque mandaui vobis. Matth. 28. Cur *pulos mit-*
autem vniuerſalem diſcipulorum miſſionem, in duobus diſcipulis, in caſtellum miſſi præ *tit Ieſus in*
ſignat; ne ſuæ fortaſſe doctrinæ contrarius videretur. Nam cum duodecim ſibi elegiſſet *caſtellum.*
Apoſtolos, elegit quoque & alios ſeptuaginta duos; & miſit illos binos ante faciem ſuam *Matth. 28.*
in omnem ciuitatem, & locum, quo erat ipſe venturus. Luc. 10. Sicut igitur in binis illis, *Luc. 10.*
Euangelicam deſignauit per orbem, prædicationem fieri, ſic & figurauit in iſtis duobus,
quos in caſtellum miſit. Quod nec quidem myſterio vacat; nam cum Hebreorum popu- *Duces duos*
lum ex Aegyptiaca voluiſſet Dominus eruere ſeruitute; liberationis ducem, haud tantum *cõſtituit pro*
vnum conſtituit, ſed duos, & hos quidẽ ex vtero fratres, Moyſes, ſcilicet, & Aaron. Exo. *liberatione*
3. vt ſicut eos fraterna iungebat cognatio, ſic & ſpiritu interna iungeret charitas, in diſci- *Iſrael.*
pulos inde Domini completum myſterium, quod ſub figura cælabatur. Nam diſſeminan *Exo. 3.*
dæ prædicationis gratia, vt gentium populus ex idolorum ſeruitute eriperetur, diſcipuli
Domini, dualitate diſtincti ſecundum carnem, & charitatis vnione coniuncti ſecundum
ſpiritum, erant per vniuerſum, veluti potentes duces deſtinandi. Moyſes quoque, qui Do
mini Ieſu figura fuit, nuntios mittens vt terram exploraret Chananæorum, per manũ Io-
ſue, & Caleph botrum vuæ abſciſſum, guſtandum populo præſtitit. Num. 13. In quo my *Num. 13.*

Digitized by Google

ſterioſiſſime deſignatur, quòd Ieſus diſcipulos per vniuerſum mittens, Euangelicam doctrinam in vuæ botro ſignificatam gentibus erat daturus. At ſicut duo viri, Ioſue, & Caleph botrum attulerunt, ita diſcipulorum Chriſti duplex charitas, Euangelij botrum, erat allatura. *Hieronym.* Hieronymus autem in Matth. lib. 3. cap. 21. incarnationem fil j Dei, quaſi armaturam habet, qua dæmones debellandi erant; vt autẽ in prælijs victoria acquiratur, duo requiruntur, exercitus, ſcilicet multitudo, & vnitas inbellando; cumque Chriſtus ad humani generis hoſtes debellandos acceſiſſet, & multitudinẽ exercitus habuit; quia & Apoſtolos duodecim, & ſaptuaginta duos elegit diſcipulos, & inpræliãdo exercitus vnionem obtinuit, dum milites charitatis vinculo colligauit, quæ ad minus inter duos debet vtrinque referri; quocirca idipſum præſagiens, miſit duos ex diſcipulis ſuis in caſtellum, vt literæ textus indicat. Aut fortaſſe duos mittit diſcipulos, quia duplicis teſtamenti erat in orbe diſſeminanda prædicatio, veteris quidem figurarum, ac noui conſummationis omnium. Hoc profectò myſterioſiſſime cæcinit Salomon, dicens. Duo vbera tua, ſicut hinnuli capræ gemelli. *Cant. 4.* Cant. 4. Nam Chriſti ſponſa quæ Eccleſia eſt, duo habet vbera plena, quæ duo ſunt teſtamenta, vetus ſcilicet, figurarum, promiſſionumque plenum; nouum *Duo teſtamenta duo continent.* autem complementi omnium lacte redundans. Duo etiam hæc teſtamenta continent, nam vetus ſpem incarnationis Meſſiæ indicat, timoremque Domini in legis obſeruantia: nouum autem ſpem futuræ retributionis habet, timoremque pænarum minitatur, quæ vtique ab Apoſtolis erant prædicanda, quæ duali diſcipulorum numero Ieſus deſignat, mittens duos ex diſcipulis ſuis. Sic namque domandus erat gentium populus, duo etenim ad ferociſſimum compeſcendum equum requiruntur, frenum, ſcilicet, & ſtimulus, frenum, quo retrahatur, & ſtimulus, quo vt incedat incitetur: ita & apud gentes frenum fuit diuini timoris prædicatio, quo à malorũ operatione retrahantur, & ſtimulus, futuræ bea-*Prædicationis Apoſtolorum, & prophetarũ differentia.* titudinis ſpes, quo ad bonum operandum incitarentur. Nec illud in Apoſtolorum prædicatione euenit, quod ad prædicationem prophetarum euenire ſolebat. Nam primum diuinæ iuſtitiæ furorem prædicantem noſcimus Noe, poſt cuius prædicationis eloquium, adeo diuina in hominibus efferbuit ira, vt nec irrationalia quidem ab aquis diluuij eriperentur. Inde diuinæ iuſtitiæ prædicator ab Angelis Dei miſſus eſt Lot, vt generis ſuis Sodomorum prædiceret futurum incendium: qui cum diuinis obtemperaſſet mãdatis, ignis de cælo cæcidit, omneſq; Sodomorum, & Gomorreorum Ciuitates incendit. Nonne ad prædicationem, Iſaiæ, Hieremiæ, Ezechielis, cæterorumq; prophetarum, euerſiones Hieruſalem ſequutæ ſunt? Addam quòd quaſi prædicatio non ſufficeret, Moyſes ſigna, & prodigia fecit in Aegypto admiranda, quibus expletis, adfuit totius Aegypti euerſio, Aegyptiorumque in aquis vehementibus ſummerſio: talis erat prophetarum antiquæ legis prædicatio, vt poſt eius proclamationem, diuini furoris ignis inardeſceret. At poſt Euangelij *Cant. 1.* publicationem, Apoſtolicis oribus proclamata, delictorum omnium erat ventura remiſſio, Eccleſiæ augmentatio, cæleſtiſque curiæ repletio: vnde & Salomon Cant. 1. cæcinit. Meliora ſunt vbera tua vino fragrantia vnguentis optimis. Duo ſiquidem Chriſtus filius Dei pleniſſima habuit vbera, cetum ſcilicet prophetarum, & congregationem Apoſtolorum, ſed prophetarum cetus, vino furoris Dei repletus erat, quod indicat Elias, qui duplices *Duo vbera, quid ſignificent.* quinquagenarios cum militibus, igne de cælo accito, in cinerem verti mandauit: Apoſtolorum autẽ congregatio Euangelicæ doctrinæ lacte erat repleta; cui illud tribuitur: Mel, & lac ſub lingua tua: vnde animarum ſolatium erat emungendum: idcirco dicitur, meliora ſunt vbera tua, ſcilicet, doctrina Euangelica, Apoſtolico ore prædicata; vino furoris Dei quod Prophetæ prædicarunt. Duo igitur erant Chriſti vbera, gratiarum lacte redundantia, idcirco vt ibidem oſtẽdat ſub enigmate, binos mittit ad prædicandum, vt iam Euangelij litera monſtrat; cum veniſſet Bethphage ad montem Olitueti, miſit duos ex di-*Duo caſtella in orbe condita.* ſcipulis ſuis, dicens. Ite in caſtellum quod contra vos eſt. Duo caſtella, iuxta duarũ gentium diuiſiones erant in orbe, quorum vnum fuit contra Chriſtum, & aliud contra diſcipulos eius; vnum quippe hebræorum deſignat populum, vt ex Ezechielis prophetia oſtendemus,

Digitized by Google

demus, & aliud gentium populum præmonſtrat, vt Chriſoſtomus ait, ſup. Ioan. hom. 67. Ait nempe Dominus per Ezechielem c. 33. Terra cum induxero ſuper eam gladiũ, & tulerit populus terræ virum vnum de nouiſſimis ſuis, & conſtituerit eum ſuper ſe ſpeculatorem, & ille viderit gladium venientem ſuper terram, & cæcinerit buccina, & annuntiauerit populo: audiens autem quiſquis ille eſt, ſonitũ buccinæ, & non ſe obſeruauerit, veneritque gladius, & tulerit eum, ſanguis ipſius ſuper caput eius erit, ſonum buccinæ audiuit, & non ſe obſeruauit, ſanguis eius in ipſo erit; ſi autem ſe cuſtodierit animam ſuam ſaluabit. Myſtice quidem, & arcano occultiſſimo Iudæorum Deus minatur ruinas, quos gladio, fame, & peſte, ſæpius vaſtaturum eſſe prædixit, miſericordia tamen motus, voluit & ſpeculatorem mittere ſuper eos filium ſuum, qui in caſtellũ intrauit, ſcilicet, hebreorum gentem, & mulier illum excepit in domum ſuam, quæ profecto Maria Virgo fuit. Quid autem in hoc caſtello Ieſus agebat, eius acta indicant; clamabat enim quotidie, & quaſi tibicen buccina perſonabat, vt ſe ab ira Dei viuentis populus terræ cuſtodiret. Qui nec ſe cuſtodiuit, imo in ſpeculatorem conſurrexit, quem flagris ceſum, & ludibrijs affectum, in cruce crudeli morte peremit. At infinitæ pietatis fons Ieſus alios ſpeculatores in terra conſtituit, quos & Apoſtolos nominauit, ad gentium populũ miſſos, coram quibus proteſtatus dixit. Si me perſequuti fuerint, & vos perſequentur: ac ſi dixiſſet. In caſtellum me Pater meus miſit, quod contra me fuit, nunc ego vt nulla hominibus excuſationis anſa remaneat, mitto vos ſicut agnos inter lupos, in caſtellum ſcilicet gentilitatis, quod contra vos eſt; inſurgent enim aduerſum vos, & perſequentur de ciuitate in ciuitaté propter nomen meum, hoc autem fiet, quia mundus decepit eos. Idipſum & prædicatoribus verbi Dei euenit; mittuntur enim in caſtellum quod contra eos eſt, ad gentes ſcilicet peccatrices, quæ receſſerunt à Deo, mundi calliditate deceptæ. Legimus nempe Iacob pulcherrimam adamaſſe Rachel, cumq; vt illam ad virum introduceret Laban pater aduentaſſet, oculis lippam introduxit Liam. Gen. 29 Sic ad cæleſtem gloriam per Rachel deſignatam, naturali inclinatione fertur homo, mundus autem quam dare non poteſt promittit: cui homo libenter vt alter Iacob deſeruit; at cum tempus ſponſationis aduenit, miſeriam pro gloria inducit, & luctum; ſicque ſub apparenti pulchritudine malum abſcondens, quos decipit indurat, vt verbo Dei reſiſtant, qua propter caſtellum quod contra verbi Dei concionatores eſt dicuntur. At nec latuit Ezechiel huiuſcemodi mundi intus latens deformitas, qui ſub enigmate loquens inquit; ſe templum Domini Dei Iſrael vidiſſe, optima ædificij pulchritudine decoratum; cui dixit Deus; fode parietem, & ingredere, & vide abominationes peſſimas quas iſti faciunt. Et ingreſſus vidit; & ecce omnis ſimilitudo reptilium, & animalium abominatio, & vniuerſa idola domus Iſrael in pariete depitta. Ezech. 8. Sic mundus eſt optimis variarum pulchritudinũ edifitijs decoratus, quarum finalia, ſerpentes, abominationes, & dannationis idola ſunt, quibus deceptus peccator, caſtellum verbi Dei prædicationem oppugnans efficitur. Quòd autem Ieſus ait: & ſtatim inuenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea, quippe vtriuſque populi iuncturam demonſtrat, quorum vnus in aſina, & alter in pullo deſignatur, qui prius erãt à peccatorum nexibus ſoluendi, vt inde ex duobus gregibus vnum Domini conſtitueretur ouile. Nec immerito duo populi in aſina & pullo deſignantur, qui vt à vinculis ſoluerentur, in perſonam Domini Ieſu ligari oportebat. Quorum myſterium in perſona Iudæ altiſſime Iacob patriarcha prædixit, cum ad vitæ ſuæ terminum accedens, priuſquam moriatur, filijs ſuis quæ ventura erant prædicere volens, cum ad benedicendum Iudæ perueniſſet, inter præclara quædam hæc quoque immiſcuit. Ligans ad vineam pullum ſuum, & ad vitem ô filij mi aſinam ſuam. Gen. 46. Quid vitis & vinea ſit ante perſcrutandum euenit, vt inde prophetiæ intelligentiam conſequamur. Vinea quidem Chriſti humanitaté deſignat, vt habetur Cant. 8. Vnea mea coram me eſt. ideſt humanitas mea mihi iuncta eſt, Dei filius ait, & coram me eſt, quia in verbo beatificatur, & in illo fruitur. Nos quoque, & alibi vineam, Chriſti humanitatem deſignare probauimus. Vitis etiam eiuſdem Ieſù perſonam

Chriſoſt. *Gen. 29.* *Mundi deformitas, & fraus.* *Ezech. 8.* *Pullus, & aſina duos populos figurant.* *Gen. 49.* *Cant. 8.* *Vitis, & vineæ ſignificatio.*

Digitized by Google

Ioan. 15. ſonam demoſtrat, vt ipſe met dixit, Ego ſum vitis vera, & Pater meus agricola eſt. Ioan. 15. vbi & vitem, & vineam ſe ſimul eſſe demonſtrat. Iudas quoque filius Iacob, eundemet filium Dei præſignat, vt ſcriptum eſt. Extendam mihi Iudam, ideſt, Chriſtum de tribu Iuda, ſicut arcum. Zachar. 9. Prænuntians ergo de Chriſti aduentu Iacob ait. ligans ad vineam pullũ ſuum. Siquidem per pullum plebem Iſraeliticam præmonſtrat quæ ſine ſeruitutis iugo diuinis legibus obtemperans vberrimos terræ Chanaan fructus manducabat: aſina vero gentium populum præmonſtrat, ſub ſarcina idololatriæ depreſſa, intollerabiles ſubſtinens labores; Adueniens vtique Meſſias, pullum ligauit ad vineam, quia Hebreos ſibi carnaliter iunxit, ex quibus natus eſt ſecundum carnem ex ſemine Dauid; & aſinam ligauit ad vitem, quia ſibi quoque gentium populum iunxit, cum ex gentilibus fæminis carnis ſuæ originẽ deſumere voluit, vt patet in Thamar, quæ ex Iuda peperit Phares: in Raab quæ peperit Booz & in Ruth quæ peperit Obed, ex quorum linea Ieſus ſecundum carnem natus eſt, vtrumque populum ergo oportebat in Chriſto ligari ſecũ dum carnem, vt facilius ab Apoſtolis poſſet à vinculis peccatorum ſolui ſecundum ſpiritum. Euntes autem diſcipuli fecerunt ſicut præcepit illis Ieſus. Tunc ferme aſinam, & pullum diſcipuli Domini ſoluentes adduxerunt ad Ieſum, cum Euangelij prædicationem per vniuerſum orbem diſſeminantes, Eccleſiam proprij ſanguinis effuſione plantauerunt. Quid vero hoc ſignificet, quòd ſedens Ieſus ſuper aſinam, & pullum (ſuper vtrumque profectò ſedit, vt ſcripturas adimpleret) Hieroſolimam ingreditur; ex iam præcedentibus patet. Quandoquidem in ea carne quam ex Hebreo, gentilique populis deſumpſerat, in cælum aſcendit. Imo vt vtrumque populum à vinculis tenebrarũ ſolutos oſtenderet, ſupercæleſtem Hieroſolimam ingrediens, captiuam ſecum duxit captiuitatẽ. Nec in ipſo ſui aſcenſus die, qui cantarent defuiſſe credimus; Oſanna filio Dauid, Benedictus qui venit in nomine Domini. nam & Angeli cantantes, dicebant. Quis eſt iſte qui venit de Edom tinctis veſtibus de Boſra? iſte glorioſus in ſtola ſua gradiens in multitudine virtutis ſuæ. Qui-
Iſa. 63. bus ipſe dixit. Ego ſum qui loquor iuſtitiam, & propugnator ſum ad ſaluandum, Iſa 63

FERIA SECVNDA DOMINICAE PALMARVM.

TEXTVS.

Ieſus ergo ante ſex dies Paſcha venit Beabaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem ſuſcitauit Ieſus. Fecerunt autem ei cænam ibi, & Martha miniſtrabat, Lazarus vero vnus erat, ex diſcumbẽtibus cum eo. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi piſtici pratioſi, & vnxit pedes Ieſu, & exterxit pedes eius capillis ſuis, & domus repleta eſt ex odore vnguenti. Ioan. cap. 12.

Quòd cæna in Bethania Filio Dei parata, eius incarnationem deſignat, in qua ebrius factus, ad mortem haud tantum à Deo deſtinatur, verum & creaturæ cunctæ; mortis eius conſciæ, mortem ſedulo operatæ ſunt.

QVam alibi filij Dei eſuriem oſtendi, nunc neceſſario repetenda ſe offert; dixi etenim aliquando Dei eſuriem ab hominum inedia summopere differre, eſurit nam homo, cum nil ei manducare cõtingit, eſurit autem Deus, cũ adhuc ſuis non eſt creaturis vnitus. Longiſſima quippe filij Dei fuit inſtatu æternitatis eſuries, cum adhuc verbum increatum exiſtens, nullam ſibi in hypoſtaſi creaturam adiunxerat. Cum autem ſecundum æternam prædeſtinationem temporis plenitudo adfuit, & Verbum Dei hypoſtatice ſibi aſſumpta humanitate factus eſt homo, tunc ferme ceſſauit eſuries, quia iam incarnationis expleto mxſterio, tanquam in effluentiſſima cæna deificæ vnionis fuit impleta ſatietas, qua propter myſtice in Euange-

lico

Digitized by Google

ſeco textu dicitur. Venit Ieſus in Bethaniam, & fecerunt cænam ibi. Siquidem Bethania domus obedientiæ interpetratur, idem ſignificans, quòd filius Dei obedientiã Patris adimplere cupiens, cænam habuit incarnationis paratam ab vniuerſa diuinarum perſonarum Trinitate, vt inde amore ebrius ducatur ad mortem. Proh filij Dei viuentis, ad cænam introduceris, vt inde tanquam dormiens crapulatus à vino, & amoris ebrietate mente captus ducaris ad mortem, quam nec tantum creaturæ tuæ moliuntur, verum & qui te genuit ipſe primus mortis machinaméta molitur. Ecce huiuſcemodi mortis machinamenta vniuerſa antiquæ legis ſcriptura præmonſtrat. Refert vtique 2. Reg. 13. notabile quoddam. Quòd filius Dauid Amnon erga Thamar ſororẽ fratris ſui Abſalon perditiſſimo amore exardeſcens ita vt ob eam, & mentis, corporiſque langore præmeretur: adeo molitus eſt, quòd eam vi opprimens, virginitatis honore diruto perniciosiſſime violauit. Verum ob id grande miraculum adfuit, quòd ſicut ante ſtuprum, eius amore feruebat, poſt conſummatam libidinem habuit exoſam. At excandeſcens Abſalon perpetrati mali pœnam parauit, cænamque fratri ſuo Amnon parans, dixit ſeruis ſuis. Obſeruate cum temulentus fuerit Amnon vino, & dixero vobis percutite eum, & interficite, nolite timere, ego enim ſum, qui præcipio vobis, roboramini, & eſtote viri fortes. Quod profecto huiuſcemodi hiſtoria præfigurat arcanum offertur mirabile; nam Amnon qui fidelis, & verax interpetratur, Adæ primi patris perſonam præſentat, cui tanquam veraci, ac fideli ſeruo; domus ſuæ Deus curam commiſerat, cum poſuit eum in paradiſo voluptatis, vt operaretur, & cuſtodiret, illum. Gen. 2. Thamar quæ palma dicitur, ſapientiam figurat æternam, cui filius Dei frater eſt nam & ſapientia filij Dei attributum propriũ eſt. Exarſit quidem erga filij Dei ſapientiam Adam amore perditiſſimo, cum vocem falſæ promiſſionis audiens: eritis ſicut dij ſcientes bonum, & malum. Gen. 3. igne cæpit interiori caleſcere, adeoque libidinis feruore incaluit, quòd in lignum ſibi vetitum, manum mittere non erubuit; comedenſque de ligno ſcientiæ, illius profecto virginitatem proſtituit, vtq; ante ſtuprum eam adamabat; libidine iam conſummata, habuit exoſam, quia nec quam optabat poſſedit, & quam habebat ſcientiam amiſit. Verumenimuero vehementi filius Dei indignatione efferbens, mortis pœnã infligere ſtatuit dicens; puluis es, & in puluerem reuerteris. Gen. 3. Vehementiuſque efferbuit ira, cum dixit; deſtruam hominem quem formaui à facie terræ, vſque ad animantia, quæ reptant ſuper terram. Gen. 6. At ſi omnis homo perijſſet, vniuerſaque mundi moles ad nihilum redacta fuiſſet, vtique nec ad minimum ſufficiens extitiſſet, perpetrati mali danna ſoluere. Idcirco omnium miſericordiarum Pater Deus, tantum Amnon, ideſt, Adam cũ, ſcilicet Adam qui omnium hominũ valuit peccata tollere, ſcilicet Chriſtum Ieſum, ad mortem tradi debere decreuit, omnibuſque creaturis imperauit, nam ſerui ſui ſunt dicens. Obſeruate cum in cæna incarnationis, Amnon qui fidelis, & verax Ieſus eſt, temulentus fuerit vino amoris, in humanam naturam, & dixero vobis percutite eum, & interficite, nolite timere, ego enim ſum qui præcipio vobis, Ecce Deus Pater filium dannat ad mortem, & creaturæ omnes armantur ad necem. Quomodo fili Dei mortem euades, ſi te Pater incarnari iubet, vt tradat ad mortem? Hanc profecto filij Dei incarnationem, Ecclesia præcabatur obtinere, vt ſic per illius mortem venuſtaretur pulcherrime; vnde lætabunda canebat. Introducam te in domum matris meæ, & in cubiculum genſtricis meæ, ibi dabo tibi vbera mea, & muſtum malorum granatorum meorum. Cant. 8. Mater ſiquidem Eccleſiæ, Synagoga Hebreorum eſt, quia inde exorta, vt Gloſſ. ord. refert, illud exponens; ſocrus Simonis tenebatur magnis febribus. In domum igitur huiuſce matris Eccleſia ſponſum habuit, cui & vbera ſua dedit, ſeu amorem ſuum, vt alia tranſlatio habet, ibique amore ebrium in cruce moribundum obtinuit, nam apud Hebreos Ieſus morti traditus eſt. Cum ergo cænam incarnationis filius Dei fuiſſet ingreſſus, ſtatim ad necem inferendam omnia parata ſunt, Pater, ipſe Filius, Spiritus ſanctus, ac creaturæ ſingulæ. Quomodo factum ſit hoc, ſcripturarum teſtimonijs explicare oportet, atque vt æterni Patris perſonam primo filij ſui mortem

Cæna in Bethania Chriſti incarnatio eſt.

2. Reg. 13.

Amnon filius dd Adã figurat.

Gen. 2.

Thamar palma dicta.

Gen. 3.

Gen. 3.

Gen. 6.

Cant. 8.

Gloſſ. ord.

Pater eternus filium tradidit ad mortem.

Digitized by Google

Gen. 42. mortem procurans oſtendatur, extra id quod ſupra diximus, illud quoque explicandum euenit, quod Gen. 42. legimus: vbi ſcriptura commemorat, quòd vniuerſa tellure famis afflictione laborante, filij Iacob in Aegyptum deſcenderunt ad Ioſeph, vt debito prætio eis frumenta præbere dignaretur; quibus ille annuit dummodo Simeon frater maneret in vinculis, quouſque Beniamin natu minor, coram eo duceretur. Myſterium ſiquidem incarnationis filij Dei ſic breuiter ſcriptura concludit. Cum etenim vniuerſus orbis fame

Ioan. 6. illa affligeretur, qua panis ille deſiderabatur de quo ſcriptum eſt: ego ſum panis viuus qui de cælo deſcendi. Ioan. 6. Antiqui patres in Aegyptũ pænitentiæ deſcenderunt, ad Deũ Patrem Saluatorem omnium in Ioſeph figuratum, quem Saluatorem mundi Pharao no-

Ioan. 12. minauit: rogantes vt panis concedatur eis, æterni filij ſui, qui & frumentum dictus eſt, Ioan. 12. Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet, ſi

August. autem mortuum fuerit multum fructum affert: in quibus verbis, Auguſtino teſte, Chriſtus frumenti grano comparatur: pro prætio offerentes quicquid à mortalibus offerri poteſt, ideſt ſemetipſos vſque ad mortem, vt iam ſemetipſum obtulit Moyſes, dicens: ſi quidem eis peccatum dimittis, dimitte, alioquin dele me de libro tuo quem ſcripſiſti. Cumque pro acquirando Chriſto mori dulce ſit, & lucrum maximum, Balaam quoque ſanctis

Num. 23. patribus quoddammodo inuidens, ſic mori optabat inquiens. Moriatur anima mea morte iuſtorum, & fiant nouiſſima mea horum ſimilia, Num. 23. Annuit tandem ſanctorum præcibus, miſericordiarum Pater, dummodo Simeon qui exauditus dicitur, eiuſdem filij ſui perſonã præſignans, qui & dixit. Ego ſciebam Pater, quia tu ſemper me audis. Ioan.

Ioan. 11. 11. mortis vinculis ligatus maneret, quouſque reſurgens, Beniamin, qui & Benoni, ideſt filium doloris, hominem ſcilicet, amariſſimæ paſſionis dolore redemptum, coram æterno Patre in cælis præſentaret: vt inde non Benoni, ideſt filius doloris, ſed Beniamin, ideſt fi-

Psal. 109. lius dexteræ, in dextera Dei locatus, diceretur. Quod glorioſiſſime expletum eſt, cum dixit Dominus Deus filio ſuo, iam homini facto, ſede à dexteris meis. Pſal. 109. Sicque dignoſcitur quòd filium ſuum Deus mittens in mundum, illum deſtinauit ad mortẽ, quem ideo in cænam incarnationis induxit, vt ſic aptius ad mortem ſubeundam introduceret. Iſdemque Dei filius in mundum veniens, vnione carnis humane in hypoſtaſi ſatiari vol-

Ieſus volũtarie offertur ad mortem. uit, vt voluntarie ſibi mortẽ pro nobis molitũ eſſe dignoſceremus, quod & propheta explicuit dicens. oblatus eſt quia ipſe voluit. Iſa. 63. Idque profecto ſub enigmate myſterioſiſſime ſacra Scriptura præfigurat: cum lib. Iud. 16. Samſonem inducit, adeo Dalilæ meretricis amore flagrantem, quòd pro ea vinculis vinci permiſit, oculiſque priuari. At

Iſa. 63. cum Philiſtim quos inimicos habebat, epulis, ludiſque vacare nouiſſet, columnam palatij frangens, ac ſemetipſum occidens, omnes vno peremit ictu. Samſon qui Sol ipſius interpetratur, filium Dei deſignat, qui ſplendor gloriæ eſt, & figura ſubſtantiæ eius, imo &

Ioan. 1. lux mundi dictus, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ioan. 1. meretricem adamauit humani generis ſpeciem, cum impio dæmone in delitiarum paraſdiſo proſtitutam: adeoque eius amore incaluit, quòd amens factus, amoris extaſim paſſus, ſua oblitus potentiæ, ad noſtram deſcendit infirmitatem, vtque alter Sanſon crinibus priuatus debilis effectus eſt, quem puellula vna vincit, ligauitq; inermem. Noua quidem

Ierem. 31. res, nec vnquam in orbe viſa, quam præuidens, admiranſque Hieremias 31. dixit. Creauit Dominus nouum ſuper terram, fæmina circundabit virum. Quomodo circundabit? niſi quia vinculis carneis filium Dei induet, vt ſic ceu victima duceretur ad mortem. Quem Virgo amplectens, blande alloquebatur inquiens. Dilectus quemadmodum filius vnicor

Pſalm. 28. nium. Pſal 28. Hoc nempe de vnicorne notabile ferunt, quòd nulla vi à venatoribus vin

Vnicornis proprietas. ci poteſt, niſi quòd pulchram virginem videns, adeo eius amore liqueſcit, vt in gremio illius accubans quieſcat. At quæ vis filium Dei omnipotentem vincere poterat? niſi quòd Mariam Virginem in hoc mundi nemore videns, amore feruens, in eius gremio quieſcere voluit, & qui natura potentiſſimus erat, amore infirmus euaſit. Quodque horribile dictu, veluti cæcus oculorum lumine orbatus apparuit. Inquam profecto quid in filio Dei

Digitized by Google

lumen erat, lux ſcilicet illa diuina natura de qua Ioannes ait. Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllę. Epiſt. 1. Hæc igitur filij Dei diuinitas, humanitatis fuit caligine tecta; vt pſaltes præcinit. Inclinauit cælos, & deſcendit; & caligo ſub pedibus eius. Et poſuit tenebras latibulum ſuum, in circuitu eius tabernaculum eius. Pſal. 17. At licet fuerit infirmitate circumdatus, humanæ naturæ inimicos, ob vniuerſorum ruinam hilares videns, columnam, frangens, ideſt, humanitatem ſuam ad mortem trudens omnes penitus fugauit ex orbe. Ecce igitur quòd filius Dei nec ſibi ipſi pepercit; quinimo cænam voluit ſuæ incarnationis abſoluere, vt ſic pro omnibus moreretur in ligno. Quod Spiritus ſanctus etiam filij Dei mortẽ peroptauit eximie, hoc apertiſſime ſcripturarũ teſtimonia præmonſtrant. Ipſe etenim in Virginis vtero ſanctiſſimum Ieſu Chriſti corpus, opere formauit mirifico, Gabriele mihi teſte, Virgini dicente. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Luc. 1. Idemque pulcherrime ſæpius ſcriptura teſtatur. At illud profecto mirabile explicandum accurrit, quòd à ſumma Angelorum natura, vſq; ad infimam mundi creaturam, nec vnaquippe defuit, quæ mortis Chriſti nõ fuiſſet miniſtra. Quod vt euidentius innoteſcat, ab Angelis incipiemus; nouerũt enim & ipſorum aliqui, ex ſemine Abrahæ Chriſtum eſſe venturum, qui vt Angelicæ per eius mortem ſedes reparentur, Verbi Dei incarnationem peroptabant actente, cumque tempus adfuiſſet, vt ſeminis Abrahæ germina prorumperent, ecce eo ſub ilice mambre ſedente tres Angeli acceſſerunt, quorum alter dixit; Reuertens veniam ad te tempore iſto, vita comite, & habebit filium Sara vxor tua: quo audito Sara riſit poſt oſtium tabernaculi. Gen. 18. Cumque iuxta promiſſum peperiſſet Sara, puerque creuiſſet, ad Domini vocem in ſacrifitium occidendus, ne promiſſi ſeminis Chriſti perderetur origo, Angelus Domini mortem prohibuit Iſaach dicens. Ne extẽdas manũ tuam ſuper puerum, neque facias illi quicquam. Gen. 22. Ex Iſaach quoque nati ſunt Iacob, & Eſau, cumq; Eſau fratrem ſuum Iacob ad mortem vſque quæreret, apparuit ei Angelus Domini dicens. Ne quid agas contra Iacob alioquin interficiam te. Iam illius creſcente ſemine, ecce Pharao Rex Aegypti eos grauiſſima ſeruitute præmit, cui Angelus Domini, vt Iſraeli faueret, primogenita occidit. Exo. 12. Quo ad huc in obſtinatione ſua filios Iſrael aufugientes, magno exercitu perſequente, ecce Angelus Dei inter Aegyptios, & Iſrael aufugientibus auxiliabatur. Exo. 14. Inquam quòd aqud Babilonem in captiuitate redacto Hebreorũ populo, Gabriel, & Michael Angeli Dei viginti, & vno diebus apud Altiſſimum proclamarunt, vt populi captiuitas cõſummaretur, vnde vt celerius Verbi incarnatio fieret, ad ſeptuaginta Hebdomades, fuit temporis incarnationis prorogatio: quo iam abſoluto, Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galileæ, cui nomen Nazareth, ad Virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph, de domo Dauid, & nomen Virginis Maria, in qua Verbi Dei fuit incarnationis cæna completa. Ecce igitur quomodo Angeli Dei, ad Chriſti mortem cooperati ſunt, dum tam ſedulo eius incarnationem procurarunt. Cælum etiam vt lætitiæ ſuæ ſigna monſtraret pro Verbi Dei incarnatione, (poſt quam mors erat inde ventura, vt ex ea vniuerſorum vita profflueret,) ſtellam ſummo fulgore micantem oſtendit, vt habetur Matth. 2. Quo vero inferiores creaturæ ſunt, aut moribus, aut natura, eo horribiliora perpetrarunt. Ignis Chriſti mortem cooperatus eſt, lumen militibus præbens, vt Ieſum in horto vincerent, vt iam ſcriptura demonſtrat. Imo & iuxta ignem, crudelis fuit illa Petri negatio perpetrata. Ioan. 18. Aer corpus Chriſti pendens in cruce ſubſtinuit, vt ſic inclinato capite, ſpiritum emitteret. Ioan. 19. Nec fuit mortis Ieſu promulgata ſententia, niſi prius aqua ſententiæ mortis miniſtra præcederet, cum Pilatus accepta aqua lauit manus dicens. Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius. Matth. 27. Et terra quoque totius mortis, paſſioniſque extitit miniſtra crudelis, quæ crucem ſubſtinuit, vt in ea Chriſtus pendens animam expiraret ſanctiſſimam. Addam quod ex omnium rerum generibus, vna egrediens, mortis Chriſti miniſterium expleuit. Ex lapidibus, ecce lapis ille qui oſtiũ monumenti claudens, Chriſtum carceribus mancipatum ſubſtinere promiſit. Ex metallis,

Epiſt. 1.

Pſalm. 17.

Spiritus ſanctus filium Dei dedit ad mortẽ.

Luc. 1.

Angeli mortem Chriſti optauerũt.

Gen. 18.

Gen. 22.

Exo. 12.

Exo. 14.

Matth. 2.

Omnes creaturæ mortis Chriſti miniſtræ.

Ioan. 18.

Ioan. 19.

Matth. 27.

ferrum, mallei, lanceæ, clauorumque materiam exhibuit aptiſſimam, imo & triginta argenteorum, quorum prætio Ieſus venditus eſt moneta concurrit. Ex herbis hyſopus filij Dei os amaricauit. Ex frutetis, en ſpinæ quibus caput eius coronatū eſt, & arundo quam in eius manibus milites dederunt, ac ea ſanctiſſimum fuit caput percuſſum. Ex arboribus, quatuor crucis Chriſti ligna fuiſſe nobis memoratum reliquit antiquitas. Ex volatilibus, cantauit gallus. Ex aquatilibus ecce ſpongia. Ex quadrupedibus, en aſinus Ieſum inducit in Hieruſalem. Ex liquoribus, acetum, & fel. Quid dicam ex hominibus, quorum ſexus diuerſitas, omniſque ſtatus Chriſti mortem moliri attentiſſime ſtuduit. Ex regibus, Herodes illum ſpreuit indutum veſte alba. Luc. 23. Ex præſidibus Pilatus dannauit ad mortem. Ex militaribus, Centurio eiuſque choors, perduxerunt ad crucem. Ex Eccleſiaſticis, Annas, & Caiphas Pontifices, ac Sacerdotes plurimi, & Phariſei. Ex Religioſis nouæ legis, Iudas tradidit, Apoſtolique omnes eo relicto fugerunt. Ex doctoribus Scribæ conueniunt in concilio. Ex artificibus fabri, qui mortis inſtrumenta fecerunt. Ex mulieribus, quæ velum texuerunt, quo Ieſù facies velata eſt. Atque vt euidentius ad mortem Chriſti mulieres compareant, ecce ancilla oſtiaria vna, quæ Petrum ad negandum Dominum impulit. Sic nempe decebat, vt qui pro omnibus moriebatur, ab omnibus eſſet illeſus. Hæc profecto primordia paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti ſunt; idcirco ad eiuſdem paſſionis aliqua annotanda myſteria tranſibimus.

Luc. 23.

IN DOMINICAE PASSIONIS HISTORIAM ANNOTATIO.

Quid aduentus Ieſus in Bethaniam, & Mariæ vnctio, quidue Apoſtolorum quorundam murmuratio ſignificet.

ANte ſex dies Paſchæ venit Ieſus Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem ſuſcitauit Ieſus. Sexta ſe offert ante Dominicæ paſſionis Sacramenta conſideranda dies, quæ profectò laboris, & amaritudinis (vt alibi diximus) figuram præmonſtrat: eo quòd ad labores Ieſus ſubeundos acceſſit. In Bethaniā autem quæ domus obedientiæ dicta, maioris mundi typum oſtendit, vbi, & Lazarus, qui quo ad mortem; veteris Adæ perſonam deſignat; per inobedientiam mortuus fuerat, aduenit, quem ſua morte Ieſus ſuſcitandum curauit. Nec alia temporis circunſtantia vſus; niſi ante diem ſextum paſcæ; hoc enim laboris tempus aderat, ætas, ſcilicet, ſexta; nam & circa horam ſextam aliquando ſupra fontem fatigatus inſedit. Menſis vero nona, ſexta fuit illa dies, cuiuſce numeri obſeruantiā mortalibus aptat rebus, Philo Iudæus, lib. de congreſſu quærendæ eruditionis gratia, cumque mortalis adhuc Ieſus, ad mortem ſubeundam accederet, ſuæ mortis præconia etiam per temporis circunſtantiam decorare decreuit. At cum eſſet Ieſus in domo Simonis leproſi, fecerunt cænam ibi, & Martha miniſtrabat, Lazarus vero vnus erat de diſcumbentibus, & cum recumberet, venit Maria habens alabaſtrum vnguenti nardi piſtici prætioſi, & vnxit pedes Ieſù, & exterxit pedes eius capillis. Simonis domus Eccleſia eſt, in qua cæleſte conuiuium fidelibus præparatur; tres autem perſonas, quas ſignanter Euangeliſta nominat, Martham, ſcilicet, miniſtrantem, Lazarum diſcumbentem, & Mariam vnguento Dominum vngentem, tres fidelium turmas, quas dulciter Eccleſia complectitur, deſignare cognoſcimus: nam & Martha miniſtrans, actiuorum ſpecimen oſtendit, quos miſericordiæ opera venuſtant; Lazarus diſcumbens, pænitentium figuram induit, quos ſeſſio luctus, veluti alterius Iob, in ſterquillinio ſedentis, cordis contritionem oſtendit: & Maria Dominum vnguento liniens, contemplatiuorum Deum mentis eleuatione tangentium typum geſtare dignatur, quos ſimul omnes dulciſſime ſancta mater Eccleſia complectitur. Verum intentius ad Mariæ acta mētis cogitatio peruoluitur, nam fracto alabaſtro, effudit ſuper caput ipſius recumbentis, & domus repleta eſt ex odore vnguenti. En Maria Dei ſpiritu plena, factis, non verbis, in Chriſto ventura prænuntiat: ſiquidem Chriſti caput deitatem oſtendit, cui hypoſta-

Senarius laboribus dicatus.

Bethania mundū deſignat.

Philo Iud.

Domus Simonis Eccleſia eſt, tres turmas fideliū continens.

Maria Magdalenæ prophetia.

poſtatice innixa erat humanitas, quæ in alabaſtri cãdore aptiſſime deſignatur: vnguẽtum vero odoris ſuauitate fragrans, indulgentiarum multitudinem præmonſtrat, de quibus, Cant. 1. Meliora ſunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis. Frangit quippe ſuper caput Ieſù Maria alabaſtrum, vnguentique odore domus repletur; vt inde ſignificetur, quòd quandocumque in ligno crucis, Chriſti fracta fuerit humanitas tunc Eccleſia indulgentiarum multitudine redundabit. Quod Ieſus inde aperte probauit, cum Mariæ vnctionem à murmurante Iuda defendit, de quo & textus alloquitur. Erant autẽ quidam diſcipuli indigne ferentes, intra ſemetipſos, & dicentes: Vt quid perditio iſta vnguenti facta eſt, poterat enim vnguentum iſtud venundari multo, & dari pauperibus, & fremebant in eam. De quibus Rupertus abbas Tuitienſis lib. 10. in Ioannem, cap. 11. omnes aſſerit pro huiuſcemodi vntione Apoſtolos murmuraſſe; verum intentione diuerſa, nam Iudæ murmuratio iniqua, cæterorumque pia extitit. Illa etenim ad auaritiam dirigebatur, & iſta ad ægenorum ſubſtentationem. Ideo textus ait. Dixit ergo vnus ex diſcipulis eius Iudas Iſchariotes, qui erat eum proditurus, quare vnguentũ hoc nõ venijt pluſquam trecentis denarijs, & datum eſt ægenis. Dixit autem hoc, non quia de ægenis pertinebat ad eum, ſed quia fur erat, & latro, & loculos habens, ea quæ mittebantur portabat. Quocirca expreſſe proditoris Iudæ auaritia reprehenditur; imo & peius de eo credendum eſt, quàm Euangelica litera monſtrat; ſiquidem conuitijs duobus Iudam inſici noſcimus, diaboli ſcilicet, & latronis, quorum vtrunque modeſtiæ gratia dictum eſſe credendum eſt. Chriſtus etenim omnium modeſtiſſimus, veræque modeſtiæ ſpeculum ſingulare, cum ad Iudæ conuitia enucleanda deſcenderet, ſic de eo dixit. Vnus veſtrum diabolus eſt. Ioannes etiam, vt diuini præceptoris modeſtiam ſeruaret, Iudam inquit latronem fuiſſe; ſi modeſtiæ gratia Iudas, & diabolus, & latro fuit, omni fortaſſe diabolo, latroneq; peiorem fuiſſe credendum eſt. Idcirco vt Apoſtolos pie murmurantes compeſceret, & Iudam inique in mulierem frementem obiurgaret. inquit. Vt quid moleſti eſtis huic mulieri? ſine illam, opus enim bonum operata eſt in me: nam pauperes ſemper habebitis vobiſcum, & cum volueritis poteſtis illis benefacere, me autem non ſemper habebitis. Bene inquit, non ſemper me habebitis, quod haud tantum de corporali præſentia credendum eſt, verum & de ea quæ ſecundum fidem eſt, nam tẽpore Dominicæ paſſionis, omnium eueniebat relaxanda fides. Vt vero Mariam myſterioſe ægiſſe Ieſus oſtenderet, addidit. Quod habuit hæc fecit, præuenit vngere corpus meum in ſepulturam, ideſt, vnctionem in die ſepulturæ meæ, tacite prophetando demonſtrat; ideo vbicumq; prædicatum fuerit hoc Euangeliũ iu vniuerſo mũdo, dicetur, quòd hæc fecit in memoriã eius.

Cant. 1. *Rupertus.* *Iudas Iſchariotes diabolo, & latrone peior.*

Quid feſtus dies Dominicæ paſſionis, quidue Ieſù venditio, & Paſcha prænuntient.

APpropinquabat autem dies feſtus Azimorum qui dicitur Paſcha. Dies quidem feſtus appropinquabat Angelis, vt eorum per immaculati agni ſanguinem, ſedes reficerentur; feſtus profecto appropinquabat dies hominibus, vt è captiuitate in libertatem educerentur, & feſtus vtique incarnato filio Dei appropinquabat dies, vt paſſionis ſuæ abſoluto myſterio, in ſuam gloriam intraret. Ideo diſcipulis dixit. Scitis quia poſt bibuum paſcha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur. Origenes verbum illud imperſonale, tradetur, obſeruat, nec à quo tradendus erat Ieſus explicat, vt à cunctis ad mortem tradendum fore deſignet. Nam & à Deo Patre traditus eſt, vt Apoſtolus explicat. Qui proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, Rom. 8. Traditus eſt, & à ſemetipſo quoque, vt idẽ Apoſtolus predicat. Tradidit ſemetipſum pro nobis oblationẽ, & hoſtiam Deo. Traditus eſt & à Spiritu ſancto, cuius oraculum explicauit Caiphas inquiens. Vos neſcitis quicquam nec cogitatis, quia expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat;

Origen. *Rom. 8.* *Epheſ. 5.*

Digitized by Google

hoc autem à ſemetipſo non dixit,ſed cũ eſſet Pontifex anni illius prophetauit. Ioan. 11. Tradiderunt eum, & creaturæ cunctæ, vt paulo ſupra explicuimus, hinc imperſonaliter ait,tradetur,nec tradentem,ſeu tradentes explicat. Tunc congregati ſunt principes ſacerdotum, & Scribæ, & ſeniores populi, in atrium principis ſacerdotum, qui dicebatur Caiphas,& conſilium fecerunt,quomodo Ieſum dolo tenerent,& occiderent. Nec illud tunc ad Chriſti verba refertur,ſed ad illud tũc,quo dies feſtus appropinquabat. Plebem autem timebant, vt Origenes aſſerit,nam omnibus fere conclamantibus; propheta magnus ſurrexit in nobis;& quia hic eſt vere Saluator mundi;principes poſſibile fore ſuſpicabantur, vt ſi feſtiuo tempore Ieſus occideretur, à turbis eum colentibus eriperetur,idcirco aiebant. Non in die feſto,ne forte tumultus fieret in populo. Chriſoſtomus autem opus hoc fuiſſe diaboli teſtatur,qui Ieſum feſtiuo tempore non mori ſatagebat,vt glorioſæ paſſionis myſterium abſconderetur. Hoc vtique diaboli munus eſt, bona cælare, & mala buccinis concrepantibus publicare,nolebat igitur vt Chriſti paſſio publicetur,hinc principibus feſtiuitatis concurſum proponebat. Tunc intrauit Satanas in Iudam,qui dicitur Iſcariotes, vnum de duodecim, & abijt ad ſummos Sacerdotes,vt proderet eum illis. Ioannes vero diabolum in Iudam intraſſe poſt buccellam referet,cur ergo Lucas,exiſtentibus principibus in cõcilio diabolum Iudam ingreſſum fuiſſe commemorat? cui Beda reſpondet; poſt buccellam vt poſſeſſorem intraſſe, at exiſtentibus magiſtratibus in concilio,vt tentatorem. Et ait illis: Quid vultis mihi dare,& ego eum vobis tradã? Quærunt curioſe qui diſputant,cur Iudam tali,ac tanta malignitate pollentem, in Apoſtolorum numerum Dei filius dignatus eſt aggregare? nec Iudas ad Ieſum acceſſit, ſed Ieſus illum vocauit,elegitque,quod quidem aperte faſſus eſt inquiens. Non vos me elegiſtis; ſed ego elegi vos de mundo. Io. 15. Cui Ioannes Chriſoſt. ſerm. 1. de ieiunio reſpondet; ex hoc exuberantẽ Dei miſericordiã poſſe dignoſci,qui ad peccata non reſpicit,dũmodo ex peccatis qui delinquũt reſipiſcãt iam Iudam è mũdo abſtulit, ſibi ſociauit,in collegiũ electorum adiunxit,quid debuit vltra facere,& non fecit? errauit Iudas,& ad perditionẽ vſque deſcendit, Dei profecto culpa nulla eſt. S. Thomas autem aquinas ad factum fuiſſe aſſerit,vt euidentius agnoſcamus,neminem ex determinata Dei prædeſtinatione damnari;ſed ob præſentem iuſtitiam: nã ad ſe Dominus Iudam vocauit,& hoc quia ſalutis eius deſiderio ardebat,quòd autem ille perijt,præſentis iuſtitiæ deliquio factum eſt. Cumque proditoris Iudæ voluntatem principes agnouiſſent apprime lætati ſunt, vt literæ textus indicat. Qui audientes gauiſi ſunt,& pacti ſunt,& promiſerunt pecuniam ſe daturos, & conſtituerunt ei triginta argenteos, & exinde quærebat quomodo illum opportune traderet ſine turbis. Sic & Ioſeph venditio per Iudam fratrem eius impletur;nam & Iſmaelitis triginta argenteorum prætio fuit ille venditus vt Scriptura refert. Gen. 37. Licetque textus venditionis Ioſeph viginti tantum argenteos enumeret,tamen aptiſſime figurato figura reſpondet,fieri etenim poteſt,vt viginti argentei Iſmaelitarum tanti ponderis extiterint, quanti & triginta iudæorum:alioquin & Ioſeph viginti argenteis venditus dicitur,quia ſeruus,Ieſus autem triginta quia dominus eſt. Prima autem die azimorũ quando paſcha immolabãt,& neceſſe erat occidi paſcha, acceſſerũt diſcipuli ad Ieſum dicẽtes. Quo vis eamus,paremus tibi, vt mãduces paſcha? Immolatio quidem paſcalis agni, paſcha dicitur, vt habetur, Exo. 12, Cumq; immolatus agnus ille filij Dei oblationẽ præſignaret, illius decreuit Ieſus ante mortem,Moſaicæ legis implere præceptum, agnumq; cum diſcipulis manducare,vt veteris inſtrumenti legem cum honore ſepeliret,ne fortaſſe qui Moyſis legem non bonam fuiſſe aſſerentes inſurgerent. Sic & Abraham antequam Ceturam duceret vxorem, mortuam Saram in ſpelunca duplici honorifice ſepeliendam curauit. Et miſit duos ex diſcipulis ſuis Petrum,& Ioannem;quorum ſenior (Greg. teſte) Eccleſiam,iunior vero Synagogam figurat. Et dicit eis;Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem,occurret vobis homo amphoram aquæ portans,ſequimini eum in domum in quam intrat;& oſtendet vobis cænaculum grande ſtratum,& dicetis patrifamilias domus. Dicit

Chriſoſt.

Bona diabolus abſcõdit, mala publicat.

Beda.

Cur Iudas proditor, fuit electus Apoſtolus. Chriſoſt.

Gen. 37. Ioſeph venditus Chriſti figura.

Exo. 12.

Gregorius.

Digitized by Google

cit tibi magiſter; tempus meum prope eſt, apud te facio paſcha cum diſcipulis meis, & fecerunt ſicut conſtituit illis Ieſus, & parauerunt paſcha. En baiulans aquam primordia paſſionis oſtendit, vt veteris inſtituti figuram compleretur; nam qui promiſſionis tellurem capeſſere optabât, Iordanis fluenta prius tranſmeare debuerunt; vt inde Chriſtianus noſcat, populus, perennem adepturus gloriam, ſacri baptiſmatis vndas prius pertingere, fore ſibi neceſſe.

Aquam baiulans quid oſtendat.

Quid in ſacroſancta Domini cœna factum ſit, explicatur.

VEſpere autem facto venit Ieſus in cœnaculum, & cum facta eſſet hora diſcubuit, & duodecim diſcipuli cum eo. Horam quærimus quæ facta fuit in qua Ieſus cœnam manducauit, quæ cum nocturno tempore in lege fuerit inducta, vtſcriptum eſt Exo. 12. Edent carnes nocte illa aſſas igni: antique legis finem præſignat, nam facto veteris legis veſpere, antequam nouæ legis mane ſuccederet, venit Iſus in cœnaculum, vt ſic illud impleretur, Ad veſperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Pſa. 29. Veſpere quoque tribulationum tempus præmonſtrat, quo ad fidelium auxilium Ieſus properat, nam & media nocte venit ſponſus ad nuptias. Matth. 25. Et circa quartam vigiliam noctis ad Apoſtolos venit dominus ambulans ſupra mare. Mar 6. Cumque diſcumberet ait diſcipulis ſuis. Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum, ante quam patiar. Hic dubitatio animum pulſat; ſi ſtãtibus præceptum à Deo fuerat paſcha manducare, cur Ieſus recumbens voluit paſca comedere? cui Theophili reſponſio ſufficit, nã tres cœnas in hac nocte dominum feciſſe ſcriptura commemorat. Prima fuit phaſe, quam profecto iuxta legis mandatum Ieſus ſtans, diſcipuliſque ſtantibus, manducauit: qua peracta ſedit Ieſus cum diſcipulis ſuis ſecundam manducare, quæ in azimis panibus erat complenda, vt literæ textus indicat, quia erat paſcha, & azima poſt biduum; deinde acceſſit ad tertiam, quæ fuit prætioſi corporis, & ſanguinis Chriſti manducatione abſoluta. Deſiderio ergo primã dominus, ſecundamque mandure deſiderauit, vt illis expletis, ad tertiam, quæ ſui corporis, & ſanguinis erat, perueniret; myſteria oſtenſurus adhuc creatis mentibus minime nota. Hinc prima, ſecundaque cœna abſolutis, antequam ad tertiam accederet, dixit. Dico enim vobis, quòd ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in Regno Dei, & non bibam de genimine vitis huius, donec bibam illud nouum vobiſcum in regno patris mei. Quocirca inde manducans, & bibens, panem, & vinum non manducauit, & bibit; ſed ſui ipſius corpus, & ſanguinem: quod Origenes adſtruit hom. 35. in Matth. inquiens, ne mireris quoniam ipſe eſt panis, & manducat nobiſcum panem, ipſe eſt potus generationis de vitæ, & manducat nobiſcum, ergo manducat ſeipſum, & nobiſcum ſuum ſanguinem bibit. Hec ille, iden que Beda ſentit in Lucam lib. 6. cap. 81. Sciens autem Ieſus, quia omnia ei dedit Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit; ſurgit à cœna, & ponit veſtimenta ſua, & cum accepiſſet linteum præcinxit ſe, deinde miſit aquam in peluim, & cæpit lauare pedes diſcipulorum ſuorum, & extergere linteo, quo erat præ cinctus. Lotionis huiuſce myſterium altiſſime Auguſtinus interpretatur tract. 55. in Ioan. inquiens. Quid autem mirum ſi ſurrexit à cœna, & poſuit veſtimenta ſua, qui cum in forma Dei eſſet, ſemetipſum exinaniuit, & quid mirum ſi præcinxit ſe linteo, qui formam ſerui accipiens, habitu inuentus eſt vt homo, quid mirum ſi miſit aquam in peluim, vnde lauaret pedes diſcipulorum, qui in terram ſanguinem fudit, quo immunditiam dilueret peccatorum? quid mirum ſi linteo quo erat præcinctus, pedes quos lauerat terſit, qui carne qua erat indutus, Euangeliſtarum veſtigia confirmauit. Hæc ille. Vnde elicimus quòd à cæna filius Dei ſurrexit, cum de cœlis vbi electorum conuiuia conſummantur deſcendit de quibus ſcriptum eſt. Beati qui ad cœnã nuptiarum agni vocati ſunt. Apoc. 19. Veſtimenta poſuit cum diuini fulgoris ornamenta cælauit, ne forte eum diabolus aduerſus quem præliaturus acceſſit, agnoſceret; nam & Acab legimus regalibus dimiſſis, velut ignotus miles, aduerſus hoſtes vulgaribus armis, vt ita ignotus haberetur, bellum intraſſe

Hora qua Chriſtus cœnam manducauit.
Exo. 12.
Pſal. 29.
Matt. 25.
Mar 6.
Theophilus. Tres cœnas Chriſtus fecit.
Origen.
Beda.
Auguſt.
Lotionis pedum Apoſtolorum myſterium.
Apoc. 19.

i
ntraſſe;ſic & Chriſtus maieſtatis indumenta poſuit,formam ſerui accipiens in ſimilitudinem hominum factus,& habitu inuentus vt homo Accepit linteum,& præcinxit ſe; cum Verbum c aro factum eſt. Miſit aquam in peluim,cum Eccleſiam gratiarum profluuijs impleuit, pedeſque diſcipulorum lauit,, cum peccatorum ſordes abſtulit; cumque mundum per mortem ſuam à fœditate purgaſſet, à mortuis reſurgens, gloriæ indumenta reſumpſit,recubuitque iterum in æternæ beatitudinis throno,cum ei Pater dixit. Sede à dextris meis Pſ.109. Venit ergo ad Simonem Petrũ. Iudam Origenes putat primum

Pſal 109. Orig. omnium vt lauetur inſediſſe, atque hoc ideo à domino factum, quia illud boni medici munus eſt, vt debiliori infirmantis naturæ primum ſubueniat,cæteriſque inde viuacioribus partibus medeatur:cumque in Apoſtolico cetu plus omnibus Iudas indigeret, ab eo

Auguſt. Ieſus pedum ablutionem exorſus eſt. Auguſtinus vero Petrum omnium exiſtimat primũ cui Eccleſiæ primatus debebatur, qui dominum ad pedes ſuos proſtratum videns,& obſtupeſcens exclamauit;Domine tu mihi lauas pedes?Ac ſi diceret, hoc non erit,vt dominum meum pedes meos lauantem, oculi mei videre ferant,Cui optime Chriſtus reſpondit. Quod eo facio tu neſcis modo ſcies autẽ poſtea. Quomodo enim Petrus quæ Chriſtus operabatur ſcire poterat,cum iam adhuc ſcripturarum inuolucra aperta non erant? bene poſtea ſcienda promittuntur,velo ſcilicet templi ſciſſo,& ſenſu diſcipulorum poſt reſurrectionem ad ſcripturarum intelligentiam aperto. Nec ob id Petrus verbis domini acquieſcere annuit,ſed renuens inquit:non lauabis mihi pedes ineternum. Verum quàm malum ſit diuinæ voluntati non acquieſcere,Chriſti increpatione monſtratur. Si non lauero te non habebis partem mecum. Quid eſt autem quòd Ieſus diſcipulos humilitatẽ docturus,quaſi humilia deſerens,ad acerbiora ſe transfert,ad minas ſcilicet, & damnationis æternæ pœnas?Sed vis amoris in huiuſcemodi loquutione monſtratur, ſi etenim dominus dixiſſet;acquieſce Petre,ſic nempe te decet humilitatem adiſcere;iuraſſet vtique ille, iureque iurando promiſiſſet, ſe ſemper humilem fore,at nil peius amanti proponitur, cum ab amante ſeparatio indicitur,quam Petrus pati non audens dixit; non tantum pedes,ſed & manus,& caput. Sicque diſcipulorum lotionis expleto myſterio,dominus Ieſus veſtimenta reſumens iterum ad eos docendos reſedit.

Quæ in cænaculo pro magni Sacramenti Eucharistiæ inſtitutione à domino dicta, vel facta fuerint ſummatim explicantur.

HVmilitatem Ieſus exemplo docuit,inde ad doctrinam acceſſit,& cum iterum recubuiſſet, diſcipulis dixit. Scitis quid fecerim vobis, vos vocatis me magiſter,& domine,& bene dicitis,ſum etenim. Vt magiſtrum ergo ad doctrinam attendite,& vt dominum ad mandatum. Doctrina mea hæc eſt; ſi ego dominus, & magiſter laui pedes veſtros, & vos debetis alter alterius lauare pedes; exemplum enim meum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis,vos & ita faciatis. Ad mandatum autem attendentes,ſcitote quoniam mandatum nouum do vobis,vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos. In hoc.n. cognoſcet mundus,quòd diſcipuli mei eſtis,ſi dilectionem habueritis adinuicem. Et quia fructus amoris pax eſt:pacem relinquo vobis,pacem meam do vobis. Patrisfamilias munus exercet,ad extremum vitæ, filijs ſuis bona diſtribuens,nec maior adeſt optanda hæreditas,ſicut pax quæ cæleſtis paradiſi in terris figurũ oſtẽdit,ideo pacẽ legans dominus ait;pacem meam do vobis,non quomodo mundus dat ego do vobis. Pacem etenim mũdus oſtendit cuius finis bellum eſt,at ipſe nunc bello expoſitus,pacem do, quam per me patres veſtri optauere iam nimium. Triſtabantur Apoſtoli talia audientes,quos dominus ſolari conatur. Non turbetur cor veſtrum,neque formidet, vado,& venio ad vos. Vt autem ſciatis me vos derelinquere nollle, ecce meipſum haud tangendum à vobis trado, ſed & manducandum,quibus iam dictis, accepit Ieſus panem,& gratias agens, benedixit,ac fregit,deditque diſcipulis ſuis,& ait. Accipite, & comedite, hoc eſt corpus meum,

quod

Digitized by Google

quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam commemorationē. Quod in ſacrificio Melchiſedech panem, & vinum offerentis figuratur. Gene. 14. Dominus Ieſus complere voluit, ſed ritu longe nobiliori, nam gratias Deo ægit, ob veteris inſtituti ſacrificia completa, deinde panem ſumens, benedicenſque atq; verba illa proferens; hoc eſt corpus meū, quod pro vobis tradetur, fregit haud tantum panis quantitatem, ſed & ſubſtantiā tranſubſtantiauit, in ſuimet ipſius glorioſi corporis ſubſtantiam. quodque adhuc erat paſſibile in cruce figendum, impaſſibile à diſcipulis manducandum exhibuit. Idemque fecit in vino cum dixit: accipite, & bibite, hic eſt ſanguis meus. Cur autem non territi Apoſtoli manducare annuerunt, carnem ſcilicet, & ſanguinem Domini ſui vere manducare ſcientes? Si quis enim dixerit, manduca libenter, caro enim hominis hæc eſt, animus horret ferculum tale deſumere; cur ergo non horruerunt Apoſtoli? Recta reſponſio fit, ſi cibi, cibatique qualitas conſideratur; ſunt enim animantia quædam, quæ ſuapte natura, herbis, aut ſeminibus veſcuntur, & alia quæ tantum carnes mãducare poſſunt, vnicuique igitur, vt viuat, cibus iuxta ſuæ naturæ proprietatem aptandus eſt; cumque Apoſtoli vitam optarent, cibus eis vitæ proponitur, de quo Ieſus dixit; Ego ſum panis viuus qui de cælo deſcendi, qui manducat hunc panem viuet in æternum. Ioa 6. ideo vere ſcientes præceptoris ſui veram carnem, ſanguinemque manducare, & bibere, eſum non horrent, quia proprius illis cibus exhibetur. Hæc cum dixiſſet Ieſus, turbatus eſt ſpiritu, & proteſtatus eſt. & dixit amen, amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me; & ipſi aſpiciebant ſe ad inuicem heſitantes, de quo diceret, & cæperunt quærere interſe quis eſſet ex eis: & dicebant nunquid ego ſum Domine? Nec dominus proditorem reuelare audet, ne forte diſcipuli zelo feruentes proditorem occiderent, hinc ille reſpondit, Vnus ex duodecim qui intingit mecum manum in catino: & filius quidem hominis vadit ſicut diffinitum eſt de illo, veruntamen veh homini illi, per quem tradar ego: melius erat ei ſi natus non fuiſſet homo ille. Simonis petri animus inardeſcebat, vt proditorem agnoſceret, & Ieſum interrogare non audens, Ioannem interpoſuit, vt dominum ſciſcitaretur, recubuitq; Ioannes ſupra pectus Domini, & dixit; Domine quis eſt, lenique ſomno correptus proditorē agnouit. In ſomnis etenim dixit Ieſus ei; ille eſt cui intinctum panem porrexero, & tunc intinctum panem Iudæ tradidit. Sic igitur dormiente Ioanne, proditor reuelatur. Nec Ioannis dormitio ſupra pectus Domini, eſt immorigerate notanda, ſed potius ad auriculā Domini Ioannes ſecreto ſciſcitaturus accedens ſopore à domino miſſo, ſuper humerum eius leniter quieuit Mirum autem hoc eſt, quòd poſt buccellam introiuit in eum Satanas; & cum accepiſſet ille buccellā exiuit continuo; erat autē nox nox quidem ſignanter notatur, quia tunc in peccatorum profundum Iudas deſcenderat; ideo & Dominū, & Apoſtolorum cetum deſerit; quia impius cum in profundum venerit peccatorū contemnit, Salomone teſtante. Prou. 18. Remanet Ieſus cum vndecim quos alloquens ait. Nunc clarificatus eſt filius hominis, & Deus clarificatus eſt in eo. quod Origenes non de claritate eius vt Deus interpetratur, ſed in quantum homo, & de claritate quam humanis mentibus daturus erat. Nam vt Chriſoſtomus ait, per miracula, & prædicationem, eius erat patefacienda diuinitas Facta eſt autem contentio inter eos, quis eorum videretur eſſe maior; nec ſine myſterio, nam & Ioſue vita functo, conſuluerunt filij Iſrael Dominum dicentes; quis aſcendet ante nos, & erit dux belli, & dixit Dominus; Iudas aſcendet ante vos. Iud. 1. ſic & Domino Ieſu, in Ioſue illo figurato iam ad mortem properante, Apoſtoli ne ſine duce manerent, de duce quærunt. Compeſcit autem Dominus ambitionis flammam, cum inquit. Reges gentium, dominantur eorum, & qui poteſtatem habent ſuper eos benefici vocantur, vos autem non ſic, ſed qui maior eſt in vobis, fiat ſicut minor. Quis maior eſt, qui miniſtrat, an qui recumbit? nonne qui recumbit? Ego autem in medio veſtrū ſum ſicut qui miniſtrat. Quaſi diceret, ne ergo primatum quæratis. Et quia in tribulationibus noſcitur humilitas, humilibuſque Dei regnum debetur, ecce inquit Dominus. Vos eſtis qui permanſiſtis mecum in tribulationibus meis, & ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit

Gen. 14.

Apoſtoli quare corpus Domini manducare non timuerunt

Ioa. 6.

Ioannis dormitio ſupra pectus Domini.

Prou. 18.

Origenes.

Chriſoſt.

ſuit mihi pater meus regnum, vt edatis,& bibatis ſuper menſam meam in regno meo. quibus verbis,& regnũ Eccleſiam,& menſam altare deſignat. Verumenimuero,quia Eccleſiæ fundamentum fides eſt,Ieſus Petro dixit. Ecce Satanas expetiuit vt cribraret vos ſicut triticum, & ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua,& tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. His alijſque verbis adhuc rudes Apoſtolorum mentes,Dominus confortare ſtudebat.

Quæ Dominus vſque ad hortum, coram diſcipulis egit, dixitque, compendioſe memorantur.

IAm ſacroſanctæ cœnæ Dominus myſteria compleuerat,idcirco hymno dicto, eggreſſus,cum diſcipulis ſuis trans torrentem cedron,ibat ſecundum conſuetudinem in mõtem oliuarum,vbi erat hortus in quem introiuit ipſe,& diſcipuli eius. Hymnum quippe dixit,Deo Patri gratias agens, quòd veteris legis mandata compleuerat, quòd Apoſtolos in nouum ſacerdotium ordinauerat, quòdque nouum ſacrifitij genus inſtituerat; imò quoque quòd ad optatum ſuæ mortis diem iam peruenerat.Et ibat trans torrentem cedron,vt de tribulationum torrente in huiuſce vitæ via biberet, vt inde aduerſus impios caput exaltaret. Animat autem ſuos ad arma,quia iam præliandi tempus acceſſerat; qui non habet(inquit)gladium,vendat tunicam ſuam, & emat gladium, quod quidem haud ſecundum literam intelligendum eſt, ſed ſecundum ſpiritum : alioquin Petrum in horto percutientem inde non prohibuiſſet. Quòd autem ſecundum conſuetudinem ibat,conſuetudinem patiendi Ieſum habuiſſe literæ textus oſtendit. Sic nempe oportebat impleri ſcripturam,nam & Dauid Abſalonis filij iram aufugere cupiens,ciuitatem deſerens,nudis pedibus olíueti montis colles lachrimarum profluuio delibutus,media iam nocte pertranſibat,ſocijs vndique triſtibus ſecum aſcẽdentibus. 2.Reg.15. Ita & Dominus Ieſu,Iudæorum quaſi iram auertens,media iam nocte ciuitatem relinquens,nimis dolens, Apoſtoliſque mærentibus,ibat ſecundum conſuetudinem in montem oliuarum. Vbi & iterũ ſuos confortare ſatagit,inquiens Omnes vos ſcandalũ patiemini in me,in nocte iſta.Apte inquit patiemini,non dabo ſcandalum,nam ex debilitate cordis eorum,ſcandalum inſurgebat;non autem ex malignitate operum Domini,qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius.At totum hoc venturum erat,vt ſcriptura compleretur.Percutiã paſtorem,& diſpergentur oues.Zach.13. Promittit autem ſe reuerſurum ad ſuos.Poſtquã autem ſurrexero præcedam vos in Galilæam.Petrus vero ſe fortiter acturum putans,dixit.Etſi omnes ſcandalizati fuerunt in te, ego nunquam ſcandalizabor. Quod non eſt ex temeritate dictum,ſed ad animi fortitudinem oſtendendam,vt ſic fortaſſe mærentis præceptoris dolor minueretur. At Petri reprimit Ieſus dictum,eius animi imbecillitatẽ oſtẽdens,futuræq; negationis facinus prædicens:Non cãtabit gallus donec ter abneges noſſe me.Stat autem Petri fortis opinio,& quod intus habere putabat,foris exprimit, dicens. Domine tecum paratus ſum,& in carcerem & in mortem ire.Sic ſacræ Scripturæ ſibi inuicem correſpondent, nam & 2.Regum 15.habetur, quòd aufugiente Dauid filij ſui Abſalon iram,ſequutus eſt eum etiam Ethai Getheus,cui dum vt reuertatur in domũ ſuam Rex ſuaderet,reſpondit.Viuit Dominus,& viuit anima tua,quia ſiue in vitã, ſiue in mortem ſemper ero tecum.Quod quidem magnanimitati Simonis Petri figuram præfert.Interim in villam Dominus venit,quæ dicitur Gethſemani,vbi octo diſcipulis dimiſſis,tres tantum ſecum aſſumpſit,ſcilicet Petrum,& filios Zebedei,coram quibus cæpit Ieſus tedere,& pauere,cæpit contriſtari,& mæſtus eſſe.Ecce quòd antiquitus fuit in figura,myſterioſiſſime completur,nam & Abraham filium oblaturus in montem, ſeruos dimiſit in vallem,& Moyſes Dominum pro populo rogaturus,tabernaculum fœderis ingreſſus, populum foris expectantem dimiſit. Triſtatur autem Ieſus, atque pauet, vt Theodoretus ait,dialog. impatibilis;quia ſic aſſumptæ naturæ erat veritas oſtendenda. Cumque contriſta-

2.Reg.15. *Zach.13.* *2.Reg.15.* *Gen.22.* *Theodoret.*

triſtaretur ait. Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. Sic & Elias dum perſequutioni-
bus ſubijciebatur, mortem petiuit à Domino. 3. Reg.19. At triſtis Chriſtus ob mortem *3. Reg. 19.*
efficitur;quia & populi ſui euerſionem, & ciuitatis Hieruſalem deſtructionem, & tem-
pli Dei ruinas,& animæ diſcipuli ſui Iudæ interitũ,& quod omni facinore peius, animas
plurimas,ſuo delibutas cruore,in perditione mittendas prænoſcebat;in quibus ſuæ paſ-
ſionis contemnendum prætium præuidebat. Et auulſus eſt à diſcipulis,quantũ iactus eſt
lapidis;conſueuerat enim in montem ſolus orare . Quid vero in oratione dixerit audia-
mus. Pater ſi poſſibile eſt,tranſeat à me calix iſte. Ecce veræ humanitatis aſſũptio, nam
quod pro redemptione mundi , ſuperiori portione optabat, inferiori quidem dolorum
timore perhorrebat;& ideo vt calix pertranſeat orabat,ideſt,vt velox ſit , vt ne diu ſub
doloribus delicatiſſima eius caro moraretur. Vtque etiam pertranſeat,& in ſui gloriam,
atque populorum ſalutem mutaretur.Sicque Hieronymus ſentit, etiam per fidei prædi- *Hieronym.*
cationem. Pater ſi non poteſt hic calix tranſire à me,niſi bibam illum,fiat voluntas tua:
ideſt, ſi fidei prædicatio non poteſt ad gentes tranſmitti niſi calicem bibam, fiat non ſi-
cut ego volo ſecundum inferiorem portionem,ſed ſicut tu,ideſt, vniuerſæ Deitati placet.
Atque in hunc modum poſitus genibus procidit in faciem ſuam, & orabat,vt ſi fieri po-
teſt tranſiret ab eo hora.Et venit ad diſcipulos ſuos,& inuenit eos dormientes, & dixit.
Simon dormis? Sic,non potuiſtis vna hora vigilare mecũ;vigilate,& orare,vt non intre-
tis in tentationem;ſpiritus quidem promptus eſt,caro autem infirma.Simonem ante om-
nes reprehendit,ac ſi diceret,noctu,dieque paſtor ſuper gregem vigilat,cur ergo dormis
qui paſtor futurus es Eccleſiæ? & vobis dico Iacobo,& Ioanni, ſic, ſcilicet non obedi-
tis præceptori veſtro,iam mandaui vobis; ſubſtinete mecum, & vigilate in oratione, &
vos non potuiſtis vna hora vigilare mecum,vigilate,& orate,vt non intretis in tentatio-
nem,ſpiritus enim diabolicus promptus eſt ad tentandum , caro autem infirma ad reſi-
ſtendum.Et iterum Ieſus ad orationem reuerſus eſt,eundem ſermonem dicens.Et tertio
factus in agonia prolixius orabat,& factus eſt ſudor eius,ſicut guttæ ſanguinis decurren
tis in terram. In agonia factus eſt,quia ſenſus terrore correptus,rationi mortem optanti
reluctabat,cuius labore ſudor ſanguineus emanabat;ſanguis autem terram ſanctificans ,
maledictionem à Deo, ob Adæ peccatum inflictam auferebat. At quia cæcinit pſaltes. *Pſal. 36.*
Non vidi iſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem: Apparuit filio Dei Angelus
confortas eum,in quo & ſolatium in tribulationibus deſignatur, & Martyrum, totiuſque
Eccleſiæ in aduerſis fulcimẽ p̃monſtratur.Tunc cũ ab oratione ſurrexiſſet,& veniſſet ad
diſcipulos ſuos,inuenit eos dormiẽtes præ triſtitia,& dixit illis:Dormite iã,& requieſci
te,ſufficit.Labor,& triſtitia ſomnũ diſcipulis miniſtrabant,nam & Elias triſtis,cum à fa-
cie Iezabel fugeret,ſub iunipero obdormiuit.3.Reg.19. Quod autem dominus diſcipu-
lis dicat , aut ex compaſſione credendum euenit , quibus iam feſſis compatiebatur , aut *3. Reg. 19.*
ironice,ac ſi diceret,dormite iam & requieſcite nihil mihi in hac hora prodeſſe poteri-
tis ſufficit mihi ſolatium quod per Angelum à Patre habui.Surgite autem,& eamus,ec-
ce appropinquat hora,& filius hominis tradetur in manus peccatorum. Iudas vero cum
accepiſſet choortem,& à pontificibus,& phariſeis miniſtros,adhuc Ieſu loquente,venit
illuc cum lanternis, & facibus, & fuſtibus, & gladijs,& armis,& cum turba multa, miſſi
à principibus ſacerdotum,& ſcribis,& ſenioribus populi. Sic & Scriptura implebatur,nã
& aduerſus Dauid,cum exercitu multo Abſalom inſurrexit.2.Reg.18. Dedit autem tradi *3. Reg.18.*
tor eis ſignum dicens. Quemcumque oſculatus fuero,ipſe eſt,tenete eum, & ducite cau-
te. Signi rationem Origenes affert hom.35.in Matt Mam nec duas tantum formas Chri- *Origenes.*
ſtum habuiſſe teſtatur, vnam ſcilicet,qua cum omnibus conuerſabatur vt homo;& aliam
quam in monte Tabor,diſcipulis tribus oſtendit,gloria,ſplendoreque fulgentem,verum *Ratio qua-*
& multas poterat ſuperinduere figuras,quod Iudas præcauens, illum oſculo ſignare de- *re Iudas*
creuit, vt ſi fortaſſe inde formam mutaret,à militibus, licet mutatus, teneretur. Et ap- *Ieſum oſ-*
propinquauit Ieſu, vt oſcularetur eum,& dixit; Ieſus; amice ad quid veniſti? & dixit ei, *culatus eſt.*

Digitized by Google

2. Reg. 20. aue Rabbi, & oſculatus eſt eũ. Sic & Ioab amplexatus eſt Amaſa, quaſi deoſculans eũ,
Theophil. quem oculte pugione lateribus infixo peremit. 2. Reg. 20. Theophilactus vero, verbum
illud Ieſu, amice ad quid veniſti, ironice intelligendũ aſſerit, ſenſuſque eſt, ſi amicus meus
es, quare cum militibus, & armis venis ad me? non ſunt hæc amicorum munera; ſi vero
inimicus es, cur me deoſcularis? At quia interioris illius malitiæ Ieſus vulnus agnoſce-
bat, dixit, Iudas oſculo filium hominis tradis? Inde militibus dixit. Quem quæritis?
qui reſpondentes dixerunt. Ieſum Nazarenum: & dixit eis ego ſum, & abierunt retror-
ſum, & ceciderunt in terram. Quid mirum ergo ſi Ioſue tubarum ſonitu, mænia ciuita-
Ioſ. 6. tis Ierichontinæ deſtruxit. Ioſ. 6. Et Dauid vno impetu octingentos, & Samſon in maxil-
Iud. 15. la aſini, viros mille peremit. Iud. 15. quando & Ieſus vna voce militum multitudinem,
etiam Iudam proſternit in terram? nec ſemel, aut bis, ſed ter, vt ſic vnitrinæ deitatis vir-
tus refulgeat. Cumque diuino permittente numine ſurrexiſſent; acceſſerunt, & manus in
iecerunt in Ieſum, & tenuerunt eum, vt illud impleretur. Circundederunt me vituli mul
Pſalm. 21. ti, tauri pingues obſederunt me. Pſal. 21. Tunc vix diſcipuli dixerant; Domine ſi percuti-
mus in gladio, quòd Petrus, vnus ex his qui erant cum Ieſù exemit gladium ſuum, & per
cutiens ſeruum Pontificis Sacerdotum, amputauit auriculam eius dexteram. erat autem
nomen ſeruo Malchus. Quod Petrus promiſerat iam attendere voluit, cum Ieſù in car-
cerem, & in mortem ire; nec manus ad arma mittere veritus, ſeruum pontificis percu-
tiens, auriculam illius dexteram abſcidit; nil ergo mirum ſi Iudæorum populus, omnia
quæ de Chriſto ſcripta ſunt ſiniſtre intelligit, nam dexteram eius ariculam Petrus abſci-
dit. Miraculoſe vero potentiſſima filij Dei manu auricula reſtituitur, vt mira Dei bonita-
te noſcamus, aliquando ad viam veritatis hebreorum populum eſſe venturum. Obiur-
gatur autem à Domino Petrus, cui dicit; conuerte gladium tuum, & pone in locum ſuum,
omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt; an putas quia non poſſum rogare
patrem meum, & exhibebit mihi modo pluſquam duodecim legiones Angelorum? in il-
la hora dixit Ieſus turbis, tanquam ad latronem exiſtis cum gladijs, & fuſtibus compre-
hendere me, ſed hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum. Cumque Ieſum Apoſtoli
vinctum vidiſſent, relicto eo omnes fugerunt. Ecce quomodo Ioſeph in figuram à fra-
Gen. 37. tribus derelinquitur in ciſternam. Gen. 37. Et Ionas in mare demergitur. Ion. 1 & Adam
Ion. 1. è Paradiſo eiectus, Ieſum ex horto deductum præſignauit. Gen. 3. Et milites duxerunt
Gen. 3. eum ad Annam primum, erat autem Annas ſocer Caiphæ.

Quid in domibus pontificum, ac præſulum, de Chriſto actum ſit, ad literam explicatur.

IEſum de doctrina, & diſcipulis eius interrogauit Annas, cui cum modeſtiſſima fuiſ-
ſet aſſignata reſponſio, Malchus cui Paulo ante Ieſus auriculam reſtituerat, dedit
Ieſù alapam dicens; ſic reſpondens Pontifici? ingratitudinis exemplar impium;
de quo tunc Dominus vlciſci non audet, vt figura impleretur in Moyſe, qui ſepe la
ceſſitus iniurijs, pro aduerſante ſibi populo deprecabatur: vltioniſque vice mitiſ-
ſime Ieſus percutienti reſpondit. Si male loquutus ſum teſtimonium perhibe de malo,
ſi autem bene cur me cædis? Sic & corã Acab prophetante, Michea eius percutitur ma-
3. Reg. 22. xilla. 3 Reg. 22. Et de Ieſu quoque dictum fuerat. Dabit percutientibus ſe maxillã, ſa-
Thren. 3. turabitur opprobrijs. Thren. 3. Tunc miſit eum Annas ligatum ad Caipham Principem
Sacerdotum, vbi omnes Sacerdotes, & Seniores conuenerant. Petrus autem ſequebatur
eum à longe, vſque intro in atrium ſummi Sacerdotis. Bonum eſt Chriſtum ſequi, ſed
male ſequitur, qui à longe ſequitur. Sequebatur Ieſum Petrus à longe, quia Dominum,
Chriſoſt. vt Chriſoſtomus ait, negaturus erat. Nec Dominum negare potuiſſet, ait Remigius, ſi
Remigius. Domino proximus adheſiſſet. Aut eum ſequebatur Petrus, quia eiuſdem generis mor-
tem ſubiturus erat; ſed à longe, ideſt, modo longe diſpari. Et quærebant falſum teſtimo-
nium

Digitized by Google

nium principes aduerſus Ieſum,& acceſſerunt duo falſi teſtes,qui & dixerunt . Nos audiuimus eum dicentem: ego diſſoluam templum Dei hoc manu factum,& aliud non manu factum ædificabo . Ecce Ioſeph in figuram apud dominum ſuum acuſatur, Gen.39. *Gen.* 39. Et contra innocentem Suſannam duo falſi teſtes acceſſerunt, Dan. 13. Et aduerſus Danielem quoque falſi teſtes aduenerunt,vt eum apud Regem Nabuchodonoſor,tanquam *Dan.* 13. mortis reum denuntiarent. Dan. 14. Non erat autem conueniens teſtimonium illorum, *Dan.* 14. ideo Caiphas Domino dixit. Adiuro te per Deum viuum,vt dicas nobis, ſi tu es Chriſtus filius Dei benedicti. Per Deum viuum adiurauit, quia in Dei filium non credebat, cumque infideli vt ad fidem accedat fit neceſſaria correctio,iuditium illi Dominus minatur dicens. Dico vobis amodo,videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli. Mirum quod ſapiens ait. Peruerſi difficile corriguntur. *Eccl.cap.*1. Haud his verbis terrefactus Caiphas, Chriſti doctrinæ acquieſcit,ſed in iram verſus ſcidit veſtimenta ſua dicens; blaſphemauit,quid adhuc egemus teſtibus,ecce nunc audiſtis blaſphemiam. Veſtem ſcidit pontificiam,quia ſacerdotio indignus erat;Ieſumque blaſphemaſſe pronuntiauit, vt ſic aſtantes circum ad indignationem, & iram concitaret. Qui omnes condennauerunt eum eſſe reum mortis. Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eũ ceciderunt. Et velauerunt faciem eius, & miniſtri alapis eũ cedebant,& interrogabant eum dicentes: prophetiza nobis Chriſte, quis eſt qui te percuſſit? Ne dicant Iudæi;quare faciem tuam auertis,obliuiſceris tribulationis noſtræ; ecce ipſi ſemetipſos beatifica filij Dei viſione priuant, faciemque in quam Angeli proſpicere optant, velo cooperiunt, percutiuntque. Interim dixit Ancilla Petro; nunquid tu ex diſcipulis es hominis iſtius? qui vilitatem perpeſſus ad mulierculæ vocem terrefactus,negauit,non ſum. Vixque vnius horæ curriculum prætererat, iterumque interrogauit eum qui cognatus erat Malcho, cuius Petrus auriculam abſciderat,& dixit ei: Nonne ego te vidi in horto cum illo? & cæpit anathematizare,& iurare,quia non nouiſſet hominem; & cantauit gallus, cumque iterum interrogaretur, & negaret,adhuc eo loquente, gallus iterum cantauit. Et conuerſus Dominus reſpexit Petrũ,& recordatus eſt Petrus verbi Domini Ieſu,ſicut dixerat,quia prius quàm gallus cantet bis,ter me negabis,& exiuit foras, *Chriſtus* & fleuit amare. Quærunt plerique hic ſi Chriſtus in medio erat pontificum,& ſeniorum, *quomodo* ſurſum corã Caipha,& Petrus deorſum in atrio calefaciens ſe ad prunas quia frigus, erat *Petrum reſpexit.* quomodo conuerſus Ieſus reſpexit Petrum,qui corporeis oculis eum de facto videre nequibat? placetque reſponſio, Ieſum ſcilicet Petrum reſpexiſſe, interiori cordis intuitu, non autem exteriori oculorum viſu; quo Petrus corde compunctus,exiuit foras, & fleuit amare. Mane autem facto concilium inierunt omnes principes ſacerdotum,& ſeniores populi aduerſus Ieſum, vt eum morti traderent, & vinctum tradiderunt Pontio Pilato præſidi; & ipſi non introierunt prætorium,vt non contaminarentur,ſed vt manducarent paſcha. Tunc cũ vidiſſet Iudas qui tradidit eũ,quòd dãnatus eſſet pænitentia ductus,retulit triginta argenteos principibus ſacerdotum,& ſenioribus,dicens;peccaui tradens ſanguinem iuſtum. Tribus conditionibus pænitentiæ veritas oſtenditur: cordis ſcilicet con- *Iudæ proditoris pænitentia.* tritione, oris confeſſione, & operum ſatiſfactione, quibus & Iudæ proditoris aptiſſime pænitentia abſoluta fuit, nam de contritione textus ait: pænitentia ductus; de confeſſione addit, peccaui tradens ſanguinem iuſtum: & de ſatiſfactione inquit, quòd retulit triginta argenteos,cur ergo poſt veram pænitentiam non aduenit remiſſio? Reſponſionem Rupertus aſſignat, dupliciter ſcilicet Deum peccatores aſpicere, aut miſericordiæ *Rupertus.* oculo, & ſic reſpexit Petrum,aut iuſtitiæ intuitu, & ſic reſpexit Iudam, duplexque hæc viſionis diſtinctio, ex duplici pænitentiæ modo reſultat; pænitentia etenim aut timore ignis æterni fit, & gloriæ deſiderio, taliſque fuit pænitentia Petri; aut præſentis ſæculi amore,cum triſtatur quis non proſpere præſentis vitæ negotia exequi, taliſque fuit pænitentia Iudæ. Putabat enim Iudas penitus Ieſum è terra euellere, vt pſaltes prædixerat. Homo pacis meæ in quo ſperaui, qui edebat panes meos magnificauit ſuper me ſup

Digitized by Google

plantationem. Pſal.40. Videns autem quod licet Ieſus captus eſſet, & morti damnatum; eius tamen remanebant Apoſtoli, per quos nomen Chriſti per vniuerſum erat diffamandum; triſtis nimis ſe non proſpere ægiſſe, & pecuniá ſpreuit, & abiens laqueo ſe ſuſpendit; idcirco ei nulla fuit ſubſequuta remiſſio. Aliud quoque notandum euenit; ſi ſacerdotes apud Pilatum inſtantes erant, vt Ieſus morti damnaretur, quomodo dicitur Iudam ad Sacerdotes in templo Domini acceſſiſſe? hoc etenim litera indicat; & proiectis argenteis in templo, abijt, & laqueo ſe ſuſpendit. Verum nihil dubitationis remanet, ſi alios in templo Domini ad ſacrificia offerenda credimus fuiſſe, quorum ſacerdotes primiores apud Iudicem inſtantes aderant; vnde non ad eos qui apud Iudicem erant Iudas acceſſit, ſed ad eos qui ad immolandum Domino in templo perrexerant. Qui dixerunt, non licet eos mittere in corbanam quia prætium ſanguinis eſt; & emerunt agrum figuli, in ſepulturam peregrinorum. Vt illud Zachariæ cap. 11. impleretur. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos, prætium appretiati quem appretiauerunt à filijs Iſrael, & dederunt eos in agrum figuli, ſicut conſtituit mihi Dominus. Noluit autem Pilatus Ieſum ſine accuſatione condennare, dixitque eis. Quam accuſationem affertis aduerſus hominem hunc? & dixerunt: Hunc audiuimus ſubuertentem gentem noſtram, & prohibentem tributa dari Ceſari. Vt per huiuſcemodi accuſationem, eum ſeductorem, ac à Romanorum Imperio rebellem oſtenderent, dignumque morti adiudicandum. Vt autem cognouit Pilatus, quia de Herodis poteſtate eſſet remiſit eum ad Herodem: Herodes autem viſo Ieſù gauiſus eſt valde, putans aliquod ſignum videre; ſed ſpreuit eum Herodes cum exercitu ſuo, & illuſit indutum veſte alba: & amici facti ſunt Herodes, & Pilatus in ipſa die, nam antea inimici erant ad inuicem. Ecce qui Deum cum hominibus pacare venerat, inimicos duos pacauit in figuram. Ambroſius vero vnionem Eccleſiæ gentium, cum Synagoga hebreorum, in Herodem, & Pilatum intelligit. Herodes vero iterum remiſit Ieſum ad Pilatum; cumq; Pilatus vnum ex vinctis iuxta conſuetudinem in Paſcha dimittere vellet, vt hac occaſione Chriſtum à morte liberaret: principes turbis ſuaſerunt, vt Barrhabam peterent, Ieſum vero perderent, dicentes: tolle hunc, & dimitte nobis Barrhabam. Pilatus autem putans quòd ſi Ieſum flagellis cederet, Iudæorum populus ei mortem non peteret, dixit; nullá cauſam mortis inuenio in homine iſto, emendatum ergo illum dimittam, & tunc apprehendit Pilatus Ieſum, & flagellauit. Hoc autem erat, quod Deus protphetarum oraculis prædixerat. Propter ſcelus populi mei percuſſi eum, & Dauid cæcinit. Fui flagellatus tota die, & caſtigatio mea in matutinis. Pſalm.72. Iam milites Ieſum flagris percutientes laſſabantur, ideo ad vlteriora improperia procedunt, & induunt eum purpura, plectenteſque coronam ſpineam impoſuerunt capiti eius, & dederunt arundinem in manu eius dextera, & percutiebãt caput eius arundine, & genuflexo ante eum illudebant ei dicentes: aue Rex Iudæorũ. Hæc omnia profecto vt Ieſus ſub regis figurá illuderetur facta ſunt. Quem ſic deſpectũ populo Pilatus oſtendere voluit, vt ſic fortaſſe Iudæorum furor quieſceret; dixitque, ecce homo, at illi clamabant, tolle, tolle crucifige eum. Nunc Pilati manifeſte panditur error; nullam mortis cauſam in eo inuenire teſtatur; per inuidiam noſcit Ieſum ad mortem quæri; vxor ei per nuntium indicat; nihil tibi, & iuſto illi, multa enim paſſa ſum hodie per viſum propter eum; & ipſe quoque iudicare renuit, inquiens: Accipite eum vos, & ſecundum legem veſtram iudicate eum: & tandem ad vocem clamantium, ſi hunc dimittis, non es amicus Ceſaris, terrefactus, accepta aqua lauit manus, dicens: Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius, vos videritis; & Ieſum vinctum tradidit voluntati eorum, vt crucifigerent eum.

Zach. c. 11. *Ambroſius.* *Iſa. 53.* *Pſalm. 72.*

Quæ vſque ad Domini Ieſù expirationem doloroſiſſime acta ſunt, iuxta literæ textum enarrantur.

Suſce-

SVſceperunt autem milites Ieſum, & poſtquam illuſerunt ei, exuerunt illum pur-
pura, & induerunt eum veſtimentis ſuis, & eduxerunt eum vt crucifigerent; &
baiulans ſibi Ieſus crucem, exiuit in eum qui dicitur Caluariæ locum, hebraice
autem golgotha. En caper ille emiſſarius feris in deſerto expoſitus, vt deuore-
tur. Leuit. 16. Hic Naboth ille eſt, qui extra vineam occiſus eſt in figuram. *Leuit. 16.*
3. Reg. 21. Et patris familias filius, quem agricolæ apprehendentes extra vineã occide- *3. Reg. 21.*
runt, vt eius potirentur hereditate. Matth. 21. Sic impius Cain in agro Abel fratrem oc- *Matth. 21.*
cidit. Gen. 4. Quo bene Ieſu crucem baiulans progrederis? verum hanc puto virgam eſ- *Gen. 4.*
ſe quam ardenter peroptauit Dauid cum diceret. Virgam virtutis tuæ emittet Dominus
ex Sion dominare in medio inimicorum tuorum. Pſalm. 109. & virga quam in manibus *Pſal. 109.*
Moyſes tenens miracula figuratiue operabatur inſignia. Exo. 4. Crucem ſibi Chriſtus ba- *Exo. 4.*
iulans, humanas animas velut aquila pullos ſuis portabat humeris; ſuoſq; fideles ad crucis
ludibria fereda cõfortabat. Hæc crux clauis illa Dauid eſt quæ claudit, & nemo aperit, *Iſa. 22.*
aperit, & nemo claudit, de qua ſcriptũ eſt. Dabo clauem Dauid ſuper humerũ eius. Sic
Dei filius hominũ peccata portauit, de quibus & Dauid ꝓdixerat; Supra dorſum meũ fa-
bricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatẽ ſuam. Pſal. 128. Sic te, Domine Ieſu, *Pſal. 128.*
ſoror, & ſponſa tua extra Ciuitatem Hieruſalem pro ſua ſalute videre cupiebat, dicens.
Quis det te fratrem meum ſugentem vbera matris meæ, vt inueniam te ſolum foris, &
deoſculer te, & iam nemo me deſpiciat. Cant. 8. Sic & animalium pelles quæ Domino *Cant. 8.*
immolabantur, extra caſtra comburenda iubentur. Leuit. 16. Extra ciuitatem Ieſus mo- *Leuit. 16.*
ribundus eggreditur, vt inde Iudæorum euerſio deſignetur. Et cum exeuntes ducerent
eum apprehenderunt quempiam hominem Cyrenenſem, nomine Simonem, patrẽ Ale-
xandri, & Rufi, venientem de villa; hunc angariauerunt vt tolleret crucem eius, & impo-
ſuerunt illi crucem portare poſt Ieſum. Ecce nunc Benoni filius doloris dictus, qui popu-
lum gentium figurat, Beniamin factum, ideſt, filium dexteræ, cui per crucem meritũ paſ-
ſionis Dominicæ poſſidendum datur. Nunc benedictio illa Patriarchæ Iacob noſcitur, *Gen. 49.*
qua filijs Ioſeph cancellatis manibus benedixit, ita vt maior minori famularetur. Gen.
49. Sequebatur autem eum multa turba populi, & mulierum, quæ plangebant, & lamen
tabantur eum: quibus Ieſus ventura prænuntians dixit. Filiæ Hieruſalem nolite flere ſu-
per me, ſed ſuper vos ipſas flete, & ſuper filios veſtros, quoniam ecce venient dies, in qui
bus dicent; beatæ ſteriles, & ventres qui non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt. *Theophilus.*
Bene inquit nolite flere ſuper me, vt Theophilactus ait, qui ad mortem accedens potius
laudandus quam flendus ſum, nam pro hominũ ſalute morior: ſuper filios autem veſtros *Zacharias.*
flete, vt Zacharias Chriſtopolitanus interpetratur, quia ego morior, & cito reſurgam, ſed
filij veſtri gladio morientur, peſte, fameque. Et poſtquam venerunt in Golgotha, quod
eſt interpetratum Caluariæ locus, dederunt ei myrrhatum vinum bibere, cum felle mi-
ſtum, & cum guſtaſſet noluit bibere: vt impleretur quod ſcriptum eſt. Dederunt in eſcã
meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. Pſal. 68. vt autem peruerunt ad locum *Pſalm. 68.*
vbi crucifigendus erat Ieſus, exuerunt eum veſtimentis proprijs: vt vituli ſacrificandi fi-
gura impleretur: offerent eum filij Aaron detracta pelle. Leuit. 1. Sic & pater Noe à fi- *Leuit. 1.*
lio Cham nudis genitalibus illuſus eſt. Gen. 9. Et Ioſeph adulterium immundiſſimæ domi *Gen. 9.*
næ ſuæ aufugiens, pallium in manibus eius dimiſit. Gen 39. Erat autem hora tertia, & *Gen. 39.*
crucifixerunt eum. Nunc illud tibi ò Virgo mater impletur; Et tuam ipſius animam per
tranſibit gladius. Luc. 2. & ſacrifitij lex figurato reſpõdet. Eleuabit ſacerdos faſciculum *Luc. 2.*
ſpicarum coram domino, vt acceptabile fiat ſacrifitium. Leuit. 23. Hoc ſignum illud eſt *Leuit. 23.*
in figura, de quo Dominus Noe dixit. Arcum meum ponam in nubibus cæli, & erit ſi-
gnum fæderis inter me, & inter terram, vt non perdam amplius aquis diluuij omnẽ car-
nem. Gen. 9. Hæc ſcala illa eſt in cuius ſummitate innixus erat Dominus, quam Iacob *Gen. 9.*
vidit in ſpiritu. Gen 28. Et hic ſerpens ille eſt, quem Moyſes exaltauit in deſerto, ad cu- *Gen. 28.*
ius aſpectum filij Iſrael curabantur: de quo Dominus dixit: Sicut Moyſes exaltauit ſer-

pentem

Digitized by Google

Ioan.3. pentem in deſerto; ita oportet exaltari filium hominis. Ion 3. Et ſignum quoque in nationibus eleuandum, vt Iſaias prædixerat. Tunc crucifixi ſunt cum eo duo latrones, vnus *Iſa. 53.* à dextris, & alius à ſiniſtris: vt impleretur quod ſcriptum eſt; & cum ſceleratis reputatus eſt. Nam & inter ſceleratos Iudas Machabeus, qui Chriſti figura fuit collocatus eſt. Et ſummus ſacerdos Aaron in figura, inter mortuos, & viuentes ſacrifitiū obtulit. Num. *Num. †.* †. vt inde Chriſtus ſignetur qui inter latrones, quorum vnus ad vitam eligendus, & alter ad mortem deſtinandus erat, ſuiipſius ſacrifitium Deo erat oblaturus. Iam Chriſtus in cruce eleuatus erat, ſtatimque cæpit Patrem pro inimicis orare dicens. Pater ignoſce *Beda.* illis, quia neſciunt quid faciunt. Cuius orationem inquit Beda, pro illis tantum qui ignoranter eum pro zelo legis crucifixerant, ſe Deo quid gratum facere putantes exauditam eſſe, non autem pro eis, qui ex Prophetarum ſcripturis, & ex miraculorum operatione, ipſum iam eſſe Meſſiam nouerant, atque inuidiæ liuore perfuſi eum crucifixerunt. Vt autem glorioſa Chriſti paſſio omnibus nota fieret, titulum Pilatus ſuper caput Ieſu, hac inſcriptione locauit. Hic eſt Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum, eumque ſcripſerat hebraice, grece, & latine. Vſus his qui triumphum habebant, antiquitus extitit, vt buccina præcedens triumphi, triumphantiſque conditionem annuntiaret: iam Chriſtus in cruce triumphabat, cui ecce buccina triumphi, triumphantiſque rationem explicabat. Hic eſt Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum. Pro cuius inſcriptione licet à Iudæis Pilatus increparetur, tamen quia ſic Ieſù debebatur diuini ſui luminis atteſtatio, ait: quod ſcripſi, ſcrip-
Beda. ſi. Milites vero Domini veſtes ſibi partiuntur, non, vt Beda refert, quia prætioſæ erant;
Veſtimentorum Chriſti diuiſio. ſed quia miraculoſæ, nam & illarum veſtium tactu emorrhoiſſa mulier ſanata eſt. Vt ſic illud impleretur quod Cant 6. dicitur. Inuenerunt me vigiles, percuſſerunt me, vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum. Verum quatuor Domini veſtes fuiſſe Beda refert,
Cant.6. quarum tres ſciſſæ fuere, inconſutilis autē vna integra permanſit, ſuper quam ſortes miſſæ ſunt; vt ſic oraculum impleretur propheticum. Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi, &
Pſalm.21. ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Pſal.21. Turba autem & principes cum eis illudebant ei dicentes. Vah qui deſtruis templum Dei, & in tribus diebus reædificas illud, ſalua temetipſum, ſi filius Dei es, deſcende de cruce, & alia multa blaſphemantes dicebant. Similiter & latro, vnus ex his qui cum eo crucifixi erant, dicebat; Si tu es Chriſtus ſalua temetipſum, & nos; quem ſocius alter obiurgare cæpit. Neque tu times Deum, qui in eadem dannatione es: & nos quidem iuſte digna factis recipimus hic vero nil mali geſſit; & ad Chriſtum conuerſus dixit. Domine memento mei cum veneris in regnū tuum.
Gregorius. In huiuſcemodi latronis verbis Gregorius 1. mor. cap. 25. tria notat fidem ſcilicet, qua in Chriſtum, & regnum eius credidit; ſpem qua ſui memoriam in regno Domini optabat, & charitatem, qua oſtinatum latronem ad veritatis viam conuertere cupiebat: & hæc profecto tria ad regnum Dei conſequendum requiruntur. Pro quibus ei Ieſus dixit. Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo. Euangelicus quoque textus refert. Stabat autem iuxta crucem Ieſù, mater eius, & ſoror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalene; videnſque Ieſus matrem, qua ardebat intus charitate; ne derelictam dimitteret, eam Ioanni commendare voluit, dicens: Mulier ecce filius tuus: deinde dicit diſcipulo; fili ecce mater tua; & ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſuam. O veræ charitatis exemplar, qui in cruce ſolatio indiget, ſuiipſius oblitus, ad matris ſolamen ſe transfert: vt ſic filij diſcant honorare parentes. Ab hora autem ſexta vſque ad horam nonam tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram, & Sol obſcuratus eſt. Tunc Ieſus exclamans dixit. Eloi Eloi lammaſabactani, hoc eſt, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?
Origenes. ſuper quæ verba Origenes ait, tunc vere Ieſum à Patre derelictum, reſpectiue tamen ad illum ſplendorem quem ſemper apud patrem habuit: de quō Dauid ait, quòd erat ſicut Sol in conſpectu Dei, & ſicut Luna perfecta in æternum, & teſtis in cælo fidelis: at cum eundem in cruce dereliquit; ait; Tu vero repuliſti, & diſtuliſti Chriſtum tuum, auertiſti
Tertul. teſtamentum ſerui tui, prophanaſti in terra ſanctuariū eius. Tertullianus autem aduer-

ſus

Digitized by Google

ſus Praxeam; verba hæc animæ Chriſti ad deitatem eius refert, quæ non fuit à deitate derelicta per ſeparationem, ſed in profundo tormentorum dimiſſa. Idemque obſeruat Epiphanius, Gregorius Naz. lib. 4. Theo. Theophilactus, & Io. Damaſcenus lib. 3. de fide orthodoxa. Tandem vt ſcripturæ complerentur dixit. Sitio. Vas ergo poſitum erat aceto plenum, illi autem ſpongiam aceto plenam, hyſopo circumponentes obtulerunt ori eius. Ecce Ruth quam paſcit in agro Booz pane, aceti liquore perfuſo. At quia iam omnia conſumata erant, dixit Ieſus, conſummatum eſt, ſcilicet, expletum eſt quod de me ſcripturæ prædixerant: conſummatum eſt Adæ exilium: & iam abſoluta eſt paſſionis meæ perſequutio; & clamans voce magna dicens: Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum: circa horam nonam inclinato capite, emiſit ſpiritum.

Epiphan. Greg. Naz. Theophil. Damaſc. Ruth. c. 2.

Quòd miracula illa quæ poſt Dominicam Paſſionem apparuere, & iuxta literæ ſenſum, & iuxta ſpiritum, mirabiliter explicanda eueniunt.

ET ecce velum templi ſciſſum eſt medium in duas partes, à ſummo vſque deorſum. Velum templi ſciſſum Origenes in Matth. 35. quod operiebat tabernaculum ait, non arcam fœderis Domini nam ſacræ Scripturæ celata myſteria Chriſtus patefecit; Dei autem gloria adhuc non apparet, ſed eam fide credimus. Protectio quoque diuina velum dicitur, de qua pſaltes. Inhabitabo in tabernaculo tuo, protegar in velamento alarum tuarum. Pſal 60. hæc vtique ſciſſa fuit, nam hebræorum populus diuina protectione fulcitus, in opprobrium datus eſt ſempiternum. Templum Chriſtus eſt, cuius velum, ideſt, caro in ligno crucis ſciſſa eſt. Et terra mota eſt, bene poſt mortem Chriſti terra mouetur, ne fortaſſe ſi eo viuente adhuc in cruce moueretur, ſanctum eius corpus quateretur, doloribuſque acrioribus affligeretur. Mouetur quoque terra animæ Chriſti impetu reluctante aduerſus malignos ſpiritus, qui patrum ſanctorum animas in inferis detinebant, Mota eſt terra, quia meliorem eſt adepta conditionem; quæ etenim antea homines receperat, Deum ſuis clauſit viſceribus, quocirca lætabunda contremuit. Terra quoque & Mariam Virginem deſignat, quæ filij ſui morte perterrita tremuit. Et petræ ſciſſæ ſunt, ideſt Iudæorum duritia confracta eſt, & Idolorum poteſtas deſtructa eſt. & ſerpentis antiqui vltio completa eſt, quam Adæ Deus per venturum Meſſia promiſerat. Et monumenta aperta ſunt, quia Corporis Chriſti receptione tellus dignificari cupiebat. Monumentum iniquitatis Centurio ille dicitur, qui vniuerſæ paſſionis Domini miniſter erat, quod quidem apertum eſt, cum dixit. Vere filius Dei erat iſte. Monumenta cæcitatis erant populorũ turbæ clamantes, tolle, tolle crucifige eum: quæ aperta ſunt ad Dei timorem, atteſtante Luca; Et omnis turba eorum, qui ſimul aderant ad ſpectaculum iſtud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora ſua reuertebantur. Et multa corpora ſanctorum quæ dormierant ſurrexerunt: & exeuntes de monumentis poſt reſurrectionem eius, venerunt in ſanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Putant aliqui, ſanctorum corpora ſurrexiſſe, & iterum ad mortem rediſſe, quod negat Remigius, nil enim illis reſurrectio prodeſſet; & Hieronymus quoque poſt Chriſti Reſurrectionem ſurrexiſſe, iuxta literæ textũ aſſerit, vt primogenitus mortuorum Ieſus oſtenderetur, & cum eo in cælum aſcendiſſe: Quod ex Euangelico textu dignoſcitur; nam corporis glorioſi proprietas eſt, vt cui vult apparere appareat & cui non vult, non appareat: apparuerunt quidem multis ſancti poſt Reſurrectionem, non omnibus, igitur illorũ corpora glorioſa erant: & ſic immortalia, vnde nec dicere æquum eſt iterum ad mortem corruiſſe; melius enim non reſurrexiſſe fuiſſet, Iudæi ergo quoniam paraſceue erat, vt non remanerent in cruce corpora Sabbato, rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus eſt cum eo; ad Ieſum autem cum veniſſent, non fregerunt eius crura; ſed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit ſanguis,

Origenes. Velũ templi quid ſignificat. Pſalm. 60. Luc. 23. Remigius. Hieronym. Corpora Sãctorũ quæ ſurrexerũt an iterum mortua ſint.

Digitized by Google

guis,& aqua. Petram percutit Moyſes in figuram,& abierunt in ſicco flumina,& torrentes inundauerunt. Hæc ratio eſt,qua lancea crudelis appellatur,quia in corpus mortuum
Exo. 12. deſeuit. Scriptura autem impleta eſt: os non comminuetis es eo. Poſt hæc autem cum iam ſero eſſet factum,quia erat paraſceue,quod eſt ante Sabbatum, venit quidam homo ab Arimathea ciuitate Iudæ, nomine Ioſeph,nobilis decurio, vir bonus,& iuſtus: qui & ipſe erat expectans regnum Dei,& audacter introiuit ad Pilatum, & petijt corpus Ieſu. Pilatus autem mirabatur ſi iam obijſſet,& accerſito Centurione interrogauit eum ſi iam mortuus eſſet. Et cum cognouiſſet à Centurione donauit corpus Ioſeph, Ioſeph autem mercatus ſindonem, & deponens eum inuoluit ſindone, & poſuit eum in monumento, quod erat exciſum de petra, & aduoluit lapidem ad oſtium monumenti.

DOMINICA RESVRRECTIONIS DOMINI.

TEXTVS.

Et cum tranſiſſet Sabbatum Maria Magdalene,& Maria Iacobi,& Salome, emerunt aromata,vt venientes vngerent Ieſum. Et valde mane vna Sabbatorum veniunt ad monumentum orto iam Sole. Et dicebant ad inuicem. Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti? Et reſpicientes viderunt reuolutum lapidem: erat quippe magnus valde: Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenem ſedentem in dextris, coopertum ſtola candida, & obſtupuerunt: Qui dicit illis: nolite expaueſcere: Ieſum quæritis, Nazarenum crucifixum,ſurrexit, non eſt hic, ecce locus vbi poſuerunt eum. Marc. c.16.

Quòd mirabili myſterio ſacra Domini noſtri Ieſu Chriſti Reſurrectio, in iuditio Salomonis, duas mulieres meretrices, pro mortuo filio iudicantis, nec non & alibi in ſacris Scripturis præfiguratur.

3. lib.Reg. cap. 3. MIrabile nunc illud Salomonis iuditium explicandum offertur,quo pro mortuo filio meretrices duas contendentes diiudicauit, quod 3.lib.Reg.cap.3. ſcriptura commemorat,ſic dicens: Venerunt duæ mulieres meretrices ad Regem,ſteteruntque coram eo,quarum vna ait. Obſecro mi Domine,ego & mulier hæc habitabamus in domo vna,& peperi apud eam in cubiculo. Tertia autem die poſtquam ego peperi,peperit & hæc,& eramus ſimul, nulluſque alius nobiſcum in domo, exceptis nobis duabus. Mortuus eſt autem filius mulieris huius nocte,dormiens quippe oppreſſit eum. Et conſurgens intempeſtæ noctis ſilentio, tulit filium meum de latere meo ancillæ tuæ dormientis,& collocauit in ſinu ſuo; ſuum autem filium qui erat mortuus poſuit in ſinu meo. Cumque ſurrexiſſem mane,vt darem lac filio meo,apparuit mortuus,quem diligentius intuens clara luce,deprehendi nõ eſſe meũ quem genueram. Reſponditq; altera mulier; non eſt ita vt dicis,ſed filius tuus mortuus eſt,meus autem viuit. Econtrario illa dicebat,mentiris, filius quippe meus viuit,& filius tuus mortuus eſt. Atque in hunc modum contendebant coram Rege. Tunc Rex ait. Hæc dicit,filius meus viuit,& filius tuus mortuus eſt; & iſta reſpondit non, ſed filius tuus mortuus eſt; meus autem viuit. Dixit ergo Rex. Afferte mihi gladium. Cumque attuliſſent gladium coram Rege: Diuidite (inquit) infantem viuum in duas partes,& date dimidiam partem,vni,& dimidiam partem alteri. Dixit autem mulier,cuius filius erat viuus ad Regem (commota ſunt quippe viſcera eius ſuper filio ſuo:) Obſecro Domine, date illi infantem viuũ, & nolite interficere eum. Econtrario illa dicebat. Nec mihi, nec tibi

Salomonis iuditium.

ſed

ſed diuidatur. Reſpondit Rex, & ait. Date huic infantem viuum, & non occidatur, hæc eſt enim mater eius. Maximum fuit tunc quidem Salomonis ſapientiæ oſtenſum miraculum, qui ſine teſtibus, veritatem inueſtigauit facillime, ſed multo maius diuinæ ſapientiæ mare extitit, ſub vilis hiſtoriæ cortice, Reſurrectionis filij Dei myſterium cócludens. Ecce iam in domo vna duæ erant ſimul meretrices cohabitantes. Quid autem domus iſta ſignificet Ezechielis adſit teſtimonium, ſub figura quidem myſterium explicans. ait enim. Repleta eſt domus nube, & atrium interius repletum eſt ſplendore gloriæ Domini. Ezech. 10. Vbi ſenſibilis mundi figuram deſcribit, qui tunc fuit nube, ſeu obſcuritate repletus, quando in principio creauit Deus cælum, & terram, terra autem erat inanis, & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi. Gen. 1. in interiori autem mundi atrio, ideſt in ea parte, quæ ſupra cælum eſt, vbi nullus eſt locus, ſplendor gloriæ Dei omnia ſua infinitate replet: quocirca domus vna mundus dicitur, cuius pars infima mutua rerum generatione, corruptioneque nigreſcit; & pars ſuperior diuina promicat claritate mirifica.

Ezech. 10.
Mũdus domus dicitur.
Gen. 1.

Verumenimuero mulieres duæ meretrices à primo creationis orbis initio, huius mundi domum inhabitare cœperunt, cælum ſcilicet, & terra, ſicut enim habitatores domum replent, quæ ſine habitatoribus vacua eſſet, ita cælum, & terra mundum implent, qui ſine eis nihil profecto eſſet, nam ſine ipſis factum eſt nihil. Quod autem meretricum nomine dotantur, ſacrarum Scripturarum teſtimonia indicant: meretrix enim illa dicitur quæ ſui corporis cum alienis proſtitutionem facit. Iam proſtitutio in cælo horribilis facta eſt, cum ſuam nolens lucifer inordinati amoris libidinem coercere, cæli ſpecie deceptus, cum cælo à Deo adulterans, ſtuduit conſummare libidinem, in corde ſuo inquiens. In cælum conſcẽdam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meũ, ſedebo in montem teſtamenti, in lateribus Aquilonis, aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſimo Iſa. 14. Ecce in cælo Lucifer peccat, ibi in ſui perniciem, ſuã ſceleſtiſſime reuelat turpitudinem, vnde & ipſe adulterantis, & cælũ meretricis nomen ſortitur.

Meretrices duæ in mũdo quæ ſint.
Iſa. 14.

Altera vero meretrix terra fuit, cum qua adulteratus eſt Adam: cum etenim præceptum habuiſſet, vt Deum ſuper omnia diligeret, cumque Deus vt eius dilectionem probaret, ad exhibitionis opus deſcendiſſet inquiens. De omni ligno paradiſi comede, de ligno autem ſcientiæ boni, & mali ne comedas. Gen. 2. Adam vehementius vltra ius naturæ terrenam vxorem diligens, vſque ad Dei contemptum aſcendit; nam cum naturæ præcordijs plus creatorem diligi debere ſit inſitum, quam creatura diligenda queuis, & naturæ, & diuinæ legis ille mandata confringens, à Deo terreni amoris dulcedine captus, receſſit, quocirca, & ipſe adulter, & terra meretrix, quæ talia in ſemetipſa ſubſtinuit, dicta eſt. Duas ergo meretrices noſcimus, cælum, ſcilicet, & terram, ſimul in domo vna huius mundi cohabitantes; nam in principio creauit Deus cælũ, & terram. Gen. 1. Quæ ambo prægnantes ſimul ab initio fuerunt. Tunc ſiquidem cælum prægans extitit, cum hominum naturam Deus ſuper omnem Angelorum multitudinem exaltare cupiens, vnigenitum filium ſuum, ad humani generis carnem aſſumendam prædeſtinauit. Ignota quidem huiuſmodi cæli prægnities hominibus extitit, quo vſque primis humanæ naturæ parentibus diceretur. Erunt duo in carne vna. Gen. 2. quæ verba Apoſtolus de vnione filij Dei ad homines explicat. Hæc igitur ratio erat, qua antiqui patres Meſſiam poſtulantes, Deum vt cæli vuluam aperiret rogabant, dicentes. Vtinam dirumperes cælos, & deſcenderes. Iſa. 64. & cap 45. Rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum. Ac ſi dicerent, cælum prægnas eſt, quando fiet, hoc Altiſſime Deus, vt aperiatur vulua eius, quem nobis expectamus Meſſiam pariens? Terra quoque prægnans extitit, cuius prægnities tunc nota fuit quando vt hominum Deus mederetur langoribus, callido ſerpenti maledicens dixit. Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius, ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius. Gen. 3. Verumenimuero tunc telluris prægnities groſſior apparuit, cum dixit Deus Abrahæ. In ſemine tuo benedicentur omnes tribus terræ. Gen. 22. & Moyſi promiſit, Prophetam ſuſcitabo de medio fratrum tuorum ſimilem tui. Et Da-

Gen. 2.
Gen. 1.
Cælum prægnas Meſſiã peperit.
Gen. 2.
Iſa. 64.
Terra prægnans peperit Chriſtũ.
Gen 3.
Gen. 22.

1 *Paralip.* 17. uid quoque: De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. Et ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium. 1. Paralip. 17. Et hæc ratio fuit, qua & antiqui patres Deum exorantes, Meſſiam quoque è terra cito debere naſci petebant, dicentes. Aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Iſa. 45. Iam & meretrices vſque modo nouimus, quas etiam prægnantes adinuenimus. At quando meretrix prima, ideſt, cælum peperit inueſtigare licet; quod quidem Paulus explicat, dicens. At vbi venit plenitudo temporis miſit Deus filium ſuum, factum ex muliere factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Galat. 4. exactiuſque Ioannes oſtendit, cum in vtero Virginis. Verbum caro factum eſſe teſtatur. Tunc igitur cælum peperit, cum Verbum in vtero Virginis carnem aſſumpſit. Tertia autem die, poſtquam cælum peperit, & terræ partus quoq; tempus aduenit, terno ſcilicet menſium ternario, quo expleto filius Dei è Virgine natus eſt homo. Tempuſque Natiuitatis Ieſu, dies tertia dici poteſt, nam die prima legis naturæ tranſmiſſa, & ſecunda legis Moſaicæ, incipiente iam tertia legis gratiæ, Meſſias apparuit in orbe. Cumq; vt infantulus quieſcere indigeret, ecce quod meretrix terra in nocte peccati dormiens oppreſſit eum, Illa inquam meretrix terra, de qua Dominus per Hieremiam ait, cap. 2. In omni colle ſublimi, & ſub omni ligno frondoſo tu proſternebaris. In ea quippe nocte oppreſit illum, quando ab hora ſexta vſque ad horam nonam tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram. Matth. 27. occiditque in cruce Meſſiam, quem mortuum poſuit in latere cæli, ideſt, in nubibus aeris, quod & cælum dicitur, iuxta illud, Pſal. 8. Volucres cæli, & piſces maris, &c. Cum autem tenebræ ceſſiſſent, vidit cælum in ſinu ſuo infantem mortuum, corpus, ſcilicet Chriſti in cruce pendens. Diligentiuſque intuens clara luce deprehendit filium non eſſe ſuum, nam è cælis immortale Verbum deſcendit in mundum, corpus autem in cruce præ mortuum erat terræ filius. At meretrix terra, immortalem Chriſti animam in ſinu ſuo poſuerat, quia iam anima Chriſti ad inferos deſcenderat, vt eos qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedebant, à vinculis eriperet. Quinimmo & tellus, adhuc & præ mortuum corpus Ieſu ſibi ipſi in ſepultura ſuſceperat: quapropter Cælum ad Deum Regem omnium clamauit, Meſſiam viuum in ſe habere deſiderans, dicebatque, Domine mi Rex, quid mea refert, ſi meretrix tellus ſuum occidit infantem, tantum mihi præcor Ieſum viuum reſtitue. Et tellus contra clamauit; Non eſt ita vt dicis, quia filius meus Ieſus mihi debetur. Satiſque putabat coram Deo tellus habere rationem, ſibique dictum Dei aſciſcebat, quo ad Moyſen loquens dixit. Locus in quo ſtas terra ſancta eſt. Exo. 3. Cumque ſe ſanctificatam, tellus audiuiſſet, dixit, Locus ſanctus ſancto filio Dei debetur, ſi ergo ſancta ſum, vt tu Deus inquis, alibi non debet Ieſus permanere niſi mecum. Imo ſi iuſtitia vnicuique quod ſuum eſt dat, potius mihi Ieſus debetur quàm cælo; nam quantum ad corpus, ex me profecto natum eſt: ſi vero de deitate ſit mentio quæ animam, corpuſque ſimul Chriſti ſibi ſociauit, vtique illam cælo reddere non teneor quandoquidem fuit illa rori aſſimilata, vt habetur Deut 32. fluat vt ros eloquium meum, quaſi imber ſuper herbam, & quaſi ſtillæ ſuper gramina: & hoc ex lege naturæ eſt, vt quod è cælis ad terram deſcendit, cum hauſtum à terra fuerit, iterum cælo reddi non tenetur: & quia veluti ros, aut imber ad me verbum Dei acceſſit, quomodo illud amplius cælo reſtituere potero? manebit igitur in me filius meus, quia viuus eſt. Cælum e contra dicebat Ieſus mihi viuus debetur, quia Dominus in cælo parauit ſedem ſuam, & antequam carnem aſſumeret dixit. Cælum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum. Iſa. 66. detur igitur mihi filius meus, & viuat in æternum. Hic vnum profecto prænotandum aduenit, quòd licet dixerit Salomon; Afferte mihi gladium, & diuidite infantem viuum in duas partes, non tamen fuit facta diuiſio; ita quidem licet pro ſalute mundi, præordinatione diuina, pro occidendo Chriſto fuerit gladius paſſionis adductus, non tamen inter humanitatem, & deitatem fuit facta diuiſio; quod etenim ſemel Verbum Dei aſſumſipt, nunquam dimiſit. Imo ſicut Salomon propriæ matri infantem viuum reſtitui iuſſit, dicens; date huic infantem viuũ, hæc enim eſt

Margin notes: *Iſa. 45.* — *Galat. 4.* — *Iudea meretrix Ieſũ occidit.* — *Matth. 27.* — *Pſalm. 8.* — *Exo. 3.* — *Deut. 32.* — *Iſa. 66.*

Digitized by Google

eſt mater eius: ita & Pater Deus cælo reddi Ieſum viuum imperauit; licet enim verus fuerit Ieſus homo, quia homini proprius locus terra non eſt, vbi tantum peregrinatur, ſed cælum; ita Chriſti locus terra non erat, ſed dexteræ Dei in cælo ſedes altiſſima: quocirca dixit detur cælo viuus Ieſus, hic enim locus eius eſt, huiuſcemodi autem ſententiæ promulgatio, ſub alijs verbis pſaltes pronuntiat, dicens. Exurge gloria mea, exurge pſalterium & cythara, ideſt, exurge à mortuis ô fili mi, qui ſplendor gloriæ meæ es, & pſalterium, & cythara omnis iucunditatis meæ. Cui filius reſpondit; exurgam diluculo, adeoque diluculo ſurrexit, die illa vna Sabbatorum, quòd Maria Magdalene, Iacobi, & Salome, quæ abeuntes emerant aromata, vt venientes vngerent Ieſum; cum valde mane ad monumentum veniſſent, orto iam Sole, lapidem monumenti reuolutum viderunt, & in monumentum introeuntes, non inuenerunt corpus eius, quia iam diluculo, ideſt, adhuc vix aduentante diei luce ſurrexerat. *Reſurrexit Ieſus diluculo.* Ecce igitur quomodo aliud hiſtoriæ meretricum litera ſonat, & aliud myſterioſiſſime figurat, nam & Reſurrectionis Chriſti myſteriũ præſignat. Idipſum & 1. Reg. 19. ſacratiſſimo myſterio deſignatum habemus, vbi ſcriptura refert, quòd dum adhuc iuuenculus Dauid in domo Saul cytharam percutiens, laudes Domini Dei Iſrael decantabat attente: *1. Reg. 19.* Saul indignatione furens, lanceæ ictu illum cum pariete confodere nixus eſt, at declinante Dauid ictum fugit ab eo, & ſaluatus eſt nocte illa: diuertitque in domum Michol filiæ Regis Saul; quòd cum nouiſſet Rex ſatellites miſit, vt domum cuſtodirent; at Michol per feneſtram illum emittens ac ſuper lectulum ſimulachrum illius, & linteamina ponens, è manu regis eripuit, ita vt mane facto introeuntes ſatellites nil in domo Michol inuenirent, niſi ſimulachrum, & linteamina. Ecce iam in Chriſto huiuſcemodi figuræ complementum, *Reſurrectionis Chriſti figura.* nam in ſuæ iuuentutis flore, in Regia Iudæorum vrbe, eo manente, haud tantum Domino confitens, ſed & alios cõfiteri docens; impius Hebreorum populus eum morti trudere conatus eſt; Ieſus autem cui poteſtas, inerat ponendi animam ſuam, ac iterum ſumendi eam, declinauit in ſuæ ſacratiſſimæ ſepulturæ domum; quo audito accedentes Iudæi ad Pilatum dixerunt. Domine recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit adhuc viuens, poſt tres dies reſurgam; iube ergo cuſtodiri ſepulchrum vſque in diem tertium, ne forte veniant diſcipuli eius, & furentur eum, & dicant plebi ſurrexit à mortuis, & erit nouiſſimus error peior priore. Pilatus ergo cum hæc audiſſet, milites miſit, vt ſepulchrum cuſtodiant, quibus iam vigilias cuſtodientibus, Ieſus per diuinæ potentiæ ſuæ feneſtram egrediens, viuens ſurrexit à mortuis, iamque die illa vna Sabbatorum illuceſcente, ingrediuntur milites ſepulchrum, nihilque viderunt, niſi linteamina poſita, & ſanguinis ſimulachrum in linteaminibus, ſic igitur qui moriens, omnia reparauit, reſurgens quoque, omnia ſcripturarum oracula, quæ de ipſo erant abſoluit. Et ſicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, ſic & filius Dei in corde terræ vſque in diem tertium perſeuerare voluit.

Quòd Chriſtus à mortuis reſurgens, Sanctiſſimæ ſuæ Matri Mariæ primo apparuit, & deinde mulieribus, ac poſtremo diſcipulis, idque ſacratiſſimo myſterio factum eſſe, credendum euenit.

TObiam iuniorem legimus Ragen vſq; ciuitatem Medorum peregrinum abijſſe, vnde reuertens primo matri occurrit, ac inde domeſticis; quo figuratum habemus quòd vſq; ad inferni ima Dei filius in cruce moriens peregrinus acceſit, vt inde quæ ſanctorum animæ iniuſte detinebantur educeret; cum autem glorioſus reſurgens ſuos iterum reuiſurus acceſſit, primo Mariæ Virgini Matri dolentiſſimæ occurrit, indeque cæteris familiæ ſuæ domeſticis. *Chriſtus reſurgens primo Matri apparuit.* Hoc nempe ratio expoſtulabat, vt qui feruentioris amoris in eum igne cremabatur, iucundiorem præſentiæ ſuæ lætitiam reciperet. At nec Angelorum amor (proportionaliter loquendo) adeo in Chriſtum efferuebat, licet in eum ſemper proſpicere deſiderent, vt Mariæ Virginis

Digitized by Google

amorem excederent; quæ enim ſupra omnes Angelorum ordines eleuanda erat, ſupra omnes quoque Angelos ardentius Ieſum diligebat; quocirca conueniens fuit, vt prima omnium obtineret Dominicæ Reſurrectionis gaudia, quæ præ cæteris omnibus, amoris igne flagrabat. Bernardus autem ſerm. 1. de reſurrect. debuiſſe Ieſum aſſerit prius Mariæ Virgini glorioſus apparere quàm cæteris, nam illa plus indigebat ſolatio reſurrectionis, quæ doloroſiſſimæ paſſionis præ cæteris cruciatus iam ſenſerat. In cuius figura, ecce Iudicum lib. cap. 14. Samſonem legimus è Philiſtinorum regionibus domum propriam reuertentem, mel in itinere inueniſſe, quod matri detulit: vt inde myſterium ſumamus, quòd Ieſus à mortuis reſurgens, mel gloriæ corporis ſui recipiens, illud prior matri oſtendere voluit. Hinc illo cum matre aliqualem moram faciente, diſcipuli huiuſce myſterij neſcij turbabantur, & mulieres anxiæ illum in ſepulchro videre cupiebant; at quomodo in ſepulchro reperiri poterat, qui viuens à mortuis reſurrexerat? Idcirco dum Maria Magdelene, Maria Iacobi, & Salome, mortui corpus vnguentis vngere ſatagunt dubitantque ſepulturæ oſtium aperire non poſſe, dicentes: quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti? per Angelum de Reſurrectione Domini certæ fiunt. Nam ecce terremotus factus eſt magnus: Angelus enim Domini deſcendit de cælo, & accedens reuoluit lapidem, & ſedebat ſuper eum. Qui & dixit mulieribus; nolite expaueſcere, Ieſum quæritis crucifixum, ſurrexit, non eſt hic. Conueniens quippe fuit in Reſurrectione Chriſti terremotum fieri: Nam ſi eo naſcente vniuerſus commotus eſt orbis, eo quòd Angeli de cælis deſcendentes, hymnos gloriæ concinebant dulciſſimos; paſtores relictis gregibus acceſſerunt ad præſepe, vt Ieſum natum viderent; Magi ab oriente Hieroſolimam venerunt quærentes, vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum: Herodes audiens turbatus eſt, & omnis Hieroſolima cum illo: idola corruerunt Aegypti; Templum Romæ corruit æternum: Atque in eius morte creaturæ omnes commotæ ſunt; nam de Angelis Iſaias ait, Angeli pacis amare flebunt, in cælo luminaria obſtupuerunt, imo per vniuerſum terremotus horribilis apud Euangeliſtas memoratur, multo magis decebat pro gloria Chriſti, omnia contremiſcere, nam nec vnquam tale natura cognouerat. Paulus autem de Palatio, iucundiori pietate huiuſce terremotus rationem aſſignat, inquiens, quòd accedente Chriſti anima ad ſepulchrum, vt iterũ corpori vniretur, Angeli Dei ad tale nunquam ante viſum ſpectaculum viſendum acceſſerunt, qui ob reſurrectionis gloriam cantantes, aerem harmonicis vocibus replebant, quibus concrepantibus omnia tremore repleta ſunt. Accedens autem Angelus reuoluit lapidem, & ſedebat ſuper eum. Antiquæ legis inſtitutum, lapidem ſignificare teſtatur Auguſt. tract. 49. in Ioannem, reuoluit igitur Angelus lapidem, vt nobis inditium ferret, in meliorem formam legem Moyſis, per Chriſtum, qui magni conſilij Angelus dicitur, eſſe conuerſam. Notat quoque Paulus de Palatio, quòd rationabiliter reuolutum lapidem Angelus Domini ſedens calcat, quia non iterum ſepulchro erat reuoluendum; vt hinc myſterioſiſſime intelligamus, Moſaicæ legis iugum, per Chriſtum ab hominum humeris amotum, amplius non eſſe eiſdem imponendum, quia finis vniuerſæ legis Chriſtus eſt. Cur autem aſpectus Angeli ſicut fulgur erat, & veſtimenta alba ſicut nix, vt fortaſſe concipiamus, quòd ſicuti iſta duo contraria, fulgur, & nix, in vno erant Angelo, ſic per Chriſtum omnia fuere contemperata contraria. Addam etiam quòd Angelus mulieribus apparet, non hominibus, vt ſciamus fortaſſe, totam Dei offenſam ex maribus proceſſiſſe, non autem ex fœminis, licet ipſe peccati ſemina diſperſiſſent; quamuis enim peccauerit Eua, tota tamen delicti ratio fuit in Adam fundata; Cumque filius Dei in mundum aduenisset, quid paupercul æ mulieres mali operatæ ſunt? Porrò Herodes illum quæſiuit ad mortem, etiam ab incunabulis; Scribæ & Phariſei aduerſus eum, concilium habuerunt; à maribus etiam traditus eſt, venditus, calumniatus, illuſus, ſpinis coronatus, percuſſus, cruci affixus, & interfectus; mulieres autem flentes ſequebantur eum, & vxor Pilati reſtitit, ne damnaretur ad mortem, & mulieres nimio pietatis affectu abeuntes emerunt aromata, vt venien-

Bernardus. *Terremotus in Reſurrectione Chriſti factus.* *Cap 33. Paulus de Palat.* *Auguſt. Lapis antiqua lex.* *Angeli mulieribus apparent non viris.*

tes

Digitized by Google

tes vngerent Ieſum; idcirco igitur conueniens fuit potius mulieribus Angelum apparere, quàm maribus; vtque eas ſolaretur dixit. Ieſum quæritis crucifixũ, ſurrexit, non eſt hic.

FERIA SECVNDA DOMINICAE RESVRRECTIONIS.

TEXTVS.

Et ecce duo ex illis ibant ipſa die in caſtellum, quod erat in ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab Hieruſalem, nomine Emmaus. Et ipſi loquebantur adinuicem de his omnibus quæ acciderant. Et factum eſt dum fabularentur, & ſecum quærerēt, & ipſe Ieſus appropinquans ibat cum illis. Oculi autem illorum tenebantur, ne eum agnoſcerent. Et ait ad illos. Qui ſunt hi ſermones quos confertis adinuicem ambulantes, & eſtis triſtes? Luc. cap. 24.

Quòd ex dualitatis malitia argumentari licet, illud infidelitatis malum, quod erat in duobus diſcipulis abeuntibus Emmaus.

QVod ſapientiſſimus filius Sirach tot iam elapſis antea temporibus prædixerat; cor (inquiens) ingrediens duas vias, non habebit requiem. Eccl. 3. In duobus *Eccleſ. 3.* diſcipulis Domini Emmaus caſtrum petentibus adimpletur; cum etenim à præceptore audiuiſſent, poſt tres dies reſurgam, reſurrectionis ſpem habentes, vſque in diem tertium Hieroſolimis commorati ſunt, quo iam accedente, nullumque Dominicæ Reſurrectionis ſignum videntes, ciuitatem derelinquunt, & in partem infidelitatis alteram intellectu vagantes, ſicuti bipartita fidei ſpecies, eos corde quieſcere non ſinebat; ita & animæ affectio ad corpus quoque commouendum extenditur, & qui intus ob fidei ambiguitatem quieſcere non valebant, exterius requiem non habentes Emmaus verſus perambulant. Ididem figuratum inuenimus apud Ezech. 1. vbi & rotas le- *Ezech. 1.* gimus prophetam vidiſſe adeo inter ſe connexas, quod rota, erat in rota, nec mortua videbatur rota, ſed viuens, nam ſpiritus vitæ erat in rotis, eaſque ſequebantur animalia, & animalia ibant, nec reuertebantur cum ambularent. Quid rotæ quidue animalia, ac vni- *Gregorius.* uerſa prophetæ viſio ſignificet, ſatis iam Gregorius, Hieronymus, cæterique patres ſub- *Hieronym.* tiliſſime explicarunt; ideo liceat nobis tantum paucula quædam prænotare. Rotæ qui- *Rotæ Ezechielis, & animalia quid ſignificent.* dem ſignificatio, vt ad præſens refert, ad vtriuſque teſtamenti ſcripturam ſi referatur ab ſurdum non eſt, quandoquidem adeo veteris, ac noui inſtituti ſententiæ inter ſe complicatæ ſunt, quòd merito antiqui patres ad illa duo Cherubim in arca fœderis Domini con ſiſtentia ac mutuo facie ad faciem ſe reſpicientia compararunt; quotquot enim in veteri teſtamento figuratum, aut promiſſum, ſeu prænuntiatum eſt, in nouo optima perfectione adimpletum comperimus, quo circa alterum in altero complicari credimus. Huiuſcemodi vero ſacrarum Scripturarum rotæ mortuæ non ſunt, cum in eis quippe ſpiritus vitæ reperiatur, eo quòd ab eo fluxere, qui ſpiritum vitæ omni viuenti dat; imo & ſcripturæ ipſæ vita ſunt; vnde Saluator iam dixit; Verba quæ ego loquor vobis ſpiritus, & vita ſunt, quapropter aliquando diſcipuli dixerunt. Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. Has ſacrarum Scripturarum rotas, ecce duo ex animalibus Chriſti ſequebantur, ideſt duo ex diſcipulis eius, recte in animalibus figurati; nam animalis homo non percipit ea, quæ Dei ſunt, nec & ipſi quoque ſpiritum rotarum percipiebant, ſed literam ſequentes, ſub dubitatione de Reſurrectione Domini loquebantur; cumque fidem amiſiſſent ibant poſt infidelitatem, nec reuertebantur cum ambularent, vt iam dimiſſam fidem ſumerent, vt ſic ſcripturarũ ſpiritum intelligerent. Verum Ezech. 10. inquit, quòd *Ezech. 10.* abeuntibus poſt rotas animalibus, egreſſa eſt gloria Domini à limine templi, & ſtetit ſuper

per

Digitized by Google

per animalia, quæ cum eleuarent alas, exaltata ſunt à terra. Vt vero quæ huiuſcemodi gloria Domini ſit à limine templi egreſſa intelligamus; illud memorari oportet, quod in *Baſilius.* perſona æterni Patris pſaltes cæcinit. Exurge gloria mea, exurge pſalterium, & cythara. Vbi per gloriam Dei, filium patris æterni Baſilius explicat, quem ſplendorem gloriæ Dei Paulus appellat dicens. Qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius. Hæc igitur gloria Domini egreſſa eſt de limine templi, quando ruptis vinculis mortis, Ieſus viuus ab inferis reſurrexit, ſtetitque ſuper animalia, quãdo illis ipſa reſurrectionis die in caſtellum Emmaus abeuntibus, & de præceptoris vita ſub dubio diſputantibus, ipſe appropinquans ibat cum illis. At tunc ferme alas cognitionis ſcripturarum eleuauerunt animalia, & à rerrena litera ad ſpiritus eminentiam exaltata ſunt, quando incipiens Ieſus à Moyſe, & omnibus prophetis interpetrabatur illis ſcripturas. Verum antequam eis Chriſtus in itinere ſociaretur ibant ſcilicet ſub dubia infidelitatis via in caſtellum nomine Emmaus. Atque eo infelicius iter dignoſcitur, quòd ſicut corporis dualitate erant diuiſi, ita & fidei capacitate, ſecundum animam diuidebantur; ſi etenim illorum alter ſcripturarum veritate conuictus, de Ieſu crederet, quòd Meſſias eſſet, alter profecto nouis dubitationibus à credente fidem amouebat: cumque conuictus inde crederet ille, ſtatim ſub infidelitate reperiebatur iſte; vnde & duo erant, ſecundum numerum, & duo ſecundum fidem, atque ex exterioris dualitatis malitia, argumentum interioris nequitiæ deſumendum eueniebat. Diximus quidem in eo quem de numerorum arcanis iuſcripſimus, dua-*Philo.* litatem ideo infælicitate pollere, quia prima à perfectiſſima vnitate diſcinditur, quam Philo Iudæus lib. de mundi opiſitio, diuiſibili materiæ, corruptioni obnoxiæ tribuit. Imo *Auguſt.* & Auguſtinus lib. 12. cont. Fauſtum, occultiſſimo myſterio inquit, Deum ex animalibus *Gen. 7.* mundis ſeptena, & ſeptena ingredi iubſſiſſe, & ex immundis bina, & bina, Gen. 7 nam *Animalia immunda peccatores deſignant.* animantia immunda, malos in Eccleſia Dei deſignant, & hereticos à quibus diuiſiones, & ſchiſmata diſſeminantur, idcirco duo ex diſcipulis Ieſu, Hieroſolimam derelinquentes, vt Emmaus caſtellum peterent, animalibus immundis comparati, ſub ſchiſmate, & fidei diuiſione de omnibus his quæ Chriſto acciderant loquuntur. Hieronymus quoque *Hieronym.* ſup. Agg. 2. dualitatem etiam ipſi Deo exoſam oſtendit; cum etenim mundum ille crea-*Dualitatis malitia.* ret, in quolibet creationis diæ, opus ſuum bonitatis titulo laudatum habuit, ſcilicet, vidit Deus quòd eſſet bonum. Cum autem ad ſecundæ diei opus acceſſit, nulla fuit ibi bonitatis mentio facta; cuius rationem haud tantum ex die quæ ſecunda eſt habemus, verum & ex operis ipſius ſpecimine. Diuiſionem etenim die illa Deus fecit aquarum, di-*Gen. 1.* cens. Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. Gen. 1. At nil diuiſione odibilius apud Deum, vt iam propheta teſtante oſtendit. Peccata veſtra diuiſerunt inter me, & vos, idcirco bonitatis titulo opus illud caret. Cumque & duo diſcipuli Chriſti in itinere ſint, & ſecundum fidem diuiſi, ipſorum dualitas profecto malum ſonare videtur, vt iam exitus oſtendit, quos Dominus infidelitate redarguit, dicens. Oſtulit & tardi corde ad credendum in omnibus quæ loquuti ſunt prophetæ. Quòd autem in caſtellum properant, quod eſt ab Hieruſalem ſpatio ſtadiorum ſexaginta; vtique myſterium deſignat abſconditum, quod in libro de numerorum arcanis luculenter explicuimus. Verum quia ad huiuſce literæ intelligentiam facit, ſub breuitate explicabimus. Ab Hieruſalem duo diſcedunt diſcipuli, quæ pacis viſio interpetratur, & Emmaus ten-*Sexaginta ſtadiorum myſterium.* dunt, quod conſilij deſiderũ dicitur: mediant autem inter vtrunque itineris ſtadia ſexaginta, vt indicetur, quòd Adam & Eua in Paradiſo delitiarum ſub pace apud Deũ erant, quam peccato derelinquentes, abierunt Emmaus, ideſt deſiderio ſuo magni cõſilij Angelum quærentes; illumque videre cupiebant infra ſtadia ſexaginta, ideſt, infra curſum ſexaginta generationum mundi. Quòd vt plenius intelligatur; illud prænotandum euenit, quòd ſerpentinæ fraudis qua deceptus eſt Adam, vltorem Meſſiam Deus promiſit, *Gen. 3.* dicens in fauorem mulieris. Ipſa conteret caput tuum. Gen. 3. Stanſque Adam ſub Meſſiæ expectatione cognouit vxorem ſuam Euam, quæ cõcepit, & peperit Cain, quem

ſic

Digitized by Google

ſic appellauit, idest, poſſeſſio, dicens; poſſedi hominem per Deum. Gen. 4. ideſt hominem ex vxore mea poſſedi per Deum mihi promiſſum; illum putans fore Meſſiam. Cumque fratrem ille occidiſſet audiuit à domino, de Cain ſeptuplum dabitur vltio; quod de aduentu Meſſiæ vſque ad ſeptimam generationem poſt Cain aliqui interpetrati ſunt. Cum autem Lamech feram occidere putans, interfecit inopinato Cain, dixit vxoribus ſuis, de Cain ſeptuplum dabitur vltio, de Lamech vero ſeptuagies ſepties, ideſt, quòd vltio ſerpentis per Meſſiam poſt ſeptuageſimam ſeptimam generationem ab Adam complenda erat. Quod quidem effectu euenit, nam atteſtante Luca cap. 3. ab Adam vſque ad Chriſtum ſeptuaginta ſeptem generationes enumerantur. Mattheus autem cap. 1. tres teſſaradecades generationum vſque ad Chriſtum ab Abraham enumerat, dicens. Ab Abraham vſque ad Dauid generationes quatuordecim, & à Dauid vſque ad tranſmigrationem Babylonis generationes quatuordecim, & à tranſmigratione Babylonis vſque ad Chriſtum generationes quatuordecim, igitur ab Abraham vſque ad Chriſtum duas & quadraginta generationes Mattheus enumerat, à Cain vero, iuxta id quod Lucas refert, vſq; ad Arphaſad filiũ, Sem filij Noe, generationes ſunt decẽ, & à Cainan filio Arphaſad, vſq; ad Thare patrem Abrahæ, generationes ſunt octo, quæ omnes ſimul ſexaginta conſtant: igitur ſicut duo diſcipuli Domini per ſexaginta ſtadia ambulantes Ieſum reſurgentem videre cupiebant; ſic priſci patres per ſexaginta generationes Meſſiam habere deſiderabant, & ecce quòd ſicuti diſcipuli Domini Chriſtum in itinere ſexaginta ſtadiorum peregrinum vident, quibus iam finitis in caſtello, eum vere à mortuis reſurrexiſſe dignoſcunt; ſic antiqui patres, in itinere ſexaginta generationum, Deum peregrinum videbant, ideſt in igne, in nube, & cæteris viſionibus; at iam generationibus expletis, Deum vere in carne veniſſe cognouerunt. Vt igitur tale myſterium nobis innoteſceret, voluit Euangeliſta ſic ſignanter ſpatium ſtadiorum ſexaginta ab Hieruſalem vſque Emmaus deſcribere. Cumque in hoc itinere de omnibus his quæ Chriſto acciderant, diſcipuli fabularentur, ipſe Ieſus appropinquans ibat cum illis. Hæc enim diuinæ pietatis proprietas eſt, vt in tempore tribulationis adſit. Oculi autem illorum tenebantur, ne eum agnoſcerent. Haud quippe Ieſus erat forma mutatus; ſed quia diſcipulorum intellectus infidelitate obfuſcabatur, vſque ad exteriores oculos cæcitas redundabat, ita vt quem fide non concipiebant, neque oculorum lumine cernerent. Marſilius autem Ficinus concione de duobus diſcipulis, inquit, quòd ante faciem Chriſti, in aere ſcilicet, vapor quidam excreuerat, qui & colorem faciei immutabat, & quantitatis figuram, vt quæ vapore illo mediante videretur magnitudinis inſolitæ, ita vt oculi diſcipulorum tenerentur ne eum agnoſcerent. Quod Gregorius diuinæ permiſſioni tribuit, vt vno ſimul actu pæna merentibus, & munus diligentibus tribuatur. Diligebant profecto diſcipuli Ieſum, quorum amorem præſentia ſua ille præmiat; at quia illum à mortuis ſurrexiſſe non credebant, permittit in pænam, vt oculi eorum tenerentur, ne eum agnoſcerent. Et ait ad illos; qui ſunt hi ſermones, quos conferris ad inuicem ambulantes & eſtis triſtes? Sciebat quidem, ſed eos ad confitendum infidelitatis delictum prouocare volebat.

Gen. 4. *Luc. cap. 3.* *Generationes Chriſti ab Adam 77. aut. 60.* *Matt. c. 1.* *Marſ. Fic.* *Gregorius.*

TEXTVS.

Et reſpondens vnus cui nomen Cleophas dixit ei. Tu ſolus peregrinus es in Hieruſalem, & non cognouiſti ea quæ facta ſunt in illa his diebus? Quibus ille dixit. Quæ? & dixerunt de Ieſu Nazareno, qui fuit vir propheta potens in opere, & ſermone coram Deo, & omni populo, &c. Luc. vbi ſupra.

Quòd

Digitized by Google

Quòd ex tribus figuris in quibus Dominus Ieſus poſt Reſurrectionem ſuam apparere dignatus eſt, myſteria eliciuntur quædam perpulchra.

Franciſcus de Mayr. SOlus Peregrinus Dominus Ieſus dictus eſt, quia in morte non ſtetit; ſed vincula rumpens inter mortuos liber factus eſt. Franciſcus autem de Mayronis, ait, bene dixiſſe Cleopham, tu ſolus peregrinus es in Hieruſalem, quia ſolus in Patre filius, nec alterius in diuinis filij generatio reperitur. Putant & alij, quod ideo Ieſus, ſolus peregrinus dictus ſit, quia dolores quos in corpore ſubſtinuit, à Dei- *Ierem. 14.* tate quæ natura impaſſibilis eſt, peregrini fuerunt. Aut certe peregrinus, vt illud Ierem. 14. impleretur. Quare futurus ſis ſicut colonus, & ſicut vir vagus declinans ad manendum. Verum altiori intelligentia ſunt Cleophæ verba enucleanda, nam cum Ieſus ſub alijs formis poſt reſurrectionem ſuam apparere dignatus ſit, illud mirabile euenit conſiderandum, quòd ſemper humilitatis figuras deſumpſit: Nempe adhuc in horto Maria Magdalene morante, & iuxta ſepulchrum eius flente, Ieſus apparuit, quem haud illa cognouit, putans quòd hortulanus eſſet; vnde primam Domini figuram poſt reſurrectionem hortulani noſcimus fuiſſe. Cumque duo ex diſcipulis eius ab Hieruſalem, Emmaus vſq; pergerent, vt peregrinantibus æquadaretur ſocietas, appropinquans ibat cum illis, quibus iam adhuc eum non cognoſcentibus, dixit Cleophas: Tu ſolus peregrinus es in Hieruſalem, & non nouiſti ea quæ facta ſunt in illa his diebus? ex quibus verbis noſcimus, ſecundam peregrini Dominum ſumpſiſſe figuram. Cum etiam adhuc diſcipulis eius in mare Tyberiadis piſcantibus, ſtetit Ieſus in littore, quem illi non cognouerunt, quia piſcatoris effigiem (ait Gloſſa) deſumpſerat; & hæc profecto figura tertia fuit. Quare igitur tribus hiſce figuris apparere voluit, cum iam per eas gentium errores fortificari videbantur, vt eo magis falſis idolorum deitatibus crederent, quo in vero filio Dei transformationes factas audirent. Nam cum eum hominem non Deum crederent; & in varias potuiſſe formas mutari intelligerent, multo magis dicere poterant, & Deos noſtros verum eſt varias *Deorũ formæ diuerſæ.* ſumpſiſſe figuras. Ecce quid Poetæ de Dijs fabulantur, Iouem in taurum mutatum vt Aegenoris filiam conſtrupraret. Saturnum equi ſumpſiſſe figuram, vt Ociram Centauri filiam, carnali pollueret concubitu; & de cæteris multas quidem Metamorphoſes fabulantur. Et idcirco ne huiuſcemodi vanitatibus gentium populus aſſentiret, magis videtur expediens fuiſſe Chriſtum non transformari, quàm varijs figurarum apparitionibus oſtendi. At ſi Chriſti transformationum, cæterorumque Deorum quos impie coluit antiquitas, differentias agnoſcemus: vtiq; transformationũ Chriſti fructus vberrimi oriuntur, & falſorum Deorum magis euenit dammanda credulitas. Nam illorum transformationes, in beſtias ſemper legimus fuiſſe completas, quorum nec finis alius, niſi luxuria, & nequitia fuit: vt ex hoc moralitatem hanc liceat nobis elicere, quòd luxurijs, & impietatibus dediti, ac ſi homines ſine rationalitate ſint, mutantur in beſtias. Verum Chriſti Metamorphoſes nunquam humanas legimus pertranſiſſe figuras: nam hortulanus, peregri- *Quare in tribus figuris Chriſtus apparuit.* nus, & piſcator homines ſunt. Ad quid autem factum ſit hoc perſcrutari licet. Cum etenim vt veram Dei vnitatem, ſimulque trinitatem homines edocturus Ieſus aduenisset in orbem, vt quod verbo docebat, verum eſſe adhuc exemplo comprobare volens, in ſui met ipſius perſona veram vnitrinæ deitatis figuram oſtendit. Tria quippe hæc ſunt hortulanus, peregrinus, & piſcator, & omnes, homo, dicuntur, vt noſcamus tria eſſe diuina ſuppoſita, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, qui omnes, Deus dicuntur; Atque hortulanus peregrinus, & piſcator in vna Chriſti perſona fuere, vt noſcamus Patrem, Filium, & *Athanaſius* Spiritum ſanctum Deum vnum eſſe, & non tres Deos: Athanaſio teſte. Deus Pater, Deus Filius, & Deus Spiritus ſanctus: & tamen nõn tres Dij, ſed vnus eſt Deus. Ordo quoque figurarum in quibus Ieſus oſtenſus eſt, diuinarum emanationum ordinem præſignat. Prima namque Filij Dei apparitio, ſub hortulani fuit effigie, ſecunda peregrini, & tertia piſcatoris, vt ſic nobis credere liceat, diuinas emanationes hoc haberi ordine,

Digitized by Google

dine, vt Pater à nullo genitus, primus ſit à ſe: Filius qui ab alio eſt, ſecundus ſit ab eodem Patre genitus: & Spiritus ſanctus qui ab vtroque procedit, diuine naturæ Trinitatem abſoluat. Quod Athanaſij teſtimonio comprobatur. Pater à nullo eſt factus, nec creatus, nec genitus. Filius à Patre ſolo eſt, non factus nec creatus, ſed genitus. Spiritus ſanctus à Patre, & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, ſed procedens. Addam quòd Pater in hortulano figuratur, Filius in peregrino, & Spiritus ſanctus in piſcatore. Hortulanus etenim plantat, quæ ad viridarij perfectionem neceſſaria ſunt: & de Patre Deo ſcriptura refert, quòd plantauerat paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominem, quem formauerat. Gen. 2. Peregrinus orbis loca circumit; & de Filio Dei ſcriptura proclamat. Gyrum cæli circuiui ſola, & profundum abyſſi penetraui, & in fluctibus maris ambulaui, & in omni terra ſteti. Eccleſ. 24. Piſcator, rethibus, aut hamo piſces capit; & Spiritui ſancto illud Iob 40. tribuitur. In oculis eius quaſi hamo capiet eum, & in ſudibus perforabit nares eius. Vbi de piſcis magni captura ſit mentio, in quo diabolus deſignatur; Spiritus ſancti operatione deuictus; quod Ieſus aſſeruit, dicens. Si indigito Dei, ideſt, in virtute Spiritus ſancti, qui digitus Dei eſt, eijcio dæmonia. Luc. 11. Myſterioſiſſime igitur Ieſus à mortuis reſurgens, ſub triplici effigie, ſcilicet, hortulani, peregrini, & piſcatoris apparuit: at quia Cleophas peregrinum videbat, nec illum, Ieſum eſſe putabat, dixit. Tu ſolus peregrinus es in Hieruſalem, & non nouiſti ea quæ facta ſunt in illa his diebus? Quibus ille dixit. Quæ? nouerat ſiquidem, ſed quemadmodum poſt peccatum vocauit Adam, dicens. Vbi es? non quaſi de illius ſtatu neſcius, ſed vt ad confitendum delictum illum prouocaret; ſic non quaſi neſciens, diſcipulos Ieſus interrogat; ſed vt infidelitatis vulnus ex ſemetipſis oſtenderent, vt aptius valeat ille curare. Et dixerunt de Ieſu Nazareno, qui fuit vir propheta potens in opere, & ſermone. Suæ deitatis confeſſionem Chriſtus expectabat: at illi quod confitendum erat occultarunt, nec dixerunt, de Ieſu Filio Dei; ſed de Ieſu qui fuit vir propheta. Idcirco illos Ieſus arguit. O ſtulti, & tardi corde ad credendum in omnibus quæ loquuti ſunt prophetæ. Nonne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam? Oportuit quidem vt diuinæ ſatisfieret iuſtitiæ, vt Angelicæ reparentur ſedes, vt animæ ſanctorum eruantur ab inferis, vt homo è poteſtate diaboli eriperetur, vt Euangelij fieret prædicatio, vt Eccleſia formaretur in orbe, quæ omnia in gloriam Chriſti reſultarunt. Et incipiens à Moyſe, & omnibus prophetis interpetrabatur illis in omnibus ſcripturis quæ de ipſo erant; probantia ſcilicet, eius incarnationem, mortem, & reſurrectionem.

Gen. 2. *Eccleſ. 24.* *Iob 40.* *Luc. 11.*

FERIA TERTIA DOMINICAE RESVRRECTIONIS.

TEXTVS.

Dum autem hæc loquuntur, ſtetit Ieſus in medio eorum, & dixit eis. Pax vobis, ego ſum, nolite timere. Conturbati vero, & conterriti exiſtimabant ſe ſpiritum videre. Et dixit eis. Quid turbati eſtis, & cogitationes aſcendunt in corda veſtra? Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipſe ſum. Luc. cap. 24.

Quòd Chriſtus in medio diſcipulorum ſtans, pacemque illis annuntians, quam Adam pacem peccato diruperat, oſtendit abſolutiſſime reparatam.

IN medio planetarum ſitum Solem æſtimauit antiquitas, cuius loci ratio conueniens eſſe putatur, vt æque luminis ſui claritate cuncta cælorum ſydera ſuperfuſa noſcerentur; cumque Chriſtus ſol iuſtitiæ diceretur, cuius diſcipulos ſyderum nomine ſæ-

Ieſus quare in medio ſtetit.

pius ſcriptura commemorat, conuenienter à mortuis reſurgens in medio eorum ſtat, vt æque omnes illum inſpicientes luminis ſui claritate gauderent. Imo ſi mortuus corruere voluit, vt omnibus vitam reſtitueret, nec animal vitali ſpiritu lætatur ni cordis calore illemet ſpiritus vitæ ſuæ fulcimen aſſumat; vt omnibus vitam acquiſiſſe ſua morte Ieſus oſtenderet, tanquam veluti fontem vitæ cor in animalis medio ſiſtitur, dum de ſua reſurrectione loquentibus diſcipulis, clauſis ianuis ad eos ingreditur, & in medio eorũ ſtat. Aut decẽter ſtetiſſe credimus quia corruerat, vnde mors gloriari poterat eum ſuis carceribus mancipaſſe, vt igitur ne victrix mors putaretur, ſed vita; reſurgens Ieſus ſtetit in medio diſcipulorũ ſuorum. Addam quoque quòd virgultũ agri tempeſtate percuſſum inclinatur ad terrã, quod aduentante ſereno erigitur; ita veluti virgultũ inclinatus eſt Ieſus ad mortẽ, paſſionis ſuæ turbine percuſſus, quo iam liqueſcẽte erectus ad vitam in medio diſcipulorũ ſuorum ſtetit. Quibus dixit. Pax vobis, ego ſum nolite timere. Pacem nuntiat, quia pacem quam Adam in horto delitiarũ deſtruxerat ipſe reſtituit: Atq; ſi pacem, & ea quæ pacis ſunt interius perſcrutari licet; vtique in multis pacem quieſcere reperiemus, quos Adam ſuo facinore turbauit. Nam pax viuentis corporis, eſt cõtrariarum qualitatũ in illo permanentium temperamentum: pax animæ oblectatio illa eſt, qua ſanctis cogitationibus occupata quieſcit in Domino; pax animæ & corporis ſimul, eſt obedientiæ correſpõdentia, qua ſenſus rationi ſubijciuntur: pax hominũ inter ſe, vniformitas eſt mutuæ dilectionis: quæ omnia ex pace illa vim habent, qua homini Deus pacificatur. Fuit igitur Adam cũ Deo in pace in terreſtri Paradiſo per aliquod temporis curſum, quod ad ſex horarũ ſpatium putant aliqui protenſũ fuiſſe, verbis illis fulti, quibus Moyſes inquit. Ambulabat Dominus ad auram poſt meridiem: cumq; ab ortu Solis vſque ad meredìem ſex horæ cõputantur, opinionẽ fulciunt, quòd ſex tantũ horis Adam cum vxore in Paradiſo quieuit. Verũ enimuero qui profundius ſcripturarũ intelligẽtiam penetrat, fortaſſe pluſquã triginta horas requiei Adæ in Paradiſo inueniet. Et nos quoque alibi octo dierũ ſpatium monſtrauimus, quòd diſputationis euitãdæ gratia pro nunc ſubticemus. At triginta horarũ ſpatium, & fortaſſe plus apertiſſime ſcriptura demoſtrat. Nam præſuppoſito quod ſex illi dies creationis orbis iuxta literæ ſenſum, dies fuerint naturales, ex motu cæli ab oriente in occidentẽ, viginti quatuor horarũ curriculo cõpleti: vt omnium fere doctorũ opinio aſſerit: vtique Adam ſexta die creatũ, ideſt, feria ſexta ſcriptura cõmemorat; ac ſequenti die quæ Sabbatũ dicta eſt, requieuit Dominus ab vniuerſo opere quod patrarat, & benedixit creaturis omnibus, diemq; Sabbatũ ſanctificauit. Cum igitur cunctis benedixiſſet creaturis, benedixit quoque Adæ, & vxori eius; ergo in die Sabbati Adam, & Euam adhuc in Paradiſo cõmorantes inuenimus; ac ſic, à prima hora feriæ ſextæ, vſque ad primã horam Sabbati, viginti quatuor horarũ curſus defluxit; ecce hominem viginti quatuor horarũ curſu in Paradiſo permanſiſſe. Sequitur inde ſcriptura, quòd abſoluto peccati facinore, ambulabat Dominus ad auram poſt meridiem in Paradiſo, Gen 3. per quod datur intelligi à prima hora Sabbati, vſque ad horam quæ eſt poſt meridiem, haud tantũ ſex fluxiſſe horas, verũ & ſeptem quæ iam ſeptima hora & ſi non cõpleta erat tamen aduenerat; adde igitur viginti quatuor illis horis tranſmiſſis feriæ ſextæ, ſeptem has Sabbati horas, vtique triginta, & vnam horas inuenies. Ergo non tantum ſex horarũ interuallo cum Deo pacem habuit Adam in Paradiſo, verum vnam & triginta apertiſſime ſcriptara demonſtrat. Liceat mihi etiam pronunc aliud addere, quòd dies Sabbati, dies fuit ſanctificationis, & gloriæ Dei, in qua incongruum fuit creaturis maledicere, quibus iam tanta maieſtate paulo ante benedixerat; nec ſua permiſiſſet maieſtas glorioſa illa die, Satanam paradiſum ingredi, hominemq; confundere: igitur ſi cum peccaſſet Adam ſtatim Deus illi, vxorique ſuæ, ac ſerpenti maledixit, quæ maledictio die Sabbati non fuit prolata (quia iam dies illa ſanctifitionis; & gloriæ erat,) ſed alia quadam die inflicta; ſequitur quod die Sabbati tota Adam, & Eua in Paradiſo perſiſterunt; & ſic duos habemus completos dies, quibus Adam, & vxor eius in paradiſo delitia-

Pax diuerſimode reperitur.

Adam quãtum temporis fuit in Paradiſo.

Gen. 3.

Digitized by Google

delitiarum commorati ſunt. Liceat etiam & hoc mihi ſine diſputatione referre, quòd omnes fere Eccleſiæ Sanctæ Doctores Adam è Paradiſo eiectum aſſerunt feria ſexta, quæ profectò non fuit illa creationis, vt iam ſcripturæ teſtimonio probatum eſt; ergo feria ſexta prima ſequente eiectus eſt; quo circa dicimus, octo dierum tempore hominem in Paradiſo permanſiſſe; & Sabbatum quod ab eo in Paradiſo celebrandum eueniebat, non vidit. Hoc ergo tempus fuit, quo cum Deo Adam pacem habuit. At cum delictum perpetraſſet, pacem corrumpens in maledictiones incidit ſic miſerrime, vt pacem animæ, corporis, totius hominis, & omnium hominum interſe turbaret. Turbauit ſiquidem pacem animæ, cum etenim illa ſanctis cogitationibus quieſcere, falſa dæmonis promiſſione alienata eſt. Idcirco me alibi dixiſſe recolo, quòd ſi Adam non peccaſſet, iuſtitiã originalẽ pro omnibus ſeruaſſet, & Meſſia redẽptore, nõ indigeremus; ſed Meſſia tantum glorificatore: qui in iuſtitia originali naſcentes, à peccato immunes non eſſemus: Nam ſicut Adam peccator extitit, & de facto peccauit, iuſtitia originali adhuc non dimiſſa, ita & nos peccare potuiſſemus, etiam iuſtitiam originalem habentes; illa etenim à peccato non præſeruabat omnino; vt in ipſo Adam aperte noſcimus, qui pluribus peccatis mortalibus deliquit, antequam iuſtitiam originalem amitteret. Cum etenim Diabolus Euæ dixiſſet: Cur præcepit vobis Deus ne comederetis de omni ligno Paradiſi. Gen. 3. Reſpondens mulier, tria peccata commiſit; primo mendacium dixit, quod eſt contra ius naturæ; natura enim obligamur dicere eſt, eſt, aut non, non. Vbi autem mendacium dixerit, ſcriptura demonſtrat; præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud; ecce mendacium, præceperat Deus ne comederent, non autem ne tangerent. Secundo Deum infamauit, attribuens ei præceptum quod ille non dederat: nunquam enim dixit Deus, ne tangatis. Tertio hereſis, ſeu infidelitatis contagione deliquit, inquiens, ne forte moriamur; qui dubius in fide eſt, infidelis eſt; mortem Deus minitatus fuerat affirmatiue, illa vero ſub dubio ſumpſit, particulam adens, ne forte. Sequitur inde diabolus tentans. Eritis ſicut Dij ſcientes bonum, & malum. Cuius falſæ promiſſioni credidit homo, penituſque Dei præcepti oblitus, infidelis euaſit, magis diabolo, quàm Deo credens. Credidit etiam ſe æqualem Deo poſſe fieri, & ecce ſuperbiæ peccatũ peſſimum. Conſenſit Dei præceptum tranſgredi, & de fructu vetito manducare, & ecce peccatum conſenſus; nec adhuc originalem iuſtitiam amiſerat. Igitur ſicut peccauit Adam etiam iuſtitiam originalem habens, ita & nos peccare poteramus, ſi ille non peccaſſet, iuſtitia enim originalis totaliter à peccato non præſeruabat. Dicam profectò quòd ſi Adam non peccaſſet, aliquid nobis gratiæ fuiſſet collatum, quo muniti haud faciles ad peccatum fuiſſemus. Per peccatum ergo Adam ſuæ animæ pacem, & noſtræ turbauit, quia omnis cogitatio humani cordis prona eſt ad malum ab adoleſcentia ſua. Gen. 8. Turbauit etiam animæ, & corporis pacem, cum per peccatum ſenſus euaſerunt à ratione rebelles, & corporis qualitates interſe præliantes, hominem ducunt ad mortem. Vnde & hominum interſe quoque fuit pax vniuerſaliter deſtructa. Reſurgens autem Chriſtus à mortuis, omnem reſtituit pacem; primo Deum cum hominibus pacatum reddidit, ſecundo corporis qualitates contrarias, in ſuo corpore illas immortalitate glorificans; conciliauit tertio animæ cogitationes ſuo fini iunctas declarauit, & animas ſanctorum, ad cæleſtem gloriam euehexit, & quarto pacem inter homines poſuit, de quibus pſaltes dixit; qui poſuit fines tuos pacem. Pſal. 147. Et ideo Apoſtolis poſt reſurrectionem glorioſus apparens, pacem annuntiat, inquiens: Pax vobis. Amen.

Adam multipliciter peccauit antequam iuſtitiam original. perderet. Gen. 3.

Gen. 8.

Pſal. 147.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

RERVM OMNIVM INDEX, quæ in hoc volumine pertractantur.

QVod ieiunium omnino ſeruandū, à patribus mirifice commendatum eiuſque encomia. fol. 1
Quid ſit caput vngēre, & faciem lauare, myſtice. fol. 3
Quod Chriſtus cæleſtis theſaurus eſt, omniumque bonorum fons, & origo. fol. 4
Quid myſtice ingreſſus Ieſus in Capharnaū, quidue Centurio, & ſeruus è paralyſi curatus ſignificent. 5
Quod Michael Archangelus, & Gabriel Dei Nuntius, pro infirmi hominis, ægritudine releuanda, Centurionis officium apud Deum benigniſſime ſumpſere. 6
Quod Centurionis Euangelici oratio, pro pueri ſalute impetranda, antiquorum patrum pro vniuerſi generis humani ſanitate orationes deſignat. 6
Quod Chriſtus amoris leges inſtituit, vt in illo viuamus, omnia etenim amore viuunt. 7
Quod Chriſtus amor ſit & amoris Deus, ex quo amoris leges effluūt cui Soli amoris eſt iura cōcēdere. 8
Quod ſerò factum in orbe, peccati caſū deſignat, actioneſque nocturnæ quā plurimæ in ſacris literis prænotatæ, ſtatū peccati figurant: concluſit enim ſcriptura; Omnia ſub peccato 9
Quod nauis Chriſti humanitatem deſignat, mare ſæculum, & ipſe Solus in terra, in periculis ſecuritatem præmonſtrat 10
Quid quarta vigilia noctis circa quam Chriſtus ad diſcipulos acceſſit, quidue ab eo mare calcatum myſtice ſignificent 11
Quod Deus elementis omnibus fauit, & maxime elemento aquarū, quod ſedes eius extitit in orbis creatione quidue aquarū cōgregatio myſtice ſignificet 11
Quod deſertum cælū præſentat empyreum, Mariam Virginem, & Chriſti humanitatem, imo & mundum, & crucem, in quibus tentatus eſt Ieſus 12
Quod Ieſus in deſerto tentatus rationalem ſpiritū varijs tentationibus circumuentum deſignat 13
Quod Chriſtus tentari paſſus eſt, vt nos ad vere frugalitatis opera dirigeret 14
Quid quadraginta dierum ieiuniū, & quadraginta noctiū, quidue Filij Dei eſuries myſtice ſignificēt 14
Quomodo diabolica tentatio ad Filium Dei directa myſtice intelligenda ſit, quidue lapides, paneſque ſignificent, quamque vim habeant diaboli verba, iuxta literam 15
Quid ſit in verbo Dei viuere, de Verbo Dei increato intelligendo, nec non quomodo in Verbo Dei inſpirato homines viuant 16
Quod venturi iudicis figurā dulci ſub modulo Iob, & Salomon præſignauerunt 17
Quod licet æternus iudex miſericordia inſignitus exiſtat, terrorem tamen in veteri, nouoque teſtamento aliqualiter oſtenſum, plenius in vniuerſi conſummatione complebit 18
Quod extremi iuditij acerbitatem, per ignem Daniel præmonſtrat, per gladium, & fulgur, Moyſes, & Ioannes in æquite 19
Quod ad iuditium Chriſtus veniet, Zelotypiæ ſpiritu permotus 20
Quod Filius Dei diem, horamque iuditij neſcire teſtatur, Marc. 13. de die autē illo, vel hora nemo ſcit, neq; Angeli in cælo, neq; filius, niſi pater 20
Quod Deus aliqua figuratiue de Chriſti regno peragens, tandem illum in hoc mundo ad regni maieſtatem euectum oſtendit 21
Quod Phariſeorum Senatus in Chriſtū maledictionibus ſemper intentus, quaſi alter Balac maledictionem in benedictionem mutatam audiuit 22
Quod in Angelorum cetubus commotio magna facta ſit, vnde quorundam ſpiritum remotio, ordinumque Angelicarum mentium abſciſſio miſerabilis euenit 23
Quod Filio Dei carne aſſumpta huius mundi tenebras percurrente, vniuerſa calorū natura cōmota eſt, ſignū veræ deitatis in Chriſto demōſtrans 23
Quid in gentibus commotionis factum ſit naſcente Chriſto crucemque ſubeunte, iuxta Aggei prophetiam. Et mouebo omnes gentes 24
Quod Iudæis ſignum petentibus, Chriſtus ſimul negat, & dat, quidue per ſignum in perſona Ionæ Prophetæ, nos Dei Filius edoceat 25
Quod vere hiſtoria Ionæ Prophetæ Chriſti perſonam figurat, ſed totam ad Chriſtum referri periculoſum eſt atteſtante Hieronymo 26
Quid Ionæ origo, quidue ad Niniuen miſſio, eiuſque fuga in perſona Domini Ieſu præfigurant 26
Quod tumentia æquora ſuper Ionam, illiuſq; in mare demerſio, viuaque eiuſdem è ventre piſcis euomitio, Iudæorum turbines aduerſus Ieſum, mortem,

Digitized by Google

tem, reſurrectionemque ipſius abſolutiſſime præſentarunt 28
Quod Chriſtus nos pœnitentiam docet, ne forte impœnitens à pœnitentibus iuditio condemnetur pag. 29
Quod amoris impulſu, Chriſtus in partes Tyri, & Sidonis egreditur, ibiq; Syrophenıſſæ mulieris iucundatur amore 30
Quod exitus Ieſù in partes Tyri, & Sidonis, diuerſos eiuſdem filij Dei egreſſus myſtice ſignificant 31
Quam vim habeant hi duo egreſſus, quos Euangelij litera commemorat, Chriſti, videlicet, & mulieris Chananææ 33
Quod egreſſus mulieris Chananææ à finibus Tyri, multi amoris in Chriſtum incitamẽta figit, nam & ipſa amoris vulnera patiens fortiter illum aggreditur 34
Quid Chriſti taciturnitas ſibi velit, quæve huiuſmodi ſilentij cauſæ, & quomodo tandem Ieſum loquentem mulieris verba conſtringunt 36
Quod conuitia mulieri Chananææ à Chriſto illata, in ſuum mulier vertit illa fauorẽ, hinc fidei ſplendore meretur à Chriſto laudari, & filiæ ſanitatem obtinere 37
Quid nobis probatica piſcina Hieroſolymis ſignificet, quidve in Euangelij litera allegorice præſignetur 39
Quid ſex dierum ille curriculus, poſt quos coram tribus Apoſtolis transfiguratus eſt Ieſus ſignificati habeat 41
Quare tantum tres diſcipulos duxit Ieſus ad montem transfigurationis, nec plures, nec pauciores; quæve iſtius glorioſæ transfigurationis cauſæ 45
Quod Chriſti transfiguratio non fuit tranſubſtantiatio, ſeu corporis mutatio. quidve Sole ſplendidior facies, & veſtimenta niue candidiora ſignificent 49
Quid ſibi velint Moiſes, & Elias loquentes cum Ieſu, quisve exceſſus ille erat, de quo loquebantur adinuicem 50
Quod Petri reſponſio fuit reprehenſione digna, & trium tabernaculorum inanis conſtructio, uno tantum ſufficiente tabernaculo; increpauitq; eum de nube Pater 53
Quod Chriſtus ſe diſceſſurum à Iudæis proteſtans, de diſceſſu eius per mortem loquebatur; nam humanarum infirmitatum aquæ, iuxta Ezechielis prophetiam, per eum erant dulcorandæ; quodque per crucis lignum ſæculum tranſiens, mundi princeps oſtenditur 55
Quod Deus vnus ſit, omnium rerum principium, cuius ineffabilis vnitas haud tantum apud Hebræos, verum, & apud gentes proclamata ſit. Et quid Deus ſit, noſcere, aliud non eſt, niſi in hac vita eum trinum, & vnum credere, eique in omnibus obedire 57
Quod Dei cognitio ex operibus eius apertiſsima eſt 59
Quod Deus ſuper cathedram ſuiipſius ſedens, quæ eſt ſuamet diuina eſſentia. omnem in creatione orbis ſcientiam, homines edocuit 60
Quod tria illa hominum nomina à Chriſto domino in Euangelij textu ſignata, ſcilicet, Moyſes, Scribæ, & Phariſei, myſtice Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, in cathedra ſuæ diuinæ naturæ ſedentes ſignificant 62
Quid Euangelij textus myſtice demonſtret, vſque ibi. Qui ſe exaltauerit humiliabitur, & qui ſe humiliauerit exaltabitur. 63
Quod aſcendens Chriſtus Hieroſolymam, homines illuminauit, compleuitq; Scripturarum teſtimonia, quæ de eo erant, docuitq; hominum aſcenſum in cælum, labores neceſſario præcedere 66
Quod hominis nomen quoddam diuinũ ſignat, nam et diuinum quoddam homo eſt. Idcirco qui homo diues, & malus in Euangelio dicitur, haud tantum impietate ſua Deum leſidit. verum & hominis nomine ſemetipſum indignum effecit 68
Quid diues impius, & Lazarus pauper & patiens, myſtice, allegoriceq; nobis deſignent, iuxta Euangelij literam 71
Quod prædictæ vineæ parabolæ initium Chriſti filij Dei paſsionem, & mortem figurat 72
Quod vineæ plantatio ad Angelicam refertur naturam, eiusq; creationem, & ſtatum 73
Quod tota vineæ plantatio, eiusq; iuxta Euangelij verba) perfectio, ſanctæ Eccleſiæ formationem, perfectionemq; deſignat 74
Quod Patriarcharum, Prophetarumq; vniuerſitas, in vinea quam Paterfamilias plantauit. figuratur 75
Quod lex quam ad regendos mores Deus hominibus tradidit, myſterioſiſsime in vineæ parabola, deſignatur 75
Quod Scriptura ſacra in vinea, quam Paterfamilias plantauit, exactiſsime figuratur 76
Quod in parabola Euangelicæ vineæ, tota Euangelicæ doctrinæ conſtructio, & prædicatio figuratur 78

Quod

Digitized by Google

Quod Prædicatores, ſeu Verbi Dei concionatores, in vinea deſignantur, iuxta Euangelicæ parabolæ literam. 79

Quod iuſtus vinea Domini dicitur, iuxta Euangelij literam in parabola 80

Quod religio aptiſsime in vinea quam pater familias plantauit, figuranda euenit 80

Quod virginitas, optima frugalitatis ratione, vineæ aſsimilanda ſe offert 81

Quod vinea omniū altiſsima Diuina Eſſentia eſt, vbi tres vites tantum vineam complent, cuius vini dulcedine omnes inebriantur creaturæ 81

Quod in Patre familias Deus deſignatur, & vineæ plantatio, vniuerſi creationem figurat 82

Quod in Euangelica parabola, quæ de vinea eſt, electiſsimam ſibi vineam, quam Dominus Deus ex hominibus electurus erat ſignificat 84

Quod parabola hæc de Patre, & duobus filijs, ineffabilem Dei miſericordiam figurat, qua pænitentes ad ſe recipit peccatores; aptiſsimeque ad Angelos, & homines referri poteſt. 86

Quod priſcis patribus in figuris loquutus eſt, Deus, nouiſsime autem loquutus eſt nobis in filio, qui & in parabolis aperuit os ſuum, ſuas propoſitiones loquens, veteri teſtamento innixas. Quam autem parabolam de patre, & duobus filijs loquutus eſt, Iſaach patri aptanda euenit, in qua & eiuſdem Filij Dei prodigalitas figuratur 87

Quod paleſtritum more, qui poſt labores, honoris pallium recipiunt, ſic Deus probauit Angelos; quoſque adorationis Verbi humilitate obedientes reperit, inſigni gloriæ corona decorauit, quos vero inobedientes expulit. vnde & textus Euangelij veritas comprobatur; quòd erat Deus eijciens dæmonium 92

Quod ſeptem capitalibus vitijs diabolus irretitus peccauit in cælo, cumque Angelorum pacem quotidie turbaret, eiciendus omnino putatur, vt inde exitus acta probarunt 93

Quod Filius Dei veluti incantator ſapiens, exorciſmatibus pluribus vſus, dæmonem eiecit ex anima rationali, per fidem, & circunciſionem, & legem; quem poſtea ſua morte pænitus eiecit ex orbe; Nunc autē Sacramentorū exorciſmatibus adeo fugat, vt ei neq; ingreſſus ſimula maneat 94

Quod Deus antiquis ducibus vſus, prælia conſtituit, vt idololatris deſtructis, dæmon eijceretur ex orbe, qui licet bella Domini præliarentur, haud tamen diabolum pænitus eijcere valuerunt, eo quod quamuis mentali oratione Deo ſemper eſſent coniuncti, de ligno ſcientiæ in Adam comederunt, & ſic nō ieiunij; idcirco ieiunus Chriſtus, & orās, dæmonium eiecit 95

Quod pluribus ex cauſis bellum ingruit inter Ieſū, & Satanam, quodque Ieſus ſeptem dæmoniorum principes eijciens, omne dæmonum genus eiecit: quorū fuga ſeptem Hebreorū prælijs figuratur 98

Quod occulta Dei iuditia quærere non eſt laudabile, nam & aliquando ſanctis ſuis illa manifeſtare Deus nequaquam abnuit. Cumque inſulſe Chriſto Domino hæc à Nazareitis poſtularētur, haud tantum negauit Ieſus; ſed & illos increpatione redarguit. Quia nemo propheta acceptus eſt in patria ſua. 101

Quod iam facta in Capharnaum, mirabilia quæ Dominus in creatione fecit, orbis deſignant, prout Capharnaum ager pinguedinis interpetratur. Idcirco & nos quærimus quibus regulis opera fecit mirabilia Deus, in his quæ ad creationem pertinent, & redemptionem 102

Quod vidua illa ad quam miſſus eſt Elias, Eccleſiam gētium deſignat, ad quam miſſa fuit Euangelica Prædicatio: & lepraſus Naaman ablutione mundatus, populum gentium baptiſmate lotum; miracula vero in eis operata, naſcentis Eccleſiæ miraculorum abbundantiam præmonſtrant. Quæ in Eccleſia huius temporis, quare non ſiant, ratio redditur 105

Quod miracula his temporibus Sanctorum interceſſionibus à Deo prouenientia, potius ad deuotionem augendam, quam ad fidem confirmandam credenda ſunt. Quæ vero differentia inter miracula legis Moſaicæ, & Euangelicæ ſit aſsignatur; & quare Deus malignorum ſpirituum illuſione, per magos aliqua mira operari permittis, declaratur 106

Quod ab æterno Deo, vno, trinoque ſemper ſibi in eadem Trinitate, & vnitate conſono, hæc vnica mundi creatura in principio temporis creata, maxima concordantiæ ſuauitate decorata fuit, nam & ſupera, & infera amoris ligamine primo conſona, veteris Adæ diſſona euaſere, quæ tandem Verbi Dei correctione, ad veræ ſymphoniæ modulos redacta ſunt 108

Quod fraterna correctio, iuxta Saluatoris mandatum, mitiſsimis eſt exercenda verbis, vt fratris animam quiſque facilius lucretur. Correctio vero, quæ inter Verbum Dei, & homines fuit, vniuerſorum ſalutem operata eſt 110

Quod Chriſti Filij Dei correctio per ea, quæ ad vni-

uerſo.

Digitized by Google

uerſorum redemptionem pertinebant, operata, haud tantum perditum hominē lucratus eſt, verum, & mortem vicit, inimicum carceribus truſit æternis, animas cælo reddidit, Sacramentorum medicinam inſtituit, & illa abſtulit falſitatis numina, quæ iterum hominem diabolicæ captiuitati ſubijcere ſatagebant 111

Quod vnus teſtis à Chriſto in ſuæ veritatis confirmationem adductus; ſuæ Deitatis oſtenſio fuit; duo autem eius doctrinam, & miracula ſignant. Cumque ante incarnationem in ore duorum ſtetiſſet, nunc in ore ſtat trium; Euangelicamque prædicationem Eccleſiæ commiſit: qua à Iudæis reiecta, & ipſi velut Ethnici, & publicani reiecti ſunt 113

Quod Chriſtus tanquam ſilex ferro tacta ſcintillat in Scribas, & Phariſeos. Cumque ſilex diuinæ vltionis iram præſignet; quomodo ex prima origine Hebreos ſemper afflixerit, declaratur 114

Quod Ieſum calumniandi ſtudio, Scribæ, & Phariſei in diſcipulorum Domini obiurgationem prorumpunt; quàmque peſſimum malum murmuratio ſit oſtenditur 117

Quod Scribarum, & Phariſeorū aſſertio impia eſt, nam & parentes honorare, Dei præcepto tenemur 119

Quod tribus circunſtantijs oratio ad Deum directa exauditur; tempore ſcilicet debito, loco decenti, & petitione iuſta 120

Quod mulier magnis febribus grauata, Synagogam Hebreorum deſignat; vtque eam Ieſus curaret, ex alijs Synagogis ſurgens, plures ingreſſus eſt domos: Simonis tamen domus vniuerſi molem figurat 121

Quod ſocrus Simonis naturā præſignat humanam, quæ vehementiſſimis febribus in perſona matris Euæ grauata dignoſcitur, vnde ceu ex mala radice Synagoga Hebreorum orta, adhuc & ipſa peſſimis eſt circunfuſa langoribus 123

Quod Sanctorum patrum orationes, celeriorem aduentum Meſſiæ fieri meruerunt; Cumque Verbum caro factum eſſet, ita ſuper infirmantem hominum naturam ſtetit, quod langores, eius ferens, perfectiſſimæ ſanitati illam reſtituere dignatum eſt 124

Quod vt ſæpius dominij ratione, aut odij liuore, aut mulierum petulantia, prælia in mundo exorta dignoſcimus; quorum ratione adhuc, & Filius Dei ira feruens, bella commiſit in orbe, eiſdemque manubrijs, quibus dæmon inſidiabatur hominibus, dæmonem vicit, fidemque diſſeminauit 127

Quid fons ſuper quem Chriſtus ex itinere laxus ſedet, myſtice ſignificet; & quare ſupra fontem laxus, & non alibi ſedet 129

Quòd Chriſtus hora ſexta fatigatus ſedet, quia ſicut ſenario numero omnia Dei opera abſoluta fuere, ſic & redemptionis opus ipſe in ſenario conſummare deſignauit. Mulier vero, quæ ad hauriendam aquam pergit ad fontem, allegorice plura ſignificat 130

Quòd Ieſus mulieri Samaritanæ alloquens, trium diuinarum perſonarum cognitionem proponit, atque ſub aquæ nomine, æternæ beatitudinis præmia deſignat, quorum qui dulcedinem potauerit, non ſitiet in æternum 132

Quòd omnia fidelitate ſeruantur, ita vt & Filius Dei fidelis, & verax nōminari lætetur, cumque ſub fidei promiſſione, ac iureiurando humanam ſibi ſpopondiſſet ſponſare naturam, nil hominum ſceleribus retentus, quod iam promiſerat fideliter conſummare curauit 134

Quòd æterni Verbi nuptiæ, ſex ceremoniarum ſollennitatibus abſoluta fuerunt; vtque Filius Dei deſponſatam ſibi vxorem aſſumeret, montē aſcendit Oliueti, & diluculo venit in templum. Phariſeorumq; hic myſtice calumnia declaratur 136

Quòd maris tranſmiſſio vſque ad montem, alia ſecundum literam occaſione, & alia ſecundum myſterium facta eſt 138

Quid Iudæorum Paſcha, quidue templum, boues, oues, & columbæ ſignificent 141

Quòd æternæ dannationis flagellum, plus dæmones, quàm homines affligit; inter homines vero magis, minuſue, iuxta delictorum menſuram pæna diſtribuitur 143

Quòd Chriſtus de excitatione templi corporis ſui loquens, à mortuis reſurgens, haud tantum naturale ſibi corpus, in tribus excitauit diebus, verum & Eccleſiæ templum reædificauit, quòd myſticum eius corpus dicitur 144

Quòd mundana ſcientia, licet antiquorum Philoſophorum cuneos honorabiles effecerit, non tamen eos, ad veri Dei cognitionem perduxit: cum iam naturalibus fiſis viribus, ſine ſupernaturali illuſtratione hoc denegetur. Hinc Iudæi Chriſti ſapientiam admirantes, quia fidei lumen non ſuſcipiebant, eum verum Deum eſſe, noſcere nequibant 146

Quòd quæ ſimul eadem de doctrina ſua Ieſus, & non ſua affirmare, & negare videtur, pluribus intel-

Digitized by Google

intelligendi modis ſuſcipienda eueniunt] 148
Quòd pertranſiens Ieſus, & cœcũ illuminans, tranſitum præſignat quo ipſe filius Dei de cælis ad terram venit, vt cœcum hominem illuminaret: nec non Synagogæ Hebræorum repudium, vt gẽtium populum ad fidei vnitatem perduceret 152
Quòd lutum Ieſus ex ſputo faciens, æterni Verbi incarnationem deſignat; ſuper oculos autem litura, Apoſtolorum in gentibus prædicationem præfigurat 154
Quòd vniuerſi humani generis reſurrectio, per aduentum Meſſiæ in Naim, quæ mundum figurat abſoluta eſt. Quid autem moralitatis hiſtoria contineat, aliqualiter explicatur 155
Quòd tota hiſtoria hæc reſurrectionis filij viduæ mulieris, ſpiritum rationalem per Chriſti gratiam à peccato reſuſcitatum figurat 157
Quòd peccatorum remiſsio in Lazari reſurrectione figuratur, cuius hiſtoria allegoria intellectus mortem per peccatum, eiusq; reſurrectionem per pœnitentiam deſignat 160
Quòd per ea, quæ de viſibili Sole ab antiquis dicebantur, Chriſtus Sol, omni Sole nobilior oſtenditur 164
Quòd Chriſtus lux mundi ſit, ac ex viſibilis Solis effectibus, & ipſe quoque allegorice Sol mundi dicitur 167
Quòd Chriſtus ex propria ſuiipſius natura, omnino impeccabilis fuit 169
Quòd veritas quam Chriſtus prædicabat, ad æternam eius generationem referri poteſt; etiam et ad eiuſdem Verbi Dei incarnationem ad literam autem, excuſationem eius apud patrem, Iudæorumque obiurgationem oſtendit 172
Quòd Chriſtus ſæpius ad mortem quæſitus, mori diſtulit, quouſque moriendi hora veniret: Eccleſiæ tamen amore feruens, prolixioris vitæ curriculo noluit ſuam ætatem protendere 174
Quòd Ieſum male quærẽtes inuenire nequeunt, quique vbi ipſe eſt eſſe nituntur, eum prius in cruce ſit inuenire neceſſe 176
Quòd Chriſtus filius Dei apud Patrem fons vitæ eſt, omnia continens, à quo fluuius emanat, qui Spiritus ſanctus eſt 178
Quòd Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, vno clamoris ictu, ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt vocantes, mundum ad extra conſtruxerunt 179
Quòd Ieſus Dei filius, huius mundi tenebras ingreſſus, atque in cruce moriens clamare non deſijt. Si quis ſitit veniat ad me, & bibat. Vtq; abundantius homines ſatiaret, Spiritus ſancti flumina miſit in orbem 179
Quòd Chriſtus Iudæam deſerens, vt in Galilæam ſe transferat, & ſuos attentos reddit, ne quod optant amittant, et inimicis, vt immature in eum agant cauſas amouet 182
Quòd Chriſti ſocietas impijs ponderoſa videtur, vt iam fratrum eius oſtendit iniquitas, qui ſigna, & prodigia videntes, in eum minimè credere inclinabantur 184
Quòd Chriſtus licet contraria verba pronuntiat, dicens; non aſcendam ad diem feſtum iſtum; deinde tamen aſcendens, vtrumque verificat 186
Quòd Deus omnium creaturarum Paſtor, qui ideo oues ſuas cognoſcere dicitur, quia infinitæ prouidentiæ ſuæ intuitu, cuncta regit, diſponit, gubernatque 187
Quòd Deus qui infinitæ virtutis eſt, quatuor ſuas veluti præcipuas virtutes inter alias (prout fas eſt dicere) oſtendere cupiens, mundum creauit: quã tamen altiori monſtrauit gradu in redemptione hominis; ac maximo in dies oſtendit, cum peccatores iuſtificat; vt in Mariæ Magdalenæ conuerſione dignoſcitur 193
Quòd humana voluntas quæ malum velle non poteſt, ſi aliquando ad malum fertur, ſub ratione aliqua boni illud operatur. Idcirco Pontifices, & Phariſei peſſimũ illud facinus occiſionis filij Dei operantes, prætextu communis boni, ideſt conſeruationis Regni, velare ſtuduerunt, ne populo in ſcandalum fierent 197
Quòd expediens fuerit, pro humana ſalute Chriſtũ mori 201
Quòd Ieſus diſcipulos ſuos mittens, vt aſinam, & pullum ſoluentes ad ipſum adducant, illa præſignat de conuerſione populi gentium, quæ poſt paſſionem ſuam impleturus erat 202
Quòd cœna in Bethania Filio Dei parata, eius incarnationẽ deſignat, in qua ebrius factus, ad mortem haud tantum à Deo deſtinatur, verum, & creaturæ cunctæ mortis eius conſciæ, mortem ſedulo operatæ ſunt 206
Quid aduentus Ieſus in Bethaniam, et Mariæ vnctio, quidve Apoſtolorum quorundam murmuratio ſignificet 210
Quid feſtus dies Dominicæ paſsionis, quidve Ieſu venditio, & Paſcha prænuntient 211
Quid in ſacroſancta Domini cœna factum ſit, explicatur 213
Quæ in cœnaculo pro magni Sacramenti Eucharistia

ſtiæ inſtitutione, à Domino dicta, vel facta fuerint, ſummatim explicantur 214
Quæ Dominus vſque ad hortum, coram diſcipulis egit, dixitq; compendioſe memorantur 216
Quid in domibus pontificum, ac præſulum de Chriſto actum ſit, ad literam explicatur 218
Quæ vſque ad Domini Ieſu expirationem doloroſiſſime acta ſunt, iuxta literę textũ enarrãtur 220
Quòd miracula illa quæ poſt Dominicã paſsionem apparuere, & iuxta literæ ſenſum, & iuxta ſpiritum, mirabiliter explicanda eueniunt 223
Quòd mirabili myſterio ſacra Domini noſtri Ieſu Chriſti reſurrectio in iudicio Salomonis, duas mulieres meretrices, pro mortuo filio iudicantis, nec nõ & alibi in ſacris Scripturis præfiguratur 224
Quòd Chriſtus à mortuis reſurgens, ſanctiſsimę ſuæ matri Mariæ primo apparuit, & deinde mulieribus, ac poſtremo diſcipulis, idq; ſacratiſsimo myſterio factum eſſe, credendum euenit. 227
Quòd ex dualitatis malitia argumẽtari licet illud infidelitatis malum, quod erat in duobus diſcipulis abeuntibus Emmaus 229
Quòd ex tribus figuris in quibus Dominus Ieſus poſt Reſurrectionem ſuam apparere dignatus eſt, myſteria eliciuntur quædam perpulchra 231
Quòd Chriſtus in medio diſcipulorũ ſtans, pacemq; illis annuncians, quam Adam pacem peccato diruperat, oſtendit abſolutiſsime reparatam 233

FINIS.

INDEX RERVM NOTABILIVM.

A

ABRAHAM fuit eijciens dæmoniũ 96
Abraham de fornace ereptus 96
Abraham primus omnium literarum characteres adinuenit 146
Abrahæ deliquium quoddam 116
Ad creationem orbis Deus egreditur, vt artifex ad opus 32
Adam ſexta hora vocatus ad vineam 84
Adam cõtra Filiũ Dei immediate peccauit 111
Adam multipliciter peccauit, antequam iuſtitiã originalem perderet 235
Adam quantum temporis fuit in paradiſo 234
Adam per peccatum quatuor perdidit 180
Adam ſi non peccaſſet, Filius Dei incarnatus fuiſſet 190
Adam & Eua ante lapſum, quare nuditatem nõ cognoſcebant 117
Adulteræ mulieris inquietitudo 135
Aleph deitatem ſignat apud Hebræos 68
Aliud eſt opera, & aliud ſecundũ opera facere 64
Amatha veritas 26
Amoris proprietates mirificæ 31
Amoris exceſſus in Chriſto 52
Amor in turri deſignatus 83
Amor omnia conſeruat, ad cæli ſydera eleuat, & gloriæ gradus diſtribuit 9
Amor omnium magiſter æſtimatur 9
Amor omnium creator dicitur 9
Amor in omnibus eſt
Amoris vires eximiæ 7
Amoris leges apud omnes 7
Amor Deus antiquus eſt 8
Amoris lex ex Platonis conuiuio 33
Amoris effectus ſuaues 34
Amoris incitamenta ſex 35
Amnon filius Dauid, Adam figurat 207
Angeli mortem Chriſti optauerunt 209
Angeli mulieribus apparent, non viris 228
Angeli in domo Dei mercennarij dicuntur 91
Angelos labi Deus permiſit 103
Angelorum ordines in Sole deſignati 167
Angeli in intelligendo non diſcurrunt 189
Angeli ſepis nomine deſignantur 74
Angelorũ mobilitas quomodo intelligenda 189
Angelorum offitia mutantur 189
Angelus Eccleſiæ cuſtos Michael 189
Angeli, aut aſſiſtentes, aut miniſtrantes 190
Angelos natura imortales eſſe impoſſibile eſt 190
Angelus cuſtos Adæ Raziel dictus 191
Angelorum lis apud Deum pro homine redimendo 6
Angelorum principes, quaſi Centuriones 6
Angelorum inferiorum perfectiones, ſuperioribus inſunt 15
Angelorum lex, eorumque rebellio 23
Angelus aquam piſcinæ mouens, quis fuerit 41
Angeli peccare poterant, ſicut & homo 56
Angelorum vocatio ad opus vineæ 84
Angelorum tria officia 84
Animæ quas fecit Abrahã in Haran, quæ ſint 116
Animæ in inferno, nõ æquali pœna cruciãtur 144
Anima Chriſti omnia videt in Verbo 149
Anima mundi Verbum Dei eſt

Digitized by Google

Anima humana mundus dicitur 168
Anima Dei, filius eius eſt 188
Animalia immunda peccatores deſignant 230
Antiquorum mos in conuiuijs 196
Antiqui patres digiti Dei dicti ſunt 95
Apoſtolorum dubitatio
Apoſtoli quare corpus Domini manducare non timuerunt 215
Apoſtoli in transfiguratione Domini diuinitatem non viderunt 48
Aquarum ſignificationes plurimæ 11
Aqua ſedes Dei in principio mundi 12
Aquam baiulans quid oſtendat 213
Argēti albedo, Chriſti innocentiā præfigurat 26

B

Baſis huius mundi lex æterna Dei eſt 83
Beatitudinis Angelorum ſignum 91
Beelphegor ſpiritus gulæ 100
Beelzebub ſpiritus inuidiæ 100
Bellica mors laudabilis 92
Bellorum origo inter Angelos 93
Bellorum Domini initium 94
Bella ſpiritualia ſemper fuere 96
Bellorum Chriſti, & Sathanæ cauſæ vrgentiſſimæ 99
Bellorum origines ſeu cauſæ 127
Bethania mundum deſignat 210
Bethphage incarnationem filij Dei figurat 202
Bona diabolus abſcondit, mala publicat 212
Bonum exemplum neceſſario dandum 156
Boues ſenſuales appetitus figurant 142

C

Capitis ſignificationes multæ 3
Caput Chriſti deitas eſt 170
Capharnaum ſignificatio 5
Capharnaum ager pinguedinis dicitur 102
Capharnaum hominem deſignat 103
Capharnaum redemptionis opus deſignat 104
Capharnaum primitiuam figurat Eccleſiam 105
Carcerationis Ioſeph myſterium 57
Canum proprietates optimæ 38
Cathedra, Chriſti maieſtatem deſignat 65
Cælum prægnans Meſſiam peperit 225
Cælorum clauſura febris dicebatur 127
Cælum empyreum deſertum dicitur 12
Cælum duplicem paſſus eſt commotionem 23
Cæleſtis natura, ſæpi comparata 83
Cœna in Bethania, Chriſti incarnatio eſt 207
Chananæa per verba Chriſti argumentatur 37
Chriſtus quomodo Deus antiquus ſit 8
Chriſtus in ſuo corpore glorificauit omnia 9
Chriſti zelotypia pro animabus humanis 20
Chriſtus in Abraham figuratus 21
Chriſtus in Ioſeph, Dauide, & Daniele figuratus 22
Chriſtus quomodo fugit à facie Dei 27
Chriſti natiuitas in Iſaach figuratur 32
Chriſtus paradiſi fluuius gentilitatem irrigat 34
Chriſtus cur mulieri Chananææ nō reſpōdit 36
Chriſtus paſtor ouium 86
Chriſti prodigalitas 88
Chriſtus cœpit ægere 89
Chriſtus vni ciuiū mundanæ regionis adheſit 90
Chriſtus quomodo Petrum reſpexit 219
Chriſtus reſurgens primo matri apparuit 227
Chriſtus calcator vuarum 67
Chriſtus Moyſis legem mutauit in melius 113
Chriſtus ſilici comparatus 115
Chriſtus legis abſcondita declarabat 149
Chriſtus in terris nihil didicit 151
Chriſtus in omnibus medietate lætatur 152
Chriſtus pulchritudine commendatus 165
Chriſtus Solis habet titulos 166
Chriſtus quomodo Sol mundi eſt 169
Chriſtus non metu mortis ambulabat in Galilæam 182
Clamor Dei in Creatione orbis 179
Corpora Sanctorum quæ ſurrexerunt, an iterum mortua ſint 213
Corpus Chriſti templum Dei dictum 145
Cor humanum in mare figuratum 139
Cor humanum deſerti nomine deſignatum 13
Correctionis fraternæ modus 110
Cognitio Angelorum in turri figurata 73
Corporis glorioſi dotes quatuor 49
Confeſſio ad pænitentiam neceſſaria 29
Concilium Iudæorum non errauit circa finem mortis Chriſti 198
Concilium congregat apud ſe Deus 199
Cōcilium Iudæorū errauit circa modū finis 200
Creaturæ aquarum nomine deſignatæ 179
Creaturæ omnes ſibi inuicem correſpōdent 109
Creaturæ omnes filiorum Dei nomine ſignificantur 87
Creaturæ omnes ſenario diſtinctæ numero 70
Creaturæ omnes in cælo, & terra deſignatæ 60
Creaturæ omnes ſuis cuſtodibus commiſſæ 187
Crimen peſſimū quid eſt apud filios Iacob 116
Crux Chriſti deſertum 13
Cur Iudas proditor fuit electus Apoſtolus 212

David

Digitized by Google

D

DAuid occulta Dei iudicia ſcire deſiderat 101
Debilis humana conditio ad patiendū 185
Deus pater animam poſuit pro ouibus ſuis 188
Deus ens ſumme neceſſarium eſt 188
Deus quatuor oſtendit in creatione orbis 193
Deorum formæ diuerſæ 232
Deus terrorem infert etiam cum ad conſolandum accedit 18
Deus pater neceſſario filium genuit 31
Deus amoris extaſim paſſus eſt 52
Deus in Chriſto filio bene ſibi complacuit 55
Deum vnum eſſe natura demonſtrat 57
Deus principium, medium, & finis 58
Dei cognitio ex operibus eius 59
Deus ſuper cathedram ſedet 60
Deus homines omnia neceſſaria edocuit 60
Deus quomodo principium eſt creatarum, & increatarum rerum 69
Deus vineæ plantator 82
Deus vnitrinus mundum vnitrinum creauit 108
Deorum pluralitas apud antiquos 108
Deus peccata abſcondit 118
Deus amicorum iniuriam magis vindicat quàm ſuam 119
Decem drachmæ Angeli, & homines 86
Dæmones ſemper homini aduerſantur 137
Dæmones magis torquentur quā homines 144
Deſiderium aduentus Meſſiæ febris amoris dicebatur 126
Deſertum humanitatem Chriſti deſignat 13
Deſerti ſignificationes multæ 13
Diabolus tentat quando occaſionem habet 186
Dies pænitentiæ quatuor 163
Dies feſtus Iudæorum quid indicet 40
Differt Ieſus Lazarum ſanitati reſtituere 162
Diluuij cauſæ tempore Noë 20
Diuinæ potentiæ proprietates tres 62
Diues Hebraicum deſignat populum; & Lazarus gentilem 71
Diuina attributa hominibus nota 81
Diuina vltio in lapide figurata 115
Diuinæ operationes ad intra neceſſariæ ſunt 188
Diuinæ prouidētiæ actus quinq; in Angelis 189
Diuinæ prouidētiæ in hominibus actus tres 190
Doctores in ſæpibus figurati 74
Domus Dei ſacra Scriptura 75
Domus plures ingreſſus eſt Ieſus 122
Dormiens ſub peccato mortuus eſt 162
Domus Simonis Eccleſia eſt, tres turmas fidelium continens 210
Duo eijciunt dæmonium oratio, & ieiunium 98
Duo quæſiuit Adam in paradiſo 126
Duo Seraphim apud Iſaiam, duo teſtamenta figurant 150
Duo Seraphim coram Deo cantantes 199
Duodecim horæ diei 162
Duos diſcipulos mittit Ieſus in caſtellum 203
Duo teſtamenta duo continent 204
Duo vbera quid ſignificent 204
Duo caſtella in orbe condita 204
Dualitatis malitia 230
Duces duos conſtituti pro liberatione Iſrael 203

E

ECcleſia mundus dicta 168
Egreſſus Ieſu multiplices 32
Elementis Deus ſua præſentia fauit 12
Ens & vnum idem ſunt 108
Eſdræ quæſtiones ponuntur ab Angelo 101
Eſſentia diuina in vinea figurata 81
Euangelij prædicatio Apoſtolis commiſſa 114
Euangelica doctrina in vinea figurata 78
Euæ matris febres quinque 123
Ex malis bona orta 104
Expediens fuit Chriſtum mori 201
Exorciſmata diuerſa aduerſus dæmonem 94
Exceſſus paſſionis in tribus 53
Extremi iudicij dies in gladio, fulgureque figuratur 19
Ezechielis viſio admiranda 56

F

FAbularum fundamenta vnde deſumpta 147
Faciei ſignificationes 3
Faciei ſpirituales ſordes, & lotiones 3
Faciei Chriſti ſplendor 50
Feſtiuitatis ſcenophegiæ ſignificatio 184
Fidem mulieris Chananææ Chriſtus ſolam commendat 39
Fides Meſſiæ diabolum expellebat 94
Fides donum Dei dicitur 133
Fidelitatem omnia deſiderant 134
Filius Dei dupliciter intelligitur 20
Filium Dei extremi iudicij diem neſcire quomodo intelligitur 21
Filius in diuinis quomodo voluntate gignitur 31
Filiorum Abrahæ myſterium 87
Filiorum Adæ officia diſparia 118
Filij Nabuchodonoſor facinus horribile 119
Filius Dei in ſempiternum humanitatem ſponſauit 136

Digitized by Google

Filius Dei ſicut colonus in terra 153
Filius non portat iniquitatem patris 154
Filij viduæ reſurrectio per Eliſeum 155
Filij viduæ allegoria 157
Filius viduæ ſuſcitatus Matthias Apoſtolus 159
Filius Dei veritas eſt 173
Filius Dei imago Patris.
Figura immolationis hyrci pro peccato 29
Fimbria quid ſignificat 65
Fluuius inferni Cocytus 185
Fluuius igneus Verbum Dei figurat 19
Flumina paradi ſiquid indicent 4
Flumina paradiſi quatuor creaturarum genera ſignant 4
Fons Chriſtus eſt 4
Fons Chriſtus irrigans terram 181
Fons Iacob quid ſignificat 128
Fontium mirabilia 178
Fontium ſignificationes 178
Fratres Chriſti qui fuerint 184
Fructus Euangelici dulciſſimi 78
Fructus prædicationis verbi Dei 79
Fugit Ionas à facie Domini non rebellione, ſed pietate. 27

G

Generatiua virtus torculari aſſimilata 83
Generationes Xp̃i ab Adá 77. aut 60. 231
Gentilitas hortus nucum dicta 183
Gratiarũ plenitudo in Chriſto vnde deſũpta 171

H

Hebræorũ populus meretrici cõparatus 121
Hebræi diuiſi in Iacob, & diſpſi i Iſrael 200
Hieruſalem ſignificata ſex 39
Hieruſalem nomina plura 39
Hieroſolyma, gloria cæleſtis 67
Hiſtoriæ Ionæ ad Chriſtum collatio 27
Hiſtoriæ Tobiæ myſterium 66
Homo dupliciter in Verbo Dei viuit 16
Hominum cõmotiones ob Chriſtũ diuerſæ 24
Homo diuinum quoddam eſt 68
Homo omnium creaturarum epilogus eſt 69
Homo omnibus concors creatus eſt 111
Homo creaturarum medius 152
Homo luminaribus inſignitus 153
Homo omnem habuit vitam 191
Hora qua Chriſtus cœnam manducauit 213
Hora prima Trinitas ſãcta operatur in vinea 84
Humilitatis ſuæ dat Ieſus ſignũ in pſona Ionæ (25

I

Ianua diuitis legem deſignat 72
Ieiunium ſeruandum 1
Ieiunium miſericordia ſociatur 2
Ieiunij laudes præclaræ 2
Ieremias à Deo quærit occulta 101
Idolorum origo 108
Idoli Ammonitarum immane ſacrificium 178
Ieſus vt miles in bello ſaucius 33
Ieſus vuæ botro comparatus 67
Ieſus antiquis patribus vſus eſt aduerſus dæmones 96
Ieſus venatori comparatus 131
Ieſus pictori comparatus 202
Ieſus voluntarie offertur ad mortem 208
Ieſus quare in medio ſtetit 234
Infidelitas cæcitas eſt 154
Infirmus triginta, & octo annorũ, qs extiterit 41
Inferni commotio introeunte Chriſto 24
Intellectualium creaturarum ordines 15
Impeccabilitas Chriſti vnde proueniebat 171
Impoſſibile fuit Angelis mundum redimere 104
Iſaach Deum patrem figurat 88
Iſraeliticæ plebis ignominiæ 122
Ioannis dormitio ſupra pectus Domini 215
Ionas columba 26
Ioppen Mariam Virginem præfigurat 28
Ioſeph venditus Chriſti figura 212
Iudæ proditoris pænitentia 219
Iudæi nominis ſignificata ſex 39
Iudæi ad ſenſus referuntur 162
Iudæa meretrix Ieſum occidit 226
Iudas Iſchariotes diabolo, & latrone peior 211
Iuramentum filij Dei pro humana ſalute 134
Iuſtus vinea Domini dicitur 80
Iuſtitia originalis indumentum Adæ primũ 170
Iuſtitiæ, & miſericordiæ altercatio.

L

Laborum diſtributio in vinea Domini 84
Lapis ſepulturæ obſtinatio eſt 164
Lapis antiqua lex 228
Latrones Chriſti oues deprædantes 192
Lazari ſuſcitati allegoria 161
Lazari ſanitas pendebat à Chriſti præſentia 161
Legis interpetratio ſepis dicitur 76
Legis excellentia deſignatur in turri 76
Lectuli ſignificatio
Lex Moyſis onus graue 64
Lex in ſepe deſignata 73
Lex Dei in vinea deſignatur 76
Lex Euangelica legem naturæ, & Moyſis contemperat 152

Loca

Digitized by Google

Loca quæ Chriſtus inhabitat 176
Loth Chriſtum figurat 173
Lotionis pedum Apoſtolorum myſterium 213
Lucis, ſiue diei nõe Angelica natura deſignatur 14
Lucifer Angelorum pacem turbabat 94
Lucifer i Pharaone figuratus, ſpiritus ſupbiæ 100
Luctus in mortuos pius eſſe debet, non immoderatus 159

M

Magicæ operationes non ſunt miracula, ſed mira 107
Magnetis naturale miraculum 45
Malum ratione boni ſæpe tegitur 148
Mammona ſpiritus auaritiæ 100
Mare mundum deſignat 10
Mare diabolum ſignat 28
Mare præſens ſæculum figurat 138
Mare Scripturam ſacram præſignat 139
Mare pænitentiam deſignat 140
Maria Virgo domus Dei dicta 123
Maria Virrgo fons pietatis 129
Maria Virgo terra benedicta, & paradiſus voluptatis 4
Maria Virgo deſertum dicitur 13
Maria in ſignum Angelis data 93
Mariæ Magdalenæ prophetia 210
Mariæ Magdalenæ diſcurſus 195
Maria Magdalena lapidi aſſimilata 197
Mathematicarum ſcientiarum exordium 61
Meretrices duæ in mundo quæ ſint 225
Metaphiſicæ ſcientiæ origo 60
Meſſias in turri vineæ deſignatus 85
Miſericordiarum differentiæ 158
Miſteriorum Chriſti figuræ 87
Miracula ſigilla Verbi Dei ſunt 106
Miraculorum nunc nulla neceſſitas 106
Miracula i primitiua eccleſia neceſſaria erãt 106
Miraculorũ antiquæ legis, & nouæ differẽtia 107
Miracula teſtimoniũ deitatis Chriſti dederũt 113
Moyſis, & Eliæ paupertas 51
Moyſes diuinam præſignat poteſtatem 62
Moyſes vndecima hora vocatus 85
Mons Oliueti miſericordiam Dei ſignat 137
Montes Eccleſiæ fundamenta 47
Mors Lazari fuit pro gloria Chriſti 161
Mors Chriſti in Abel figurata 33
Mors Chriſti elephantis morti comparata 112
Mors Chriſti mortem vicit 112
Mulierum vanitas bellorum origo 127
Mulier amicta Sole quid ſignificet 153
Mulieris Chananææ laborioſæ paſſiones 35
Mulieres octauo menſe parientes 45
Multitudo languentii in piſcina quid indicet 41
Mundus templum dicitur 145
Mundi deformitas, & fraus 205
Mundus domus dicitur 225
Mundus generi humano refertur 168
Mundus nondum creatus viuebat in filio Dei 8
Mundus deſerti nomine figuratur 13
Mundus amoris impulſu creatur 31
Mundus ſenſibilis paradiſus, & vinea dictus 83
Mundi agricolæ homines ſunt 83
Mundus vnus eſt, quia Deus vnus 109
Mundus domus Simonis dicitur 122
Murmuratio malum peſsimum eſt 118

N

Naim pulchritudó dicitur 156
Nauis Eccleſiam deſignat, & Chriſti humanitatem 16
Nili fluminis ſacrificium 164
Niniues mundum figurat 27
Noè hora nona vocatus ad vineam 84
Noctis vigiliæ quæ ſint 19[illegible]
Noctis in ſeptem ſectionibus diuiſio. 11
Noctes quadraginta ad corporales referunur creaturas 15
Nox peccati ſtatum ſignificat 176
Nox tempus ante aduentũ Chriſti præfigurat 11
Nox tribulationis, & peccati figuram præmonſtrat 11
Nocturnarum veteris teſtamenti actionum myſterium 10
Nominis Adæ arcanum 68
Nuptiarum filij Dei ſolemnitates 134
Nurus Dei humana natura 134

O

Oculo & crine Eua Deum vulnerauit 39
Oculus Dei flentibus miam miniſtrat 158
Octonarij numeri myſteria 45
Omnes creaturæ mortis Chriſti miniſtræ 209
Omnia Deus amore creauit 8
Omnia in Verbo Dei erant vita 16
Omnis creatura gignit 70
Omnia vim generatiuam habent 83
Omnia principem vnum habent 109
Omnes deitates in Chriſto ſunt 112
Omnis populus venit ad Ieſum 137
Omnia Verbi Dei luce clareſcunt 109
Opera charitatis ſex 44
Opus diuinum ſolo Verbo completur 64

Digitized by Google

Opiniones de Deo variæ 147
Oratio ſit aſtente 120
Orationis conditiones tres 120
Orationis loca opportuna,& eorũ ſignificata 120
Oratio ſine fide mortua eſt 121
Orationes patrum accelerationem meruerunt Meſſiæ 125
Oues ſtultitiam ſignant 143
Ouium,& paſtorum ſignificationes 187
Ouium Dei paſcua fertiliſſima 287

P

PAlmes Chriſti Abraham extitit 85
Paſſio Chriſti in mare deſignata 139
Paſcha extremum figurat iudicium 142
Paſtoris conditiones tres 187
Paſtoris,& mercennarij differentia 191
Paſtor nonagintanouem oues in montibus dimittens filius Dei eſt 32
Pan Arcadum idoli figura 109
Parabolæ Chriſti veteri teſtamento innixæ 87
Pars ſubſtantiæ Chriſti fuit humanitas 88
Parentes optime filios doceant 156
Pater æternus filium tradidit ad mortem 207
Pater æternus deitatis fons 4
Pater æternus Centurio dicitur 5
Pater filio dedit omnia 8
Paterfamilias Chriſtus eſt 86
Pax diuerſimode reperitur 234
Pedes Ieſù humanitatem deſignant,& miſericordiam 197
Petra exaltationis Dauid,& Chriſti 192
Pænitentiæ partes tres 29
Pænitentiæ pars tertia ſatisfactio 30
Pænitentia apud gentes edocta 30
Peccatum auaritiæ in nummularijs figuratũ 143
Peccatum Angelorum omniũ maximũ fuit 144
Petra Chriſtus eſt 171
Petrus cognoſcens dicitur 42
Petrus robuſtus dicitur 46
Petri error in monte Tabor 53
Phariſæi diuiſi interpetrantur 63
Phariſei quo ad religionem Spiritum ſanctum figurant 63
Philacteria quid ſint 65
Phiſicæ auſcultationis origo 61
Pietas in defunctos laudabilis 157
Piſcinæ probaticæ ſignificationes plurimæ 40
Plateæ ſignificatio 176
Platonis doctrina de amore 30
Plato Deum vnum confeſſus eſt 57
Porcorum,& ouium diſparis natura 90
porta templi homo dicitur 56
Porticus quinque piſcinæ probaticæ quid ſint 40
Portæ mortis corporis ſenſus ſunt 157
Præceptorum Dei fructus vberrimi 76
Præceptorum Dei in tabulis partitio 119
Prædium Ioſeph eiuſq; ſignificatio 128
Prædicatores vinea Domini ſunt 79
Prædicatio Chriſti ſenario deſignata 131
Prædicationis Apoſtolorũ,& Prophetarum differentia 204
Primus deſcendens in piſcinam quis fuerit 41
Principes venerandos eſſe 69
Promiſſiones Dei in torcularibus deſignatæ 75
Prouidentia quid eſt 188
Prouidentia diuina in creaturis diffunditur 188
Puerorum pro Chriſto laus in benedictione Balaam figuratur 22
Pulchritudo Ioſeph filij Iacob 164
Pullus & aſina,duos populos figurant 205

Q

QVarta vigilia noctis ad noctem paſſionis Chriſti refertur 11
Quare poſt ſex dies transfiguratur Ieſus 45
Quare coram tribus Apoſtolis tantum transfiguratur Ieſus 46
Quare Chriſtus diſcipulos duxit in montem 47
Quare Moyſes,& Elias coram Chriſto apparuerunt 50
Quare in transfiguratione Chriſti non apparent Patriarchæ 52
Quare Deus hominis nomen ſumit 70
Quare primi patres non potuerunt eijcere dæmonium 98
Quare mundus non eſt æternus 102
Quare Deus vnũ creauit mũdũ,& nõ plures 103
Quare Deus hominẽ non fecit impeccabilẽ 103
Quare Pater,& Spiritus ſanctus non ſunt incarnati 104
Quare nunc temporis miracula non fiunt 105
Quare Magi mirabilia faciant 107
Quare populus Iſrael fuit ĩ Egypto afflictus 115
Quarẽ Iacob tunica sãguine tincta deceptus ẽ 116
Quare in honore parẽtũ ꝓponitur retributio 119
Quare ſupra fontem Ieſus fatigatus ſedet 129
Quare Ieſus abijt trans mare 138
Quare Chriſtus in paſſione Herodi non reſpondit 138
Quare prius anima quàm corpus iudicatur 142
Quare Chriſtus quartũ mortuũ noluit ſuſcitarẽ 160

Qua

Quare Chriſtus breuem ſibi vitam elegit 175
Quare Spiritus ſanctus in igne deſcendit
Quare Deus hominem redemit 193
Quare Deus Angelos non redemit 193
Quare Deus peccatorem iuſtificat 194
Quare Maria Magdalenæ nō coram Ieſù, ſed retro abijt 196
Quare in tribus figuris Chriſtus apparuit 232
Quadrigæ Aminadab quæ fuerint 182
Quatuor dies mortis Lazari quid indicent 162
Quatuor dies mortis ſpiritualis 163
Quatuor temporum ieiunij ratio 189
Quatuor omnium optima à Deo facta 125
Quatuor regulis Deus in omnibus operatur 102
Quaternarius numerus creaturis diſtributus 69
Quomodo Ieſus ambulabat ſupra mare.
Quid Dei aſſiſtentia cum hominibus quidve abſceſſus eius ſignificat 56
Quid eſt diſſipare ſubſtantiam luxurioſè 89
Quomodo Chriſtus legem impleuit 114
Quomodo Eua maritum occidit 123
Quomodo Eua ſapientiſſima à dæmone decepta eſt 124
Quomodo Ieſus ſtetit ſuper egram 125
Quomodo Ieſus in cruce paſſus eſt dolores inferni 126
Quomodo in Deo non eſt prouidentia 188
Quomodo Adam tenebatur operari, & cuſtodire paradiſum 97

R

Ratio quare Iudas Ieſum oſculatus eſt 217
Redemptio in ſenario figurata 131
Redemptioni multa aduerſabantur 194
Regio longinqua fuit incarnatio filij Dei 89
Regina Saba nomine Nicolea.
Religioſorum in Chriſto exemplum 14
Retrocedentis Solis myſterium 23
Reſurrectio vniuerſalis in Lazaro figurata 163
Reſurrectionis Chriſti figura 227
Reſurrexit Ieſus diluculo 227
Rex Ozias humanum genus deſignat 199
Rotæ Ezechielis, & animalia quid ſignificēt 229

S

Sacra Scriptura mundo comparata 168
Sacra Scriptura in vinea figuratur 76
Sacra Scriptura diuerſa pertractat 77
Sacramenta torcularia quædam dicuntur 74
Sacramentorum virtus omne genus dæmoniorum extricat 95
Sara vxor Abrahæ quomodo mater Xpi eſt 183
Salomonis iudicium 224
Salomonis correctio 111
Samaritanæ mulieris allegoria 132
Sancti Patres in Centurione figurati 6
Sancti Dei in Lazaro paupere figurati 71
Satan ſpiritus iracundiæ 100
Sapientiæ diuinæ multiplex acceptio 150
Scriba æternum Patrem deſignat 62
Scriba in lege ſapiens filium Dei deſignat 63
Scripturas Ieſus omnes compleuit 139
Sem filius Noé, Melchiſedech dictus 119
Septenarius numerus ad gloriam pertinet 43
Septenarius cæleſtis gloriæ plenitudinē ſignat 44
Septenarij myſteria præclara 44
Sepis acceptio diuerſa 85
Sedes Dei diuina eſſentia eſt 60
Seſſio regnum, poteſtatemq; deſignat 60
Senarius laboribus dicatus 210
Senarij numeri myſteria pulcherrima 42
Septem vitijs capitalibus Lucifer peccauit 93
Septē præcipue ſpiritus malos Chriſtus eiecit 99
Senarius numerus nuptijs dicatus 130
Senarius triangulus eſt 130
Senario Deus omnia compleuit 130
Sex filij Dei ſaltus 66
Sex perſonæ in trāsfiguratione Chriſti adſunt 42
Serapis in Aegypto fuit ſtatua Ioſeph 164
Serpens peccatum deſignat 171
Sero factum peccatū deſignat, mane vero Chriſti aduentum 9
Sexaginta ſtadiorum myſterium 230
Siliquarum ſignificatio 91
Synagoga Hebræorum ſocrus Simonis dicta 122
Synagoga Hebræorū quinq; febribus afflicta 124
Sydonis regio pro gentilitate ſumitur 33
Signum Chriſtus in cælo dare negat, quod in inferis dat 25
Signum Ionæ Prophetæ pars ſigni eſt [illegible]
Spinoſa ſepis coronam Chriſti deſignat 73
Spiritus hoīs à ſpiritu beſtiarū differēs origo 191
Spiritus ꝓphetiæ aliqñ peccatoribus datur [illegible]
Spiritus ſanctus donum Dei eſt 133
Spiritus ſanctus ignis eſt 63
Spiritus ſanctus fluuiorū nomine deſignatus 181
Sputum Patris Verbum eius figurat 155
Spiritus ſanctus filiū Dei dedit ad mortem 209
Sponſatio filij Dei in iuſtitia, & iudicio 136
Spōſi cæleſtis, eiusq; pulchritudinis deſcriptio 17
Socrus Simonis humana natura 123
Solis & Nili adoratio, vnde orta 164

Sol ĩ medio plãctarũ,aut ſupra Lunã cõſtituit 165
Solis ſitus Chriſti excellentiam præſignat 165
Solis encomia 166
Sol ſanctiſſimam Trinitatem præmonſtat 167
Solis influxus ad tria feruntur 167
Solis,& Chriſti differentia 167
Solis operationes multæ 169
Sũmi honoris opiniones variæ 146

T

TAbernaculum Dei mundo ſimile 145
Thamar palma dicta 207
Tharſis mare interpretatur 27
Templum Domini tripartitum 145
Templum Deus eſt 56
Templum Domini turris dicitur 85
Tempus ex motu naſcitur 102
Templa duo in ſcripturis nominata 142
Tempus humilitatis, & exaltationis Chriſti 186
Tentationum diuerſa genera 13
Tentationes Chriſti in deſerto multæ 14
Tentationis Chriſti cauſæ 14
Tentationis diabolicæ verba ad Xpũ directa 16
Tentatur filius Dei vt Angelis hypoſtatica vnione iungatur,non hominibus 15
Theologia luci comparata 60
Terra diuinam deſignat naturam 4
Terra prægnans peperit Chriſtum 215
Terræmotus in reſurrectione Chriſti factus 228
Teſtis Chriſti deitas fuit 113
Teſtimoniũ Chriſti in ore duorũ ſtetit,& triũ 114
Torcular voluntatem deſignat Angelorum 73
Torcular paſſionem Chriſti figurat 73
Torcular legis obſeruantia eſt 76
Torcular altare ſacrificiorum ſignat 85
Tota Trinitas in incarnatione Xpi cõcurrit 180
Transfigurationis electorum gradus 42
Transfigurationis Chriſti teſtimonia 46
Transfigurationis Chriſti cauſæ 48
Tenuites diuinæ naturæ 81
Tres cœnas Chriſtus fecit 213
Tres vnctiones præclaræ 203
Tres mortui à Chriſto ſuſcitati qd ſignificẽt 160
Tria diuina attributa 62
Tria principia apud Pythagoram 69
Tria religionis vota 80
Tria temporis interualla quid indicant 120
Trinitatis cognitionẽ Ieſus Samarit. ꝓponit 133
Trinitatis myſterium à Chriſto declaratum 148
Trinit. cognitio,ſũmus eſt cognitionis gradus 150
Triplici ratione Chriſtus erat impeccabilis 172
Triplex paſcha apud Hebræos 141
Trium tabernaculorum inanis conſtructio 54
Turris beatitudinem Chriſti præmonſtrat 73
Turris prophetarum contemplatio eſt 75
Turris Euangelij Chriſtus eſt 79
Turris prophetas ſignat 85

V

VElum templi quid ſignificat 223
Vendentes in templo quid ſint 142
Venturi iudicis deſcriptio 19
Verbum Dei fluuius dicitur 4
Verbũ Dei ab æterno ꝓdeſtinatũ in carne mori 5
Verbũ Dei ſcripto comparatum, non ſono 63
Verbum Dei Angelis adorandum proponitur 92
Verbum Patris doctrina dicitur 149
Verbum pro opere ſumptum 151
Vermis Samir admirabilis proprietas 177
Veſtimentorum Chriſti ſignificatio 49
Veſtes Chriſti miraculoſæ 50
Veſtimentorum Chriſti diuiſio 222
Veritas ceu ſepis ſcripturam claudit 77
Vetus teſtamẽtum veluti ſepis nouæ legis eſt 78
Vnguentum triplex, quo vngimur 3
Vnicornis proprietas 208
Vnitatis encomium apud Empedoclem 58
Vniuerſi orbis pro Chriſto commotio 24
Vinea Chriſtus dicitur 72
Vinea ad Angelicam refertur naturam 73
Vinea Eccleſiam deſignat 74
Vinea Patriarch.& ꝓphet.multitudinẽ notat 75
Vinea Domini religio eſt 80
Vinea Domini domus Iſrael eſt 85
Virgo quaſ ab Angelo ſalutaſ,& nõ à Proph. 104
Virginitas vineæ comparata 81
Viſionis Nabuchodonoſor ſignificatio 117
Viſio Eliphaz themanitis,& eius myſterium.
Vitis & vineæ ſignificatio 205
Voluntas non poteſt velle malum 198
Vulnus filij Dei ex vno oculo,crineq;mulieris 136

Z

ZEnonis argumentum de Dei vnitate 58

FINIS.

Imprimatur. Petrus Antonius Ghibertus Locumtenens.
M. Cornelius Tirob. Præd. Ord. Curiæ Archiep. Theolog.
D. Gabriel Lotterius Deput. vidit.

Digitized by Google

7-2-1

Digitized by Google